

Digitized by Google



Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

DELITIÆ POETARVM GERMANORVM HVIVS SVPERIORISQVE ÆVI illuſtrium

PARS I.

Collectore

A. F. G. G.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



FRANCOFVRTI

Excudebat Nicolaus Hoffmannus, ſumptibus Iacobi Fiſcheri.

M. DC. XII.

Digitized by Google

NOBILISSIMO, AMPLISSImoq; viro,

Dn. GEORGIO REMO PATRICIO AVGVSTANO, IC. & Conſiliario Norico, &c digniſſimo.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

QVAM magis, inquiro, Vir Clariſſime, in ſuperioris ſæculi felicitatem, tam magis perſuadeor, nihil ei cedere noſtrum iſtud præſens. Erat tunc quidem vberior excellentium Poetarum prouentus, ſed cui nihil profecto imputet gratioſior Principum Vrbiumq; benignitas. Quin ſi libeat ſedere ad calculos, atq; adeo examinare diras Celtis, Cordi indignationes, Eobani querelas, Stigelii aliorumq; figuras, reperiemus hodie ferme aliquantulo mitiori lege tolerari Muſarum militiam, quam ſæculo præterito. Vnus tunc fortaſſis atq; alter rē ſuam paullo faciebat vnctiorem; verum nō tā a-

liqua virtutis eruditionisq́; , quam neſcio qua fœlicioris conſtellationis prærogatiua: quæ etiamnum ſubinde noſtro æuo huic vel illi lucrificam allucet facem. Cæteri omnes agunt inter capite cenſos, inter proletarios; contenti totam vitam ſordido oblectare pane. Nam cedo ſis mihi vel profuſiſſimæ munificentiæ Mecœnatem, oſtendam tibi rurſus eundem hactenus amare literas, æſtimare literatos, quatenus ipſis indulget alimenta carceris; quibusquidem viuant in diem, ſed non etiam inſtruant rem familiarem. Vnde quotidie videmus à funere eruditiſſimi quique, vxorem eius liberosq́; ad pulendam illico dilabi egeſtatem. Vnde: ſed quid ego hæc, qui non curo rem publicam? Sufficiat indicaſſe, videri à cõmuni conuitio liberandum ſæculum præſens, firmandamq́; veterum ſententiam, quæ volebat aliarum quidem diſciplinarum Antiſtites fieri, naſci vero, vnicum Poetam. *Quare ſi noſtra ætate rareſcit ſtudium poetices, imputemus ſane aſtris, aut adeo adſcribamus temporum vicibus, vtque in cæteris rebus, ſic etiam in iſtis Muſicis, agnoſcamus quendam veluti orbem. Si cui tamen libet reiicere cauſam huius mali, in præpoſteros quoſdam & proſa-*

Google

profanos homines, qui dignitatem diuinæ artis collutulant ſua barbarie, ſua inſcitia, dum paßim id videri dicique volunt, quod minime omnium ſunt: cum eo minime pugnauerim: tanquam qui illud ſaltem conſequantur, vt ſanos viros ab ſtudiorum omnium amœnitate auertant: tanto quidem procliuius, quod etiamnum ea noſtra duret, quæ & auorum memoria inualuerat ridicula plane opinio; Poetã etiam illico eſſe, qui ſe eſſe dicit. *Caterũ, ſæculum noſtrum produxiſſe ingenia vatibus antiquis paria, certe nihilo inferiora, ne dicam ſuperiora, eis qui intra ſæculum vixerunt, clariſsime ob oculos ponent farragines iſtæ, ex ipſorum monumentis raptim coaceruatæ, quarum primam honorificentiſsimo nominis tui præſidio inſignire libuit, Reme indulgentiſsime, quei me tuear contra eos, qui nimis ſcrupuloſe in iſtud florilegium inquirere poſſent, vitioq; vertere, non tam mea peccata, quam fortunæ atque euentus: de quibus ſic ſatis me purgaſſe videor apud amicos tuos alloquiis ſequentibus, quos hoc caſu, vt ſpero, experieris Optiones, aut, vt recentiores malebant Adiuuas ſtrenuiſsimos. Sane, niſi grauiora maximæ Reipublicæ negotia ingeniũ*

tuum ſublime induſtriamq́ incomparabilem non tam auocarent abducerētq́, quam omnino abſtraherent à florentioribus Muſarum hortis; haberemus in te exemplar ſtudii huius emendatiſſimum: vtpote cum & illa tua quæ furtim in hoc genere amicis tuis communicas, vocaliter quaſi vociferentur, quam te olim delicate in Camœnorum gremio educarit Apollo melior; quam prolixe in nutricatu Gratiarum nectare ambroſiaq́ implerit Mercurius elegantior, quam. Sed nolo ei plura in os, cuius amicitiam hoc tempore exambio, ne videar eam malis impetraſſe magis artibus quam bonis. Certe ſi me beneuolentia tua dignum duxeris, neq́ à foribus humaniſſimæ tuæ comitatis abegeris, palmarium quid conſecutus mihi videbor, annitarq́ omni officio atque obſeruantia, ne vnquam tali honore inueniar indignus. Vale & ſalue vir ſumme, certe aurei adhuc ſæculi inſigne reliquium, in quo conſenſum concentumq́ omnium virtutum libentes meritoque & videmus & colimus.

T. T.

A. F. G. G.

CA-

Digitized by Google

CATALOGVS POETARVM
Germanorum Partis primæ.

ANdreæ Balderſchlebii Sangerhuſani. fol. 413.
Caſparis Bartii. 413.
Caſparis Bruſchii Egrani. 817.
Caſparis Cropachi Pelſinenſis Bohemi. + 945.
Chriſtophori Aulæi Erphurdienſis. 409.
Contadi Bachmanni. 411.
Eliæ Coruini Ioachimici. 932. +
Eurici Cordi 865 +
Georgii Amarbachii 375.
Gregorii Berſmani Annæbergenſis 416.
Heningi Cunradini Hamburgenſis 946. +
Henrici Albertii Hafnia Dani 176.
Hermanni Buſchii Monaſterienſis 833.
Hieronymi Aconati Sileſii 369.
Hulrichi Buchneri 827.
Ioannis Albini Saxonis 183.
Ioachimi à Beuſt Miſnici 640.

Ioannis

+ Catantur seq. vol. II

Ioannis Boceri 656.
Martini Braſchii Grubenhagienſis Megap. 693.
Matthiæ Borbonii Collin. 681
Melchioris Acontii Vrſellani 151
Michaelis Barthii Annæburg. 416.
Nicolai Aſclepii Barbati 403
Paſchaſii Briſmanni 813.
Petri Ailberi Variſci 174.
Petri Albini Wittenberg. 370.
Quintii Æmiliani Cimbriaci 162
Sebaſtiani Artomedis Franci. 395.
Sebaſtiani Brandii Baſilienſ. 691.
Stephani Cylingii 949.
Valentis Acidalii Wiſtochienſis Marchici 1.
Viti Amerbachii 385.

VALENTIS ACIDALII WISTOCHIENSIS MARCHICI EPICA.

Ad Danielem Rindfleiſch Bucretium, Sponſum.

Ergo nouos iterum inſtituit celebrare triumphos
Læta Venus, nouaq; oſtentat iam rurſus opimis
Cum ſpoliis, quâ vi partis, quâ fraude, trophæa?
Dic Dea, quis victus? tantus tibi quis iacet hoſtis,
Lætitiâ dignus tantâ? & quæ præda ſuperbi
Cauſſa adeò faſtus? pompæ inque ſolentis honores
Vnde trahis, curru reſidens ſublimior aureo?
Heu vereor, ne bella iterum ſolennia noſtris
Moueris Aoniſin, caſtiſq; inimica puellis,
Et ſeſe caſtis qui ſacrauere puellis,
Miſcueris turbæ imbelli tua ſueta ſubinde
Prælia, fortunáq; tuâ. Timeo heu malè, iámq;
Iam ſpolium video, & noſco! pugnata recens eſt
Vobiſcum, ô Muſæ, pugna, & victoria vobis
Se ſolitâ leuitate negans contraria fugit
In caſtra, & Veneri, conſtanter perfida, ceſſit.
Iámq; iterum noua de vobis en parta trophæa,
Incluta parta trophæa, nimiſq; en rurſus opima
Ablata ſpolia in celebremq; abducta triumphum.
En iterum veterem & carum amiſiſtis alumnum,
Egregium, atq; diu quo vos iactaſtis, alumnum,
Vnum adeò ante alios, multorumq; inſtar, alumnum:
Quem vos præcipuè à primâ vſq; ætate colentem,

Mutuáque à vobis concordi fœdere cultum,
Et multo ornatum certatim munere, veſtri
Spem vobis produxiſtis certámque columnam
Imperii, firmúmque aduerſus barbara ſecla
Bellatorem, ipſúmque ducem: qui altaria veſtra,
Templaq; & excelſas Sophiæ defenderet arces,
Latius & totum proferret ſacra per orbem.
Hanc ſpem præſidiùmque rapit Venus inuida, & ipſe
Non nimis inuitus ſequitur, ſimiliſque volenti,
Et certa fugit acre fuga, nil viſus amoris
Iam veſtri meminiſſe, nouo pellectus amore:
Forte nouâ & gaudens dominâ, nil curat haberi
Deſertor dicique, & veſtra ante ora triumphus
Sic duci ſibi gratatur. Gratatur, ouátque
Vt video, & verſo neque iam vos reſpicit ore,
Vos dominas, neque nos ſocios: vos tam benè ſemper
Promeritas, & nos tam ſanctè ſemper amantes:
Nec me adeò, nec me ille quidem, illum reſpicit vnum,
Vnum illum è reliquis ſocium comitémque perennem,
Quo ſine non vnguem mouit ſeſe hactenus vſquam,
Et ſine quo fatalem iſtam (ſic cenſeo) in horam
Vita illi minima fuit haut vitalis in hora,
Ex quo felici ſemel eſt mihi iunctus in hora.
Nam memini, & meminiſſe iuuat, ſempérque iuuabit:
Luſtra ierunt iam bina, Arctoæ ad littora Balthes,
Edita quà Roſei celebrantur tecta Lycéi
Aonio numeroſa choro ductáque iuuenta,
Cum primum inter nos Muſæis vidimus Hortis:
Vidimus inter nos, neque longo nouimus vſu,
Et ſubitò inter nos animis ſimul arſimus æquis:
Arſimus inter nos: atque hinc ſimul hæſimus æquis
Corporibúſque,animiſque: exin ego fidus Achates
Ad latus illi, atque ille mihi meus vnus ego-alter
Perpetuò: neque me quondam diuellere longùm
Improba ſors potuit, diuellere quamlibet auſa,

Cum me

Cum me obluctantem Roſeis pertraxit ab *Hortis*
In Gryphum Nemora, & ſolum colere auia iuſſit.
Fruſtrà: aſſertor adeſt meus, iniectáque repente
Me dextra ſibi rurſum illuſtri vindicat auſo:
Séque mihi reddens, & me ſibi; ſe ſibi, mi me
Reddit ouans, validoq; ligat per mutua vinclo.
Ergo Iulia nos iterum ſchola vidit euntes
In paribus ſtudiis, ſpatiis & currere iiſdem
Æquali mirata gradu ſub amoris habenis:
Germani ſub amoris & artis ſemper habenis.
Plauſibus ac feſtis nos vocibus vſque ſalutans,
Addidit in curſum vires, & honore fauoris
Flammauit mentes, ignémque accendit in igne.
Mox vtrique placet Germanica linquere rura,
Et regna antiquæ Auſoniæ, terrámque potentem
Viſere terrarum dominam: quó cura vocabat
Diſcendi, atque auidus coniuncti pectoris ardor,
Plurima quæ noſtris memorantur mira ſub oris,
Luſtrare intuitu propiore, & noſcere corám
Singula, prudentique oculo præconia Famæ
Metiri, atque ipſam penito explorare receſſu.
Heic comites paribus votis & paſſibus æquis
Longum iter ingreſſi, obſtantes aſcendimus Alpes,
Intrepidiq; vnà vaſtas ſuperauimus Alpes,
Alpibus & qui ſtat grauis æmulus Appenninum:
Atque alios monteſq; ſuperciliiſq; ſuperbis
Deſpectas infrá & preſſas ad tartara valles:
Et vaga tot ſinuoſo errantia flumina cornu:
Eridanum regem fluuiorum, & verius alter
Qui rex ſit, ſacro venerandum gurgite Tybrin,
Et qui Campanis aliás taciturnus in oris
Amnis agens placidos leni fluit agmine curſus.
Tunc erat inſolita tumefactus Liris ab ira,
Et ſtreperos voluens inſani vorticis æſtus,
Mole vrgente nimis pluuii Iouis vſq; rotabat

Præcipitem violenter aquam, metuendus adiri,
Tranſiri impatiens, certo dubiuſq; periclo.
Sed tamen hic noſtro ceſſit quoq; lenis amori
Tantiſper, dum ſecuro tranſmitteret alueo
Incolumes, ripæq; aduerſæ redderet illud
Dulce ſodalitii par non violabile cuiquam:
Quod veriti perſæpé alii in diſcrimine rerum
Monteſq;, fluuiiq;, & formidanda locorum
Plurima paſſim, ipſúmq; mare, Adriaciq; tumores.
Intactum, non forté metu, ſed caſibus expers
Omnibus intentiſq; minis (Diis gratia) ſaluum
Et lætum vano ſic dimiſere periclo:
Quodq; tribus, dum nos fouit ſimul Itala tellus
Vnanimes, annis venerata eſt Itala tellus
Germanæ ſpecimen fidei, atq; exemplar amoris
Germanum agnoſcens, & digno laudis honore
Condecorans illicq; adeò nos ipſa, iugum quæ
Hoc ſibi nexuerant, quorúmq; ſub auſpice ductu
Teutonicis pridem cœptamq; actamq; Lycéis
Militiam ſtudii paris & concordis amoris,
Gymnaſiis porró Auſoniis exegimus: ipſa
Numina nos illic noſtra, ò lætantia noſtri
Numina, Pierides, æquatâ deniq; palmâ
Tam bené decurſi certaminis exornarunt,
Inq; vicem alterius victores atq, fuimet:
Et Lauru inſignes fraterna tempora fratres,
Et geminæ geminos ſpectandos fronde coronæ,
Ad patrium iuſſére ſolum cum laude reuerti.
Tum quoq; non libuit laxatum ſoluere nexum,
Diuerſaq; redire via. comes impiger hæſi,
Impiger, indiuulſus, & in patriam vſq; ſecutus
Reddo ſuis, teneoq; mihi, teneorq; viciſſim.
BRESLAM adeò in patriã: quæ mi patria altera prorſus
Viſa fore extempló: & placuit conſiſtere ibidem,
Atq; vno remanere loco, cupiente ſodali,

Meq; vo-

Meq́; volente ſimul. Sed enim prius illa vocabat,
Illa mea, Albi quæ ſat nomine nota Bacilli,
Mercurialis amat præferre inſigne caducei,
MARCHIA arenoſis quá Doſſam combibit aruis
Fœcundam agricolis ſitiens producere meſſem:
Illa mea, & quicunq; mei mihi adhuc ſuper illic,
Me reuidere auidi, deſiderioq́;, metuq́;
Exanimi vſq; exſpectantes, tandemq́; morarum
Pertæſi impatiente animo exſpectare negantes
Amplius: vt paullùm amplexu diſcluſus ab iſto
Cogerer amplexu me mê indulgere meorum.
Atq; abii, celeriq́; gradu mea pignora viſi.
Sed vix vix abii & greſſu magis inde citato,
Pace tua ô genitrix, & vos fratreſq́;, ſororq́;,
Voſq́; omnes alii, quos mî Natura propinqui
Sanguinis aſſociat nexu, queîs ora breui ſic
Noſtra fruenda dedi, neq; longius ipſe fruendis
Me veſtris ſatians, cupidus ſatiarier idem,
Nec cupidus, raptim vixq́; omnibus ordine mœſto
Ritè ſalutatis, properans abitum atq; iter vrgens
Ad mage dulce meum pignus curamq́; recùrri,
Pace iterum veſtra, pignus curamq́; meam vnam.
Dulcem exoptatumq́, magis: cui dulcia cuncta
Poſthabui & veſtros ſpreui non gratus amores,
Nec paſſus retineri aliis aliiſq; tenendi
Iniectis varié magno molimine cauſſis.
Vnum arſi ante omnes, præq́; optaui omnibus vnum,
Et reperi rediens ante omnes vnius vnum
Vſq́; mei ardentem, præq́; optantem omnibus vnum,
Ergó iterum iunctiſq́; animos & corpora iunctis,
Vna quaſi patria & ſedes fuit vna duobus:
Certé equidem vna domus, Muſeum pæné quoq; vnum,
Vnaq́; menſa, toruſq; idem, perq́; omnia vtriſq;
Cuncta vna atq; eadem geminum communia in vſum.
Nec diuerſa autem ſtudia, aut aliena viciſſim

Conſilia alterius: ſemper ioca, ſeria ſemper
Miſcuimus, menſq; vna alterna negotia rexit.
Vidére id multi, & ſtupuerunt ſenſibus imis
Fœdere conſortis vitæ, fideiq; perennis
Lege noua, exemplumq; nouum huic ſocialis amoris
Illuxiſſe vrbi tota vrbs rumore ſecundo
Commemorans, gauiſa ſibi, gratataque nobis,
Nobile amicitiæ par cœlo vexit, & aſtra
Laudibus exæquare dedit Fidei aſtra gemella.
Hactenus hæc & plura arcana mente repoſta,
Quæ menimi & meminiſſe iuuat, ſemperq; iuuabit.
At verſis male iam fatis, lapſa omnia retro
Nunc video, & vidiſſe dolet, ſemperq; dolebit.
Ille meus, meus ille, & noſtrarum ille Dearum,
Vnicus ille meus, Muſarumq; vnicus ille
Ardor, deliciumq;, & non vulgata voluptas,
Nec vulganda, decuſq; & honos Phœbo æmulus ipſi,
Præſidiumq; & ſpes, atq; irreparabile fulcrum,
Me pariter Muſaſq;, hei me pariter Muſaſque,
Mutato auerſoque animo, nil tale timentes
Deſtituit, ſubitaq; fuga ſe inopinus vtriſque
Eripiens nudos deſolatoſque reliquit,
Audax excuſſiſſe iugum ceruice rebelli,
Et frenum rupiſſe ferox Veneriſque capiſtro
Subtractum inſeruiſſe procax caput: ô caput arctis
Iam vinclis indutum, & preſſum mole catenarum
Inſolita, grauiuſque iugum iam ferre coactum!
Et tamen Aonidum imperium & mea fœdera noſter,
Imperium tam mite & dulcia fœdera, noſter
Spernereque, & Veneris potuit poſtponere duro
Seruitio, liberque in mancupii ire cupit ius.
Tun' (& adhuc nomen ſileo, trepidoque diſertim
Edere. cor corpuſque metu, dum cogito vibrat,
Et fugio infeſtum memorando augere dolorem:
Sed tamen ille idem cogit dolor edere nomen.)

Tun'

Tun' BVCRETI, ô BVCRETI cariſſime noſter,
At quondam noſter, nunc haut alienior vllis,
Tun' oblite tui, & fidei pactæ immemor olim
Communes interque Deas noſque inter amantes,
Tu me, tu noſtras potuiſti ſpernere Muſas,
Pellacem & nobis, nobis præferre Dionem?
Hoc illæ meruêre, hoc de te ego? præmia ſunt hæc
Digna mea, atque illa eſt illarum gratia digna?
Ibit in æuum ergo, & dicet per ſecula fama
BucretI hoc facinus deſertum hominemque Deaſque,
Deceptamque vtriſque fidem, fruſtrataque vota,
Et ſpem collapſam, in nihilum & magna omnia verſa.
Sed parcam tibi, ſed parcam tamen æquus iniquo.
Tu veró inuidia noſtra pulſatus abundé,
Quando tuam in diuam culpæ primaria transfers,
Et Veneri inuidiam hanc reiicis; da crimen herile,
Fare age; qua te vi nobis, quo auerterit aſtu.
Nam neque vi ſola, neque ſolo auerterit aſtu:
Ni ſimul aſtus ineſt in vi, viſque inſidet aſtu:
Quod reor, atque aliter vinci haut potuiſſe videris.
Sed dic ipſe modum, vt veniam mereatur honeſtam
Seu tua, ſeu Veneris, ſeu culpa vtriuſque remiſſa.
Dic age: quid tacitus pudibundæ ſanguine frontis
Ora notans hæres, nutuque oculiſque renidens
Incerto muſſaſque ſono, atque interprete dextra
Aſtantem oſtendis ſociatamque ad latus ipſum
Diuámne, an certam mortali ſemine nympham?
Acrius inſpiciam. quænam illa ô aurea virgo,
Virgo puellarum decus, effigieſque Diones
Ipſius, aut Charitum vnius, Charitum vna vel ipſa?
Iam iam adeò agnoſco: certè illa eſt illa celébris
Fama pudicitiæ, & caſtæ laus incluta mentis,
Illa verecundæ rariſſima gloria formæ:
Cuius iam noſtras quoque pridem ac ſæpè per aures
Rumor iit, nomenque haut vllum clarius antris

Pieriis, nullumq; è virginitatis honore
Ipſis virginibus magis eſt venerabile Muſis.
Illa illa eſt, video, manifeſtis prodita ſignis
ÆMILIA humanam ſupra ſpeciem ore decenti,
Purpureis celebrata genis, flauente capillo,
Frontis eburna area, lactêi prima niue colli,
Labrorum vernante roſa, quæ ſanguinis imbre
Rorauit Venus ipſa ſui: quæ deſuper vmbrat
Liliolum naſi, menti infra ſtans hyacinthus
Fulcit. & auricularum anſata coralla coronant
Hinc atq; hinc: media & rurſum regióne ſupinus
Tendit ſeſe arcus productis vſq; minatus
Blanda ſuperciliis, ſub quéis duo flammea ab orbe
Lumina ſcintillant gemino, radiiſq; coruſcis
Ignea ſpectantum tela eiaculantur in ora:
Hæc illa eſt, qua te veteris Dea callida pugnæ
Incautum oppugnans, facilé expugnauit inermem.
Hæc illa eſt, cuius te aduertens illice forma,
Hamatis & blanditiis ſermonis ineſcans,
Et morum viſcato captabunda lepore,
Et delenificá prenſans ſuadæ Ambroſiæ vi,
Ambroſiæ è toto ſpirantis corpore ſuadæ,
Cepit in oppoſitum vltró omni impete rete ruentem:
Optatæq; bono prædæ lætata, triumpho
Inſultat vacuis, & ridet inania vota
Verbiſq; & lacrumis ſpolium eheu triſte ſequentum.
Hæc illa eſt facti precium, merceſq; patrati
Criminis, ad ſuaſum quæ te corrumpere ſola
Transfugium potuit, deſertoremq; coëgit
Iuratam temerare fidem & rata ſoluere pacta.
Digna équidem merces, & quæ, ſi fata volebant
Te Muſis alienum alienumq; eſſe ſodali,
Sola ſuo merito tibi, ſola atq; vnica cauſſa
Debuit æternam fidei reſcindere legem.
Iamq; minus, poſitis animis, iraſcimur, illa

Excuſante,

Excuſante, tuumq; vltrò exorante reatum.
Largimur culpæ veniam. Te iunxeris illis,
Queîs iunxti Bucreti, & nos impunè relictos
Spreueris: inq; bonum, meruiſti quæ mala, vertant.
Sis Veneris, ſis Æmiliæ, ſis vſq; tuarum.
Res habeant ſibi noſtra ſuas dehinc numina Muſæ,
Reſq; meas habeam ipſe mihi: ſin deinde, quod æui eſt,
Sim meus, & Muſarum, & te mittamus vtriq;.
Vos eſtote meæ ſaltem, mea numina Muſæ:
Veſter ero, veſtroq; vno ſolabor amore
Diſcidium hoc, & fruſtrati diuortia amoris.
Vos pariter ſolamen in iſto quærite vobis
Deuoto vobis capite, æternumq; fideli.
Me me, adſum, qui conſtanti pietatis honore
Vos venerer, vos quem conſtante fauore colatis.
Me me, adſum, duplicatum in me conuertite amorem,
BucretI mihi lucratum transfundite amorem:
Inq; vno cenſete duos, vnumq; duobus
Æquatum reparate & damna rependite veſtra.
En ego, qui veſtro auxilio mea debita vobis
Munera, Bucretiq; feram, geminoq; labore
Has obiens, illaſq; vices, deperdita reddam.
Vos date ſim, qui debebat Bucretius olim:
Et date ſim, qui, ſi quis & ipſe ego, debeo quondam.
At iam tu nobis extremo vocis honore
Bucreti fugitiue vale, & tua gaudia carpe,
Gaudia perpetuum ô vtinam manſura per æuum!
Qui fluxæ textam myrti de fronde corollam
Immortali auſus lauri præferre virori es.
Sed viuas, vigeaſq; & tecum floreat ille
Flos æui melioris, amœnaq; gratia cœtus
Virginei, nunc iam nuptis noua fama, maritæ
Exemplum fidei, atq; ſui ſtella aurea ſexus,
ÆMILIA, ingeſtam quam toto corde recepſti.
LANGIAS ÆMILIA, in penitâ quæ mente viciſſim

Te fouet, atque imis ardens in mutua fibris
A feruore tuo requiem capit, & tibi contrà
Fert requiem complexa ſuo. Iam iungite iuncti
Complexus pariles, nexuque ambite tenaci
Corpora corporibus, quibus arcto tramite miſta
Commeet vna anima, & vitæ ſincera beatæ
Gaudia continuet vel ſero intermina fini.
Interea tamen & ne tota obliuia noſtri
Hauſeris atque aliquam priſco ſub pectore ſedem
In medio Venerum nobis dignare tuarum.
Noſter amor, noſtrique ipſis in amoribus illis,
Interdum ſubeat tibi ſopituſque regliſcat.
Nos meminiſſe tui vel ſic tamen vſque iuuabit,
Et veterem, quidquid nunc eſt, recolemus amorem
Mente ſub integra: nec culpa tua, improba culpa,
Improba culpa, tamen veniam merita improba culpa
Atteret imminuens viui fomenta caloris,
Quæ remanent: neque primæuum longinquior ætas
Carpet edax, ſerie annoſa populante dierum
Aut penitus nobis ignem vnquam abolebit, adultum
Æterna ſemel à Veſta, puriſque micantem
Pallados arcanæ flammis, & virginæ cura
Seruatum aſſiduò Fidei cuſtodis, in ipſo
Interiore foco & penetrali pectoris ara.

ROSÆ.

Ad Cornelium Martinum.

QVi teneræ tenero teneræui in vere iuuentæ
Floſculus, ambroſio totus odore fragras:
Qui pubis reliquæ flos illibatus, amœno
Corporis & Genii dulce virore nites:
Qui flos es Veneris, qui flos Suadæ atque Lepóris,
Qui flos Mercurii, Pallados & Charitum es:
Qui iugo inacceſſo Pindi, qui Heliconis in antro

Flos cluis & Phœbi, & flos cluis Aonidum:
Qui flos Varniadumque vnus, Roſeique Roſeti
Vna Roſa, innumeris tempora nupta roſis
Perpetim habes; frontemque perennibis endopetitus
Sertarum eximiè mactus ouas ſtrophiis:
Quique meos vnus pridem vnicus inter amicos
Flos florentis amas eſſe ſodalitii:
CORNELI, noſtros potius cui dedico flores?
Cui magis haſce ſacras conuenit eſſe Roſas,
Quàm tibi? cùm Natura lubens tibi & ipſa, potiſſit
Si dare eo plus, iam quod dedit antè, duit?
Accipe flos florum flores florum: atque perennis
Flos vireaſque hominum, flos vigeaſque Deûm:

ROSÆ.

Sic mî ergo vſque inamœnæ habitandum obſcura Vacunæ
Antra, nec vnquàm erit his ferre pedem ex adytis?
Sic mî ergo vſque inclatrato inſultabit, & aſpro
Vſque veternoſum Murcia dura caput
Calce premet: ſacris vt inertibus altùm operatus
Deſidiæ ætatem myſta alacer clueam?
Sicque mea illa ſimul, non olim indocta ſonare
Suaue melos, terſæ & vel ſapidum auriculæ:
Perpetim, inornato heic ſuffixa in pariete, telis
Neruia viroſæ ſordida araneæ erit?
Ah ne ita, ne Muſæ cupiant, nec ſirit Apollo
Nec velit hoc triplicis Gratiæ amabilitas!
Quin animi mens euigila, & torpore ſoluto
Parnaſſi aude iterum currere ad alta iuga.
Surge anima, & tibi vindicias tandem ipſa parato:
Plus ſatis hoc tulimus ſeruitii arduum onus.
Plus nimio, nimiumque diu iam (heu fata!) litatum eſt
Deſidiæ: Ignauo ſperne te, age, à populo.
Corque poëtificis rurſum ignibus ether, Equini &
Arida labri auido labra riga hauſtu ab aqua.

Linque

Linq; vmbras caueæ tenebroſæ, & amœna agri amœni
  Vere in amœniparo iam viridaria adi.
En vt ſe cœli diffundit amicior aura,
  Viuificoq; æther cuncta tepore animat.
En vt vermiculans variorum hinc germine florum atque
  Inde ſe odorato dædala inaurat humus.
En vt ſe ſiluarum amplis capita alta coronant
  Frondibus: En denſæ vt fulgido honore comæ
Luxuriant nemora, vſq; hilari quæ dulcè ſuſurro
  Adſtrepitant blandi flaminibus Zephyri.
En vt Dauliades, meditatæ omni antè hyeme, odas
  Vere nouo expromunt ſuauiſono ore nouas.
Odas! quæ mira dulcedine vt arbori aquæque
  Saxiſq; efficiunt cum auribus eſſe animam:
Sic animam exanimem in numeros animare potis ſunt
  Et menti reſidi infundere dia mele.
Quidni ergo in nobis etiam illum exſuſcitet æſtum
  Illud epos Philomelæ, illud amabile epos?
Suſcitat. Et quis iò me iam rapit ardor? iò quis
  Me impetus ad nubes celſaq; ad aſtra leuat?
Quis me ala enthea agit? quod mi œſtrum corda fatigat?
  Quò feror? an ſeco terræ, ætheris an ſpatia?
Quis nares modò mî afflat odos iam ſuauiter halans?
  Quæ mihi perſtringit lux oculorum aciem?
Dius odos! lux dia! Sed ô quæ numina cerno,
  Quas Diuûm choreas? quem capio aure ſonum?
O quem nunc teneo locũ? vbi ſum? hin' Chloridos horti?
  Chloridos anne horti hi? virginum an Heſperidum?
Ipſius an potius Cythereæ hæc illa Roſeta
  Roſcida, quæ ambroſio rore & odore fragrant?
Certè hic ambroſius roſeuſq; odor: hæcque ea certè
  Cypridos, hæc Paphiæ auguſta Roſeta Deæ.
Certè hic fons, & Acidalii vnda hæc lucida fontis,
  Campi & Acidalii hi matris Acidaliæ.
Certè ita. iamq; roſarum ordo rutilantium & aura

Mi propius

Mî propius nares, mî propiuſq; oculos
Halitu odorato ferit aureoloq; colore;
Omne nouaq; implet cor mihi lætitia.
Certé ita. iamq; Deæ capiuntur lumine claro
Contingi atq; ipſa pæne manu eſt tagere
Numina, cœleſteſq; choros: iam audire probé omnem
Fas vocis cantum, fas citharæq; modos.
Ecce Venus rutilo reſplendens frontis honore,
Cinctaq; fulgidulis hinc comam & inde roſis,
Altius vt medio ingreditur modó in agmine! vt effert
Se Dea! vt exſultat læta per herbidam humum!
Ad Veneris latus, en Veneris pulcerrimus Infans,
Inueſtis, nitido ſerta gerens capite,
Cum reliquûm incedit numeroſo examine Amorum,
Cumq; lepórum omni deliciante choro.
Poné ſed en Heram adeſt Charitum illa illa aurea triga,
Illa illa Idalii ſecta pediſſequii.
Iuxtaq; en tenera Horarum glomerat manus, atque en
Coniuga floripari Flora nitens Zephyri.
En quoq; Naïadum grex, en hilareſq; Napææ,
Mollium & en cætus mollis Hamadryadum.
En quoq; ſe Bacchus ſeptis genialibus infert
Cum Satyris, Panes cumq; ſatellitio.
En etiam comites fundunt ſe, hortoſq; frequentant
Cum ſuo honoratæ Præſtite Caſtalides
Omnium & en ſibi quiſque Deorum & quæque Dearum
De horti opibus, ſubitis demetit vnguiculis
Puniceaſq; albaſq; roſas: frenatq; ſuperbæ
Luxuriem ſerto verſicolore comæ.
Et iam en, vocis ad acoentus & barbiti eburnæ,
Exercent lætos pectore ouante choros.
En vt proſubigunt picta horti gramina planta
Inſtabili, en trepidis nant vt humum pedibus.
Spectaculum ô lepidum, ſpectaculum ô aureum! & aurei
Spectacli ante aurum deliciæ aureolæ!

Scilicet

Scilicet hæc Veneris roſeæ, Cypriique Roſeti,
Hæc Cyprii floris, more ſacro Cypriæ,
Annua feſta horto in Cyprio, à Cyprio grege, & à Diis,
Quos Cypriç aut floris tangit honos Cyprii;
Solemni ritu ac pompæ ſolemnis aguntur
Cum ſtrepitu, & multo cum ſale, cumque ioco.
Scilicet hæc ea feſta: hoc ſpectaculum illud: & illæ hæ
Spectacli lepidi deliciæ lepidæ.
Felices nimium flores! nimium ô felices!
Queîs datus à Superûm numine tantus honos.
Felices nimiumque Roſæ! ô nimiumque beatæ!
O florum reliquo præ reliquûm genere
Sorte nimis pulcra decoratæ inſigniter! ô quæ
Conferri vobis herbáue ſtirpſue queat?
Vos florum omnigenûm, vos plantarum omnigenarum
Reginæ, hortorum vos decus atque oculus:
Vos terræ ſidus, vos vnica & vna voluptas,
Vos vnumque hominum delicium atque Deûm.
O ego ſi veſtros verſu queam amabili honores
Æquare, & dignis digna ſonare tonis!
Quàm mihi non cupiam, gemmarum omnis Tyrii vnda
Quod freti habet, quod fuluo auri habet amne Tagus.
O ego ſi veſtro tantum iuuenilia flore
Innexa aſſiduò tempora habere queám!
Quàm reliquas ſpernā illecebras, quàm vile mihi omnis
Luxus; quàm mihi nil, quod volup eſt aliis.
O ego ſi veſtro ſatiari totus odore
Poſſim, ſi veſtra perfrui & vſque anima!
Quàm exoptem in naſum vnum omni me corpore abire,
Solus vti ſenſus ſit mihi ſolus odor.
Ecquid enim veſtro vſquàm alibi ſpiramine ſpiret
Suauius? vllum alit huic par vbi delicium?
Non ſe Arabum copes ſucci, non germina vobis
Indica, Panchæi haut ruris opima ſeges:
Non ſeſe Aſſyriæ componant vnguina, non ſi

Quid-

Quidquam alio Natura orbe genit melius.
O ego ſi veſtros poſſim vſque videre decores;
Quàm omnia mi Argi acres membra velim eſſe oculos
Dum modo conifero caput hæc adoperta galero, hinc
Rupta apicem, extremo vix hiat è calyce:
Mox foliorum arctos latè diducere amictus
Incipit, & rutilis ſe numerare comis.
Altera candidulo frontem exornata decore,
Emicat argentéis, plena pudore genis.
Altera natiuo ſe pingens murice, ſpargit
Ardentem aureolo purpuram ab vnguiculo.
Illaque & illa intus crocinis ſic incluta filis
Fulget, Phœbeos prouocet vt radios.
Certè equidem ſeu vos generi Iapeti ipſa Dione
Olim baſiolis extulit è propriis,
Dum Dea commendat felicibus oſcula glebis,
Oſcula flammeolis viuida ſpiritibus:
Seu vos, Diis ipſis noua gaudia, pro Ganymede
Dum ad cyathos præſtò eſt fortè Cupido Iouis,
Nectaris effuſi temerè arua in Chloridos &, qua
Nata Venus, ſpumæ nobiliore ſatu
Edidit: vnde ſeges tàm delicioſa repentè
Cœleſtes dulci meſſe beauit heros:
Seu quicunque Deûm quocunque è ſemine (nam non
Non à mortali ducitis ortum opere)
Primitus æthereæ eduxit vos lucis in oras,
Tale deditque orbis totius eſſe decus:
Certè equidem Cypria ipſa ſuo vos vulnere pinxit,
Ipſa ſuo tinxit ſanguine vos Cypria:
Ipſa Venus, certè ipſa: vbi carum ante omnia Adonin
Lethifero fixum dente ferocis apri,
Nequidquam, heu, nequicquam infelici incita curſu,
Semianimem ab Stygia tendit aqua aſſerere.
Fas mihi, fas Veneris veterem renouare dolorem
Hac geniali adeò in lætitia Veneris.

Ede lyra,

Ede lyra, Aſſyrii vt pueri acri intabuit igne
   Cypris: quem Cyprus magna patre è Cinyra
Myrrha matre tulit, ab auo natum atq; ſorore,
   Præſtantem formæ dotibus egregiis:
Cui membris decus adflarat natura ſuperbum,
   Et dederat cœtus virginei eſſe facem.
Huic Venus vnanimo inſanúm ſuccenſa furore
   Dicitur inſolito deperiiſſe modo.
Hunc Dea vel Marti antetulit: pro hoc alta Cithera,
   Præ hoc ſordere Gnidus, cumq; Amathunte Paphos.
Hoc præ vno ſtellati etiam picta atria cœli,
   Hoc præ vno vilere intima & aula Iouis.
Illi, ſiue oriente die Sol tolleret igneum,
   Seu moriente, caput mergeret Oceano;
Illi perpetuum comes ibat; & aſſiduó vná,
   Accubuoq; vna degere dulce fuit.
Quin neque, cum in ſaltus abiens inculta ferarum
   Per luſtra hic rapidis prædam ageret canibus,
Ipſius vnguem abiit minimum quoquam à latere: vſq; at
   Saxa per & ſiluas perque iuga inſequitur,
Venatrix: nec ferre pudet quoq; retia Diuam,
   Cœleſteſq; atra tinguere cæde manus.
Ah pereat pereat, qui primus retia, primus
   Inuiſa inuiſas texuit arte plagas!
Inde heu orta infauſta infauſti ſemina belli,
   Inde heu mortiferi orta exitii atra ſeges.
Inde heu heu miſeræ miſer, eheu, Cypridi Adonis
   Perditus: inde eheu exanimem exanimis
Monte infelici Cytherea adſpexit Adonin
   Fundere purpuream cum amne cruento animam.
Illum immanis aper; ſolitis dum in montibus errat
   Venatu & ſolitis tempora dans ſtudiis:
Correptum ante plagas lethalis acumine dentis
   Icit, & ictum albo ſauciat in femore.
Cui ſubitam vt feſtinat opem Venus alite curſu,

Perq;

Perq; inculta amens præcipitat iuga iter::
Ecce ruentis iniquo infeſtat candida morſu
Crura, ſacroſq; acris ſpina pedes violat.
Spina acris: quam ſupra hamatis ſentibus hærens
Vernabat niueo multa colore roſa.
At Diua vt tenerum manare è vulnere ſanguen,
Stillare & dios crura videt latices.
Largifluiq; rubos adſperſu vndante cruoris
Tinguier; omni corde imitus ingemuit.
Cum gemituq; rubis ſimitu indignata malignis,
Pluria dixit in hos verba repentè mala.
Mox tamen, hæc, lacrimans ait, hæc mî grata doloris
Signa mei, & teſtes perpetim amoris erunt.
Perpetim erunt. quæque antè adeò candore placebant;
Ornatu inſignes vnicolore roſæ.
Deſierat. vitreaſque abſtergens lumine guttas,
Ilicet hinc properans carum ad Adonin abit.
Illa abit. at ſparſi Cythereæ ſanguine dumi
Hinc citò ſanguineis ſuaue rubent foliis.
Qualiter ingenuæ cum mutant ora puellæ,
Occupat albentes purpura pura genas.
Qualiter aut, Tyrio ſi quiſquam inuerterit oſtro
Indum ebur, id iuſſam ſe induit in faciem.
Aut ſtrictura velut chalybe in candente ardeſcit,
Aut matutino vt Leucothee ore rubet,
Inde, Roſæ, heîc illic ampli omnia per ſpacia orbis
Effertis gemino floris honore caput.
Inde, Roſæ, diuûm omnium amor, tutelaque diuûm;
Sed Veneris tutela vnica præcipuè.
Vnica præcipuè Veneris cura, vna voluptas,
Præcipuo quæ vos vna colit ſtudio.
Quæ vos tergemina Eurynomes cum prole fluenta ad
Alma perenniflui nutrit Acidalii.
Quæ vos felici celebrat ſolemniter horto,
Feſtaq; ſic veſtro nomine gaudia agit.

Ipſa & vos ſeptis veſtri ſtudioſa maritis
Delicioſa horti ante omnia, Chloris alit.
Ipſe & vos Bacchus colit vnicè; & ipſe adeò omnium
Primùm olim veſtris primula de foliis
Vina bibit, flagranti actus fragrantia odoris
Nectareoque ſapore ocyus in furias.
Idem dapſilibus vos intertexere ſertis
Princeps, & comptis ponere temporibus
Edocuit; ſeu quando homines conuiuia menſis
Læta agitent, agiles ſeu celebrent choreas.
Quin idem læſorum ad puluinaria poſtas
Cœlitum, Olympicolis vos dare munera heris,
Terrigeniſque offenſi auertere numinis iras,
Et pacem inſtituit conciliare nouam.
Quid memorem? vt Phœboque Nouenſilibuſq; Deabus
Carmine pro docto ſerta, operæ precium,
Ipſi etiam vates de veſtris plectere ſuerint
Floribus, Aonii ferreque ad antra iugi?
Cetera quid memorem? quæ perpes adorea famæ
Præpete fert celſa ad nubila remigio?
Hoc ſed quêi ſileam? vt generi mortalium acutos
De affecto morbos corpore vi medica
Sæpè repellatis, certaque ope deſubitò almam
Præſentes ſitis reddere temperiem?
Hoc ſed quêi ſileam? vt poſt fata quoque vltima nobis
Ad miſeri atratas funeris exſequias
Iuſta ſepulcrali faciatis munere, & ipſos
Functorum ornetis perpetuò tumulos;
Vos ego, ſi forſit noſtro ulla ingratia verſu,
Pro meritis verſu ritè canam vſque meo.
Vos ego, vos æterno ego deuenerabor honore,
Vos indefeſſo pectore & ore colam.
Vos ego mi malacæ vſq; in texta viebo corollæ,
Vos mihi inumbrata fronte geram inclutum onus.
Vos ego decerptas manibus ſine fine fouebo,

Vos aui-

Vos auidis ſemper naribus olfaciam.
Vos oblectamen cerebro, vos nobile menti
Protelum in melicis vſque er tis modulis.
Nempe peregrinis alii oblectamina terris
Quærere eant, patrio è quos iuuat orbe nihil.
Vos dum habeam, næ mi ialeat deſpecta vel ipſa
India cum Aſſyria, Media cum Arabia.
Vſque adeò nulli præ vobis ſit precium vllum,
Nullum adeò externis ſtet decus illecebris.
Sed quid? Num heic etiã haut parte omni firma voluptas
Num heic etiam quod nos cordolio angat, adeſt,
Scilicet vnum iſtud nimium meritò queri habemus,
Flori adeò eximio eſſe æuum adeò exiguum!
Natura, alma parens rerum, ſicne vnicus ille
Terræ oculus, terræ tam breuis eſt oculus?
Siccine flos florum tantillo tempore florens,
Vix vix cum incipit eſſe, incipit eſſe nihil?
Há, Natura! En vix primo qui ſe exerit ortu
Mane nouo, vt ſero veſpere demoritur!
Aut, quando ſtellarum & cœli infamia ſic iam
Arua per immodico Seirius igne rabit:
En quem naſcentem rutilo Eos ſpexerat ore,
Vt denaſcentem Sol medio axe videt!
Há, ſicnè oſtentas ſimul & rapis! ha, quid id, illum vt
Adferat vna dies, auferat vna dies?
Debueras meritò dare ei diuturnius æuum,
Digno, quem haut ætas vlla ſenecta grauet:
Digno, qui nobis annum florere perennem,
Et nunquam fluxis ſtare queat foliis.
Nunc eheu terra ipſa breuem conqueſta virorem
Luget, inornatos ferre negatque rubos!
Nunc eheu pueri mecum puerǽque quiritant,
Condita tam blandis tam ſpatia arcta roſis!
At vos ô pueri mecum, & vos virgineus grex,
Mittite Naturæ non bona verba loqui.

Dumq́ue licet, legite vngue roſas, ſtipate quaſillos,
Flore grauate ſinus. flore grauate comas.
Dumq́ue licet veſtri fructus decerpite veris,
A tergo ætatis ninguida iam inſtat hyems.
Verculum enim hoc vt abit, redit & pede bruma volucri:
Sic æui humani curriculum omne volat.
Et veluti roſei citò flaccet gratia floris,
Hirtaq́; collapſis ſpina manet foliis:
Gratia ſic formæ ſubitò ſic viuida Virtus
Corporis exſuccis defluit articulis.
Denique Morta feris vitam ſicelicibus ipſam
Eripit, vt florem torrida flamma necat.
Qui ſapit, expendens mortalis nomina ſecli,
Seq́ue Roſam, & ſibi Ver nouerit eſſe fugax.

ELEGIÆ LIB. I.

Cunæ Natalitiæ Chriſti Saluatoris.

I.

QVis puer hic? quæ cunæ? & circum turba virorum!
Quæ pecudes? quæ vox læta per aſtra ſonat?
Ten' video, diuine puer, dulciſſime Ieſu,
Edite cœleſti de Genitore Deus?
Ten' video cunaſq́; tuas? Túne optime Chriſte,
Edite mortali de genitrice puer?
Tune ades? Eia venis, ades eia, ô nobilis hoſpes!
Eia ades ô hoſpes nobilis, eia venis!
Ecce iaces laceris puer optatiſſime cunis,
Ponis & in duro membra tenella toro.
En te caſta ſinu infuſum matercula caſto
Molliter amplexu brachioliſq́; fouet.
En fouet ipſe ſenex Ioſephus, & aſpera brumæ
Frigora ſollicitus, qua licet arte, fugat.
En tibi paſtores ouium, quibus æthere ſummo

Nuntia

Nuntia natalis vox data læta tui,
Adſtant.& tenerâ ludentes carmen auenâ
Lætiſonis ſoluunt ora canora modis.
En brutæ pecudes nutuq; & poplite flexo
Alludunt pedibus,ſanĉte puelle,tuis.
Aſpirantque pio præſepibus ore vaporem,
Ne lædant tenerum triſtia flabra latus.
En etiam angelici pars ad cunabula cœtus
Funditur,officiis officioſa ſuis:
Pars choreis plauſuque & cantibus aëra purum
Rumpit,& inſolito gaudet,ouatque modo.
Et nos ergo tibi puer,ô vnica mundi
Lætitia,humanæ gentis & vna ſalus;
Et nos pauca decet ſolenni carmina verſu
Iam canere, & cunas concelebrare tuas.
Fas agitare piis animis pia gaudia,fas nunc
Rité tibi grates ſoluere mente piâ.
Fas tua ſupplicibus ſterni ad præſepia votis,
Fas libare tuis oſcula ſanĉta genis.
Ecce ego ſupplicibus veneror præſepia votis,
Ecce ego libo tuis oſcula ſanĉta genis.
Sed quo te ore canam?tua quâ cunabula voce,
Quo verſu,ſeu quo laudis honore feram?
Adſpicio rigidum ſtabuli miſerabilis antrum,
Teĉtaque nutantis iam ruitura caſæ.
Adſpicio ſqualorem atri tenebraſq; bouilis,
Expoſiti ventis,expoſitique niui.
O miſeram rerum faciem! Téne edite cœlo
Rex cœli,obſcuro ſic recubare ſpecu?
Cunæ,infelices cunæ! Nónne atria Regum
Splendida,& auguſtæ vos decuére domus?
Atria ſed vobis,antra hæc,atræque latébræ;
Hoc tuguri culmen pauperis,ecce domus.
Hócne tibi,hoc ſtabulum, puer alme,cubilia præbet,
Qui Deus es terræ,qui Dominuſque maris?

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Cunæ infelices Cunæ! vos fundier auro,
Vos Parium marmor, vos ebur eſſe decet.
At vile en lignum, en rigida rudis arbòre truncus,
En præſepe eſtis, phatna miſella boum.
Cunæ, infelices cunæ! vos fulcra decebant
Mollia, & Attalici pluma ſuperba tori:
Ecce ſed ingrato cum ceſpite ſtramen habetis,
Et carex Pueri pungit acuta latus.
Cunæ, infelices cunæ! vos pulcra decebat
Stragula, vos roſeo tegmina picta croco:
Vos variata Phrygum nitido velamina textu,
Vos Serum artifici vela operata manu:
Vos ſindon Tyria atque oſtrum, gemmæq; coruſcæ,
Diues ab Eoa quas legit Indus aqua.
At ſparſi heu fragiles calami, ſparſa vlua paluſtris,
Aridaque exſucci graminis herba iacet.
Cunæ, infelices cunæ! vos florea meſſis
Debuit ornatu condecorare ſuo.
Vos molles violæ, vos purpurei Narciſſi,
Cumque Amaranthæis laurea ſerta comis.
Vos caſiæ aureolæ, vos lilia, vos Hyacinthi,
Vos decuit Nardus; vos decuêre Roſæ.
Aſt horum nihil eſt: ſed adeſt ignobile fœnum:
Fœnum eſt; ſed fœni vix ſat adeſt.
Cunæ, infelices cunæ! vos nimbus odorum
Debuit hinc læto ſpargere & inde loco:
Vos fauus ambroſius dulci perfundere ſucco,
Vos niueo Aſſyrius tingere rore liquor:
Vos ſimul infantemque aura mulcere ſalubri
Halitus eque polo debuit, eque ſolo:
Heic virides lauros & olentes vrere cedros,
Hunc ferre ad lectum fas erat omne nemus.
Aſt horum nihil eſt: lepidum nihil inter aſellos,
Inter & immundos nil geniale boues.
Cunæ, infelices cunæ! pulcra omnia vobis,

Vobis

Vobis delicias, diuitiasque ſuas,
Thuriferis debet Panchaia pinguis arenis,
Debet & auriflui lympha beata Tagi:
Vobis quidquid habet ſegetum felicibus aruis
Medus, & intactâ merce opulentus Arabs:
Vobis quidquid humus gremio fouet omnis in imo,
Et mare, debetur, quidquid & vnda tenet.
Aſt horum nihi eſt: nihil eſt niſi triſtis egeſtas:
Triſtis; & omnigeni pondere preſſa mali.
Vilia vix dantur magalia: vix datur arctâ
Matri cum puero delituiſſe casâ.
Vix datur imbelli prohibere á corpore frigus,
Vix vitare Eurum, vixque cauere niuem.
Vos tamen abſque illis Cunæ ô bis terque beatæ:
Sat tamen ô vobis fata benigna fauent:
Dum puerum amplexu veſtro teneatis Ieſum,
Nobilius quo nil, proſperiuſque nihil.
Non vos dura grauant fortunæ incommoda: vobis
Nobilius nihil eſt, proſperiusque nihil.
Cunæ, ô felices cunæ! quem maximus orbis,
Quem mare, quem ſupera non capit aula domus:
Vos capitis Regem & dominum, quem maximus orbis,
Quem mare, ſidereæ quem tremit aula domus.
Cunæ, ô felices cunæ! vos pauperis antri
Sede, & ſtramineo conditis, ecce, toro,
Quem non tot populi, non excepére tot vrbes,
Non tot magnificis atria ſtructa locis.
Cunæ, ô felices cunæ! vos paruulus ille
Hoſpitium voluit dulce parare ſibi.
Vos vos præ reliquis tanto dignatus honore eſt,
Et clarum toto nomen in orbe dedit.
Cunæ, ô felices cunæ! vos vnicus ille
Theſaurus mundi terrigenûmque premit.
Ille puer, puer ille, in quo quæ perdita quondam
Primæui lapſum per genitoris erant:

Ille puer,puer ille,in quo iam reddita nobis
Omnia,& auxilio ſunt reparata nouo.
Cunæ,ô felices cunæ!queis corpore paruo
Maximus ille heros,optimus ille,iacet.
Ille heros,miſero venit ille ſalutifer orbi,
Indelibata Virgine natus homo.
Ille en mortales Deus immortalis in auras
Prodit & humani corporis oſſa gerit.
Cunæ,ô felices cunæ!quêis vnica noſtri
Spes generis,requies vna,ſalusq́ue cubat.
Ille opifer nos æterna de morte redemit,
Et vetuit Stygiæ regna ſubire plagæ.
Ille opifer nobis æternæ munera vitæ
Reddidit & cœli iuſſit adire domum.
Cunæ,ô felices cunæ!quæ gaudia tanta,
Inq́; ærumnoſam tot bona fertis humum.
Cunæ,ô felices cunæ,nimiumq́ue beatæ!
Cunæ ô,quêis cœlo gratia tanta venit!
O cunæ,quêis nec totus certauerit orbis!
Cuncta nec aſtriferi ſidera clara poli.
O vtinam veſtri mihi pars extrema decóris!
O vtinam veſtri portio parua boni!
Tuq́ue ô Chriſte meo iam nunc illabere cordi!
O puer alme veni,Ieſule ſancte veni!
En heîc, blande puer,cunæ:en præſepia noſtri
Pectoris:en animi ſcrinia aperta mei.
En hæc templa ſubi,nec dedignare vocantem:
Heic habita,heic firmam tu tibi pone domum.
Me coniunge tibi,mihi te coniunge per æuum,
Vt meus æternúm ſis,maneamq́; tuus.
Sic ego te,cunasq́; tuas celebrare ſtudebo,
Dum terram,é terra raptus & aſtra colam.

Nox Ieſu Chriſto ſernatori natalis.

II.

EN iterum medio glacialis frigore Brumæ,
Chriſte puer tenera Virgine natus ades.
En iterum tua feſta nouo celebranda ſub anno
Ducis, & ad cunas quemque venire iubes.
Adſum ſancte puer, cupidiſque amplexibus vltrò
Brachia in aduentum tendo parata tuum.
Ad tua proſtratus genibus cunabula flexis
Grata tibi grato pectore dona fero.
Carmine ſolenni meritas dum pangere laudes
Nitor, & arguta fundere voce melos.
En tibi peruigilem, Ieſu dulciſſime, Noctem,
Primula quæ cunis fulſit oborta tuis,
Peruigili meditor ſtudio celebrare; canentem
Tu modò ſi dextro ritè fauore iuues.
O ades, atque iuua placidus: tu ſuffice blandos
Vere pater Vatum, maxime Phœbe, ſonos.
Tu viuis anima numeris mea carmina; tu da,
In certos veniant libera verba pedes.
Sic te digna canam dulci præconia verſu,
Sic fluet ingenii limpida vena mei.

Ergo ſoporiferis Nox ô pulcerrima bigis
Scande modò aurati templa ſerena Poli.
Funde age iucundas terris optantibns vmbras,
Et renoua tenebris gaudia læta tuis:
Gaudia, quæ quondam toti letiſſima mundo,
Prima dabas, ſummi nuntia prima boni;
Cúm puer é grauida matris foret editus aluo,
Vnica ſpes hominum Chriſtus, & vna ſalus.
Diffugiant nigræ toto procul æthere nubes,
Purior & cunctis rideat aura locis.
Flabra premat Boreas, & durum ſæua rigorem,
Cum niue, cum gelido frigore, ponat hyems.
Siderá, quæ variis diſtinguunt æthera gemmis,
Lumine iam ſolito ſplendidore micent.

Qualis erat cœli facies, vbi candida virgo
 Tempora iam partus cerneret ire ſui:
Virgo gerens planum cœleſti numine ventrem;
 Neſcia mortalis virgo pudica viri.
Illa Dei ſobolem nixu paritura beato
 Ponere maturum dum meditatur onus:
Dum gelido vigilans laceri ſub culminis antro
 Exſpectat cœli ſubuenientis opem.
Adque Deum ſanctas ardenti pectore palmas
 Tendit, & auguſto fundit ab ore preces.
Interea celeres properans abſoluere curſus
 Ingreditur mediam nox tenebroſa viam.
Vndique iam dulcis, placido mortalia ſomno
 Corpora mulcebat feſſa labore, quies.
Quæſitumque inter nemorum fruticeta ſoporem
 Præbebant tacitis abdita luſtra feris.
Iam genus alituum mutâ ſub fronde quieſcens,
 Nulla repercuſsâ carmina voce dabat.
Alta per & ſiluas, rigidosque ſilentia montes;
 Nec ſtrepitus campis, nec ſonus vllus erat.
Spirabant tenues nullo cum murmure venti,
 Mitior & vacuis aura ſilebat agris.
Quique ferox Pontus furioſo tunditur Euro,
 Leniter inſtratas ire videbat aquas.
Quin etiam magno ſubter labentia mundo
 Voluuntur tacitis ſidera cuncta viis.
Vſque adeò tranquilla ſilent, Dominoque miniſtrant
 Singula; ſic iuſto cuncta tremore pauent.
Miranturque noui myſteria maxima partus,
 Dum Deus humano corpore viſit humum.
Virgo ſed en vtero media inter vota ſoluto
 Saluificum mundo molliter edit onus.
Edit onus Virgo. nec iam mora: conſcius æther
 Signa dat, & ſumma protinus arce tonat.
Plaudit iò cœlum, clangoribus inſonat Orbis?

Omnis

Omnis ió plauſu terra ſonante ſalit!
Exultant valleſque cauæ, colleſque ſupini,
Siluaque frondentes concutit alta comas.
Flumina conuerſos ſtupefacto gurgite curſus
Siſtunt,& trepidans lenius vnda fluit
Plandit auis pennâ, viridiſque per auia ſiluæ
Inſolitum ſuaui concinit ore melos.
Omnia lætantur: ridet liquidiſſima mundi
Forma; nitent agri: prata ſerena micant.
Aurea lux totâ radiis fulgentibus æthrâ
Surgit & ardentes ſpargit vbique faces.
Hinc etiam feſtas meditatur pura choréas
Cynthia, nec maculis dat ſupereſſe locum.
Quam circum tremulis ludunt radiantia flammis,
Et nitidos ducunt molliter aſtra choros.
Exultant Hyades rutilæ. ſua plauſtra Bootes
Aurea, & auratos conſpicit ire boues.
Tum primúm Erigone miſeri poſt fata parentis
Viſa fuit gemitus depóſuiſſe ſuos.
Ipſe quoque arridens, non iam crudelis, Orion
Mite cruentato liberat enſe latus.
Parua loquor. Forté & paſtores montibus illis
Seruabant clauſos ſepta per arcta greges.
His niueus ſummo veniens adſiſtit Olympo
Angelus, & trepidis nuntia læta refert.
Ite viri: ſuperâ vobis Seruator ab arce
Natus in humanâ carne videndus adeſt.
Pergite Dauidicæ properé ſub mœnia Bethles,
Et date iam Regi munera veſtra nouo.
Dixerat. hi properant: fugit ille ad culmina cœli,
Ambroſioque omnem ſpargit odore locum.
Continuó magnum viſi per inane volatus,
Et ſimul angelici denſa caterua chori.
Fit plauſus, reboat lætis diſcurſibus aër:
Ictaque iucundis perſtrepit aura ſonis.

Dulcia

Dulcia cœleſtes pangunt præconia cœtus,
Et pia ſublimi carmina voce canunt.
Vnus erat cantus: Sit gloria ſumma Tonanti,
Pace noua tellus, pace triumphet homo.
Reſponſant nemora & montes, campique iacentes
Vnanimi plaudunt per loca cuncta ſono.
Hæc inter ſtudia & magni ſolemnia mundi
Gaudia, nox curſus finit abacta ſuos.
Nox, qua nec ſuperis, nec qua mortalibus nunquam
Lætior, aut mundo gratior vlla fuit.
Nox longé ante alias fortunatiſſima noctes;
Nobilis ante homines, nobilis ante Deum.
Hæc nox illa fuit, multos quæ feſta per annos
Semper erat puris concelebranda ſacris.
Hæc nox Iſacidum generi ſeroque nepoti
Vna per aſſiduas vsque petita preces.
Hæc deſiderio patrum exoptata piorum,
Hæc ſpes ſollicitis vatibus vna fuit.
Hæc illa eſt primis promiſſa parentibus, orbem
Vix vbi condiderat dextera magna Dei.
Scilicet ex caſta qua Virgine ſurgeret Heros,
Et Deus & vero corpore verus Homo.
Qui labem proprio merſurus ſanguine noſtram
Irato caderet victima iuſta Patri.
A quo Mors, Satanas, peccataque victa iacerent;
Nobis certa ſalus, & noua vita foret.
Natus ió nunc ille! & ió Nox illa ſalutis
Largitrix fauſto vénit amica gradu.
Inclyta nox ſalue, nox optatiſſima ſalue:
O Nox ante omnes nobilitata dies.
Se lux nulla tibi, non magni ſidera cœli,
Non radiis Titan conferat ipſe ſuis.
Tu ſiquidem veri fons luminis, vndique denſis
Quo ſine nos tenebris nox inamœna premit.
Tu mundi Solem generas, radiisque ſerenis

Perpe-

Perpetuæ monſtras dulce ſalutis iter.
Tu lux vna viæ, ſine te quam cernere nemo,
Et pede ſollicito carpere nemo poteſt.
O nox lætitiæ genitrix, pacisq́; beatæ
Diues; & æternis nox opulenta bonis;
Tu miros adeó partus, tu primula ſentis
Vagitus, teneró quos dedit ore puer.
Tu mundi plauſum citius paſtoribus ipſis
Adſpicis, & læti iubila feſta poli.
Tu matrem, tu ſollicitis certantia curis
Matris in ardenti gaudia corde vides.
Tu miſeras miſerata vices, tam paupere forma
Dum iacet adſpectu vilis inopsq́ue puer;
Optaſti rutilum præſæpia vertere in aurum,
Adq́ue latus picti ponere ſtrata tori.
Pro ſtipula vt molli poſitus requieſceret oſtro,
Debitus & regni nullus abeſſet honor.
Salue iterum nox cara Deo, nox proſpera mundo,
Nox omni potior nobiliorq́ue die.
Salue, & curriculo nobis reuoluta ſecundo
Sæpé redi verſu concelebranda nouo.

Ioanni Matthæo Wackero
Nicolao Rhedigero
Iacobo Monauio.

III.

IAnus adeſt, Strenasq́; ſuis properare Kalendis
Admonet antiqua relligione nouas.
Iamque calent ſtudia, & quæ ſueuit amicus amico,
Patrono tenuis munera grata cliens,
Quiſque ferunt: hincq́ue officiis ſolennibus atque hinc
Certat in alternas æmula turba vices.
Et mea ceſſat adhuc ſtrenis inſtrenua, priſci
Moris & officii oblita ſui pietas?

Euigila & tardum, mea Muſa, expelle ſoporem
  Auſpicio lucis ſub meliore ſacræ.
Excitat annorum dux IANVS, & huic comes hærens
  STRENA: te nymphæ, te ſociam adde Deo.
Dumque ſuis alii ſtudia & votiua frequentant
  Munera, ne deſis ſola caueto tuis.
I, carosque meos mihi patronosque ſaluta,
  Quo potes & dono ſedula quemque cole.
Staſné etiam? & laceris brumale iter horrida pannis,
  An tot egens vltró, munera danda times?
Nam ſané & graue frigus, & eſt annona grauis nunc
  Strenarum: nudo præcipué & vacuo.
At tu ne trepida: ad paucos te mitto, nec illos,
  Non niſi quos longâ ſit tibi adire viâ,
Nec niſi cum cultâ tunicâ, donoque ſuperbo:
  Sed mage qui dono te tunicaque beent:
Inſuper & notos tibi noſcentesque viciſſim,
  Grata ſalutatrix & quibus hoſpes eris.
Defungi poteris, ſaltem tu fungere, paucis:
  Et ſis officii fida miniſtra mei.
Tres colo præcipuos, tres præcipué vsque colendos
  Hoc, licitumque alio quo mihi cumque modo eſt.
Tres Sileſiacæ ſtellas, tria numina terræ:
  Vnica quæ noſtri triga patrocinii.
Dum memoro, munibo viam tibi præuius, ipſos
  Et ſimul affatu conciliabo meo.
Vos etenim, vos vos eſtis, ter amabile Diuûm
  Atque hominum famâ triplice delicium:
Tergeminum ô ſidus noſtum, mea gloria trina,
  O mihi præſidium nobile, dulce decus!
Tu pars Auguſti, VVACKERE, & fama Senatus,
  Aoniique idem famaque parsque chori:
Et tu magnificos titulos natalibus æquans,
  Natales vincens, RHEDIGER, ingenio.
Et tu non impar doctrinâ & laude, MONAVI,

Nominis

Digitized by Google

Nominis illuſtrans omnia luce tui.
Ad vos en modó difficilis ſub ſidere Brumæ,
Tempore ſolenni ſed mea Muſa venit:
Approperans primo reducis ſub lumine Iani
Ad matutinas officioſa fores:
Et reliquâ in turbâ votiuam prima ſalutem
Dicere felici geſtit ab augurio.
Agnouiſſe iuuet, iuuet vltro admittere & vltró
E medio hanc alios ante vocare globo:
Atque verecundam vultu firmare benigno,
Intrepido magis vt, quæ cupit, ore ferat.
Nam fert illa quidem, quod debet conſcia, linguâ,
Non dextrâ: vacua ſtans inhonora manu.
Et commendando pulcræ pro munere ſtrenæ
Soluit inornatis verba ligata modis.
Verba ſed hæc quoque pauca: vt paupertina ſupellex
Illam omni facit ex parte pudere ſui.
Nam rerum ceu prorſus inops, ſic eſt neque diues
Carminis: & ſterili oppreſſa labore gemit.
At pietate tamen vobis, licet omnia deſint,
Se cupit, & nudo poſſe probare animo.
Vtque cupit, ſperat: tanta eſt fiducia veſtri:
Nititur & votis ſic animoſa ſuis.
Scilicet his ipſis, quéis ſolúm haut paupera votis,
Imó vel ante omnes eſſe opulenta poteſt.
Quéiſque adeó in veſtri cultum ditiſſima, plenum
Cœlo animum, cœlo tollit vtramque manum.
Hæcque offert donatiuæ iam nomine ſtrenæ,
Et putat illius rité ſubire vicem,
Sic vouet illa autem, conceptis in breue verbis,
At ſpacium fusâ mentis in omne prece.
IANE Pater, ſeclorum ab origine ductor in orbem
Voluendis præſes addite temporibus:
Te duce qui veteri lapſo nouus inchoat annus,
Te duce fac felix inchoet annus iter.

Quæque

Quæq; renaſcentis lux ævi primula vitam
Auſpice te fato ſumit ab occiduo.
Sæpé renaturis fauſto ſub ſidere ſeclis
Auſpice te ferum pergat ad occiduum.
Et qui nunc caput anni, & dux porró inde dierum
Sole recentato ſupprimit aſtra dies:
Proſper in auſpicium liquidum exoriatur, & omnes
Promittat ſimiles præſtet & vsque ſui.
Fas hominum generi certam ſperare ſalutem
A dextri iam nunc ominis augurio.
Præcipue ſit fas hanc me ſpondere clientem.
Patronis, quibus hæc imputo vota, meis..
Viuant & valeant, cunctis ſine fine fruentes,
Ipſi quæ cupiunt, nec cupiuntque bonis.
Sic pariter viuam, & cunctis fruitura valebo,
Ipſa ego quæque opto, quæque nec opto, bonis.
Hæc, VVACKERE, tibi, RHEDIGER, atq; MONAVI,
Muſa precor veſtri ſemper ACIDALII.
At mihi & hoc: nouus antiquos mi vt ſeruet amicos,
Priſtina nec veſtri iura patrocinii
Dehinc in me mutet, renouet ſaltem, & veterem me:
Innexum hic vobis artius annus agat.
Pluribus & porró ſemper voluentibus annis
Veſtra mei perſtet cura, perennet amor.
Perſtet cura, perennet amor: ſed & augmine creſcant;
Si pote, ſi mereor, vtraque perpetuo.
Quin ſi nec merear: quamquam fortaſſe merebor;
Atque erit hæc ſtudiis vnica cura meis.
Quæ magis atque magis meritis obnoxia veſtris,
Augebunt pariter ſe magis atque magis,
Dumque manet ſenſus veſtro per fata clienti
Illius vsque in vos cultus honoſque manet.
Cumque cadet ſenſus, tamen & poſt fata ſuperſtes
Illius haut per me grata cadet pietas.
A cinere atque rogo veſtri obſeruantia viuet,

Scriptaque

Scriptaque in æternum vos venerata colent.
Vos illum VVACKERE,& RHEDIGER,atq; MONAVI
Quiſque ſuo,vt cœpiſtis quiſque,fauete modo.
Et velut á nobis certatur honore colendi
Veſtra in cunctorum ſingula promerita;
Sic vos inter vos certate fauore iuuandi
Vna adeó in noſtræ commoda ſemper opis.
Vt qui nondum etiam forſan dubitare poteſt nunc
Hactenus hoc cui plus debeat è numero:
(Namq́ue,reor,veſtrûm ſané & conceditis vni
Ipſi vltro:& primas cui ferat ille,ſcio:)
Dehinc moles benefactorum haut examine claro
Neſcire in variis cogat & innumeris,
Maxima ſint cuiuis,cuiuiſvé ſecunda vel ima:
Nec cuiquam præ aliis deditus eſſe queat,
Erret & incerto gratæ diſcrimine mentis,
Prima cui cultus deferat officia.
Vtque adeó hinc,ne cui ex meriti virtute latentis
Iudicio ignaro plus tribuatve minus:
Omnibus ex æquo putet eſſe obnoxius,omnes
Indiſpenſato gratus honore colat.
Atque ita ſit totus cuiuſque per omnia veſter:
Parque ſit in cunctos gratia,par ſit honos.

Ottoni Pranio.

IV.

QVid mirum, Aonio Phœbus quem nutriit antro,
Hunc ſi carminibus donet Apollo ſuis?
Quid mirum,quem Pieriæ coluère ſorores
A puero,& gratâ nunc quoque mente colunt?
Quid mirum,qui Pierias coluitque ſorores
A puero,& gratâ nunc quoq; mente colit:
Hunc ſi Pieriæ ſtudeant decorare ſorores,
Cultorique ferant munera largo ſuo?
Quid mirum,cui nobilitas á ſanguine claro.

Clara per innumeros dinumeratur auos:
Quid mirum, veræ qui nobilitatis honorem
  Nobilitat culti laudibus ingenii:
Ingenii, quod Diua Themis, quod virgo Patrima,
  Artibus & ſtudiis expoliêre bonis:
Huic ſi nobilius certet nomenque, decusque,
  Efficere, ingenio quiſquis & arte valet?
Denique quid mirum, Domino ſi dulcis alumnus,
  Queis queat, officiis complacuiſſe velit?
Nil equidem mirum: neque tu mirabere quidquam
  Magne vir, & priſcæ nobilitatis honos.
Dum mea te, quamquam tenui non ſplendida cultu
  Muſa, ſed in laudes officioſa Dei,
Verſiculis ornat paucis: quos ſcribere Chriſto
  Me Pietas, tibi mens grata dicare iubet.
Tu ſtudiis tranquilla meis das otia; tu das
  Muſarum blandâ poſſe quiete frui.
Ergo age, quâ pietas, & quâ mens grata meretur,
  Accipe conatus fronte, pobaque meos.
Sic placidé multos ſuaui cum coniuge in annos
  Viue, nec á triſti ſorte pericla time.
Vnica ſic ſoboles, decus & ſpes vna parentum,
  Viuat in exempli ſpemque decusque tui.

Ad Michaelem Wyncopium.
V.

CAre Oenone, meos inter non vltime amicos,
  Pectore ſincero quos mihi iunxit amor;
Care Oenone auido quid xenia corde requiris,
  Munera quid tenuem poſcis Acidalium?
Munera donati quem Saturnalibus olim
  Conſuerunt veterum tempore Romulidum:
Munera quæ Iani mos eſt donare Calendis,
  Hoc magé felici tempore Chriſtiadum:
Dum vetus ad finem ruit, & nouus annus in orbem
Orbibus

Orbibus allapſus ducitur æthereis.
Scilicet vt fauſti iam nuntia temporis edant
Dona per alternas miſſiculata vices:
Auſpiciiſque bonis luces, ſine nube, futuræ
Molliter adueniant, molliter hinc abeant.
At mihi non auri lamnæ, haut argentea gaza,
Non pellucidulûm diuitiæ lapidum.
Non aliud quidquam eſt, ſtrenæ quod nomine digno
Expenſum, vt fas eſt, nunc tibi ferre queam.
Deſine ſollicitis igitur munuſcula verbis
Poſcere; non dare quis, quo caret ipſe, poteſt.
Aut numeros iſtos grati cape muneris inſtar,
Hocque tibi dare ſit xenia nulla dare;

Ad Symbolum Iacobi Monauii
Ipſe faciet.

VI.

Dum miſeri heic rapido pelagi iactamur in æſtu,
Quem fors nimbifica pennâ agitata ciet:
Quæ via, quis recti dux cæco in turbine curſus,
Vt fugiat triſtes tuta ratis ſcopulos?
Tu lucem ecce aperis, Pharos olim vt celſa, MONAVI,
Fudit multifidas igneo ab ore faces.
IPSE, tibi ſcitum eſt, FACIET: nitidiſſima cuius
Depicta auratis verbula bina notis.
In puppis que tuæ ſummâ fixa arbore, fulgent
Æquoreo laté, vt ſidera bina, ſalo.
Sidera bina, cadit queîs nox ſuperata, pateſcunt,
Perque vada incertæ per ſcopuloſque viæ.
Hæ geminæ Oebalidum ſtellæ, hæ Cynoſura Heliceque.
Hinc nautis dubiâ certa ſalute ſalus.
His ducibus Scyllâ euitatâ, omnique Charybdi
In portum ex alto cymba feretur ouans.
Felices nautas, qui te â tergo vsque ſequentes

Fixa tuis ſua habent lumina ſideribus!
Et ſcitum ô præluſtre tuum,quod ab orbe vehit nos
Ad cœli ipſa ſuis ſidera ſideribus!
Te veró,lucem hanc qui orbi alta per æquora præfers
Tranquillum infeſto vt currat iter pelago:
Te magnum ô hominem,& cunctorum hominum inſtar habentem!
Quo præitam ſequitur ſeclum hominum omne viam.

Ad Symbolum,

Danielu Rindfleiſch Bucretl.

Ferendo vinco.

VII.

QVid miſer ærumnas & acerbi triſtia caſus
Damna,quid inſtabiles Sorte rotante vices,
Quid duros lacrymis defles,gemituque labores,
Peruigil in curas nocte dieque tuas?
Siccíne Fortunæ rabiem lenire malignam,
Sicne ictus,ſic te frangere tela putas?
Nil agis & luctu fruſtra contendis inani:
Non ictus,non ſic frangere tela potes.
Non gemitu aut lacrymis Rhamnuſia flectitur vllis?
Præcipites verſat ſed ſine fine rotas.
Deſine;& aduerſos erecto pectore caſus
Ferre,licet videas mille pericla,ſtude.
Firma quies animi,nullis turbata procellis,
Siſtet in optato teq́, ratemq́ue loco,
Pergin'?& iratis etiam te opponere tentas
Fluctibus,& medio bella ciere mari?
Stulte,quid obnixus ventis pugnare ſonoris,
Sæuaq; vis flatu pellere flabra tuo?
Heu nimiumq́ue miſer,nimiumq́ue inſane!Peribis!
Et feret in tanto turbine nullus opem.
Nullus vbi tibi ferre poteſt. Ah mitte furorem,

Mitte

Mitte ſuperuacui triſte laboris onus.
Quid dubitas? te Fata trahunt: tibi fata reſiſtunt?
Fataque te tantis implicuere malis.
Hæc ſequere: hæc lædi nequeunt mortalibus auſis?
Nec capit alternas mobilis ordo vices.
Stat grauis æternâ Fatorum lege voluntas,
Stabit & haut vllo diſſoluenda modo.
Non mutat decreta ſui certiſſima penſi,
Non Lacheſis fuſos ſcit cohibere ſuos.
Ergo quid aduerſo nequidquam numine ſudes,
Et cumules pœnas in tua fata graues?
Me potius; me, ſiquid agis, mihi deditus, audi,
Conſiliisque arma pectus inerme meis.
En adſum Dea, quæ DVRVM, PATIENTIA, FRANGO,
Mollia ſub cuius numine ſecla fluunt,
Illa ego Fortunæ & Fati fortiſſima victrix,
Omnigeni domitrix nobilis illa mali.
Me cole, meque animo ſemper venerare quieto,
Quiſquis es, & noſtro numine tutus eris.
Fors fera miteſcet, miteſcet flebile Fatum:
Diffugiet gemitus, cum gemituque dolor.
Sollicitæ nuſquam curæ; non luctus acerbus,
Non lacrymæ triſtes, non tibi queſtus erit:
Sed tranquilla quies, pacatæque otia vitæ,
Et mens cœlicolis æquiparanda Diis.
Tu modò Fortunam iam nunc, tu deſpice Fatum,
Et ferre horrificas diſce vtriuſque minas.
Diſce feros arcus & ſpicula tincta veneno
Spernere; nec telis vulnera facta time.
Sume animum, magnique animi inſuperabile robur:
Inſtrue vi ſolidâ pectus, & arma cape.
Arma, quibus vanoque metu & terrore fugato,
Obuia crudeli ſtrage pericla cadant.
Victor & exſuperes inuicto pectore; vt hoſtes
Te metuant, fugiant, nec nocuiſſe velint.

Qualis in æquoreâ rupes immobilis vndâ
Flatibus,& tumidi fluctibus icta maris:
Quam circum rabies ventorum & turbida ponti
Adſiduo latrans ira furore fremit:
Perſtat,& excelsâ ſcopuli ſe mole rigentis
Dum tenet,alliſæ verbera ſpernit aquæ;
Incurſusque maris,cœlique minacia ridet
Murmura & eneructes inde vel inde minas.
Mox fragor immoriens langueſcit,& vnda recedit:
Spumeus hinc æſtus canaque bulla perit.
Sic vbi veſanos placidé tolerauerit ictus
Pondere nullius mens labefacta mali:
Franges ſæuitiam,& plagas ridebis inanes,
Lætaque ſecuro gaudia corde feres.
Nubila fortunæ fugient,diſcuſſaque Fati
Horrida tempeſtas Sole oriente cadet.
Et tibi pura dies,totoque innubilis æuo
Vita ſuum molli tramite curret iter.
Qui mala,qui caſus patitur conſtanter iniquos,
Poſt potitur ſolidis perfruiturque bonis.

Ioanni Mattheo Wackero Sponſo.

VIII.

WAckero longum viduo noua debita coniux
Tandem inſtauratum redditur in thalamum.
Cauſſa moræ duplex.nec enim dum quæritur â Diis,
Sic ſubitó tali digna reperta viro eſt.
Nempe cui ſimilis vix quiſquam in gente virili,
Fœminei huic temeré par erat vlla gregis?
Vna grauis nimium hæc:leuior nihilo altera cauſſa,
Pugna maritales inter oborta Deas.
Namque diu ſtudiis diſcordibus æmula certant
Cum Iunone Venus,Iunoque cum Venere.
Illa nouam renuit veteri ſociare marito,

Matronam

Matronam viduo deſtinat & viduam.
Hæc defloratam fugitat, viridemque puellam
Florenti atque alacri ductitat vsque viro.
Hactenus & dubio lis fine agitata pependit,
In partes reliquos abripuitque Deos.
Nunc iam concilio in ſuperûm, Rex Iuppiter æquo
Compoſuit longas numine diuidias.
Cauſâ Iuno tamen cecidit, viduæque cohortes
Excluſæ viduo quamlibet ex thalamo.
Læta Venus turbâ vicit cum Virgine: victrix
Sed multata eodem hoc ſic quoque iudicio eſt:
Iuſſa ſuarum vnam Charitum ſibi perdere demptam,
Mortalique Deam conſociare toro.
Vt quæ virginei numerum ſic ſemper honoris
Imminuit, numerum nunc minuat proprium.
At nihil hæc triſtis, multâ ſed lætior ipsâ
Arbitrii talis geſtit in obſequium.
Et ruit, atque vltrò properat facere impigra damnum,
Non damnum: & decus, haut dedecus inde petit.
Namque inhonora hominis neque ſint connubia Diuæ,
Diis adeó cari, Diis ſimiliſque Viri:
Et lucroſa autem Dominæ hæc diſpendia: partu
Quando dabit plures vna Charis Charites.
Ergo Troila te CATHARIS, Chariteïa virgo:
Tertia te Charitum, TROILA te CATHARIS:
Te lateri Cytherea ſuo diiungit amantis
Ad latus & cupidi mittit in oſcla viri.
VVACKERO ſociaris: erat quâ coniuge dignus,
Cœleſti dignus non niſi coniugio.
VVACKERO ſociaris: eras quo coniuge digna,
Mortali digna haut, hoc niſi, coniugio.
Coniugium ô cœleſte, ô non mortale, Deorum,
Non hominum: humanis altius & thalamis.
Iungiminor: miſcete genus ſociabile iuncti,
Vnus & á gemino ſanguine ſanguis eat.

Indigetesque ſuos cognato mittite cœlo,
  Indigenas terris & generate ſuos.
Condite felicem gentem prolemque beatam,
  Terreſtresque Deos,æthereoſque homines.
Gignite fœcundam ſobolem,& coniungite vtrinque
  Terreſtresque homines,æthereosque Deos.
Sic Venerem,numerum Charitum minuiſſe,iuuabit,
  Ex vna innumeras viderit vt Charites.
Nec tamen has tantum:ſimul & noua ſecula Amorum
  Agminaq; vsque gregis plura Cupidinei.
Quot vobis nati,tot enim naſcentur Amores,
  Et quot erunt natæ,Gratiolæ tot erunt.
Sic cœlumq;,ſolumq; Deosq;,hominesq; iuuabit,
  Sideream terris creſcere progeniem.
Viuite vos:per vos,terreſtria numina,Sponſi,
  Viuat vt exoriens dehinc noua poſteritas.

Ad Iacobum Monauium,
Sponſum.
LX.

CErtus eras,vitæ reliquum quod magne Monaui,
  Cumque foret,viduo tranſigere in thalamo.
Certus eras:neque tam firmam iaculis faculiſue
  Quibat Amor mentem,nec ſuperare Venus.
Indoluit,veſtri generis quæ & nominis auctor,
  Nocturno regnat lucida Luna polo,
Et quid,ait,duris adeó impenetrabile telis
  Corriget,Idaliisque ignibus indomitum?
Ergóne quando vnus ſupereſt,in quo vna Monaui
  Spes generis,ſpes & nominis vna ſita eſt:
Duritiá illius gens tota á ſtirpe peribit,
  Gens orbis columen deliciæq; meæ?
Ergóne iam haut ſurget,ſeclo ac veniente virebit
  Florida perpetuo germine poſteritas?
Siccíne.Sed procul ó totum hoc!Gens incluta mecum

Mecum erit:& terris non iubar hocce prius;
Deſinet auratos radios diffundere,cœlum
Quàm ipſa meo æternùm lumine deſtituam.
Aut ſi ſtat fato,lucem iſtam tollere terris;
Cœlo ego deîn lumen vsque negabo meum.
Nam mihi quale ſiet lumen,lux illa Monaul.
Sanguinis obſcuras ſi cadat in tenebras?
Hæc Phœbo pro fratre mihi eſt hinc lampada claram
Mutuor,& rutila ſplendeo læta face.
Sic ſecum:& curis ſimul artem aſtumque remiſcens,
Conſultum ipſa viam qua ſibi,quærit,eat.
Forte roſas,violasque inter recubare Puellum
Aligerum Paphio conſpicit in nemore:
Ille altum tenero capiebat pectore ſomnum,
Laſſus vana tuum in ſtringere tela iecur.
Huic pharetramq; arcumque rapit:ſortisq; ſagittæ
Inſtaurat nitidam in cote repente aciem.
Inde arcu lunato ipſa in te miſſile ferrum.
Torquet Cyprigenâ certius artifice.
Vix ſtridet neruo,cordi ilicet hæret arundo,
Tuq; iaces totum hoc perditus ictu animum.
O bene,quære ſacri medicum nunc vulneris,almâ
Pectus hians ſubitó qui tibi ſanet ope.
Sed præſtó eſt medicina. En aureolo ore puellam
Hæc tibi Pæon adeſt,hæc tibi certa Salus.
Iungite vos thalamo,paribusque incendia flammis
Stinguite,felici ô corcula nexa iugo:
Sic Dii,ſic Phœbe vult veſtra:cui agmine longo
Phœbéam ex vobis gignite progeniem:
Vt ſtirpis claræ lux omnes clara per annos.
Splendore irradiet poſtera ſecla ſuo.
Fallor?ita an denſo rutilans examine,vobis
Fœcundo ſurget de thalamo ſuboles?
Perpetuó aucta olim numeroſa vt luce laceſſat
Sidereas cœli per ſpatia ampla faces?

Non fallor. quin ipſi eadem quoque denique Phœbo
Fulgebit radiis inuidioſa ſuis.
Há tum, Luna, tuis gaude & fruere vſque Monauiis,
Nec minor ipſo altis fratre triumfa in equis.
Tum tibi erit pleno vſque incendere lumine frontem,
Et nitidum in mediâ fundere nocte diem.
At tu, Bresla, nimis felix! quo nomine te fas
Dicier, hos tales cúm capies radios?
Non vrbs, non orbis: cœlum, cœlum ipſum eris, in quâ
Sidera tot tantâ luce coruſca colent!

Ioachimo Spechtio, IC. Sponſo.

X.

SPECHTIVS Aonidum myſtes Themidisq; ſacerdos,
Idem anima & Suadæ Spechtius & Sophiæ:
Spechtius hic Venerem orabat, tandem eſſe maritus:
Illa, eris: & iam nunc ſis age Sponſus, ait.
Sponſus ego? in quâ igitur? Dabo cui non cruda ſit ætas,
Integra forma & dos lauta: ſed hæc vidua eſt.
Sponſus ego in viduâ? Quidni? tu in virgine malis?
Scilicet & vidua haut virginis inſtar habet.
Inſtar habet: ſed vbi flos aureus ille? Quid ergo?
An quia virgo haut ſum, Matti amor ipſa minus?
Et quo conditio tibi tandem virginis, abſque hoc,
Penſior? ipſa etiam virgo ſenex, vidua eſt.
Hæc verò iuuenis, vel te quoque iunior ipſo.
Conueniunt anni, conueniunt animi,
Mores conueniunt, atque omnia. & hæc tua vt vno
Sit vidua hoc, rebus non vidua eſt aliis:
Non ætate, bonâ non formâ, non vel opum vi,
Vel generis, non virtutibus omnigenis,
Quid vis vlterius? non id, quod virgo habet omnis,
Fert tibi; ſed fert, quod virgo nec omnis habet,
Denique ſit vidua hæc; vidua hæc te digna: nec apta
Vlla tuo, vllius nec magis ipſe toro es.

Denique

Denique ſit vidua hæc; facies tu nempe maritus,
Tu facies, ne ſit ſcilicet hæc vidua.
Audiit arrectis hæc auribus: & tibi Diua,
Si placet illa, inquit, iam placet illa mihi.
Accipio ipſam, ipſique libens me dedo viciſſim.
Sperno alias, vnâ totus in hac caleo.
Tu modò, Diua, tuo nos numine iunge: per æuum
Et iunctos retine numine, Diua, tuo.
Fac cui me donas viduæ, ne me viduetur:
Fac, mihi quam donas, ne viduer vidua
Annuit alma Venus: penna ſimul ipſe coruſca
Plauſit, & argutum ſternuit omen Amor.

Ioanni Muſelio Sponſo.

XI.

AVdio, feſta paras, MVSELI, Aphrodiſia Sponſus.
Heic ego te tacitus carmine prætercam?
Carmine, quod poſcas etiam oratore quidem illo,
Impetrabilior quo neque Suada fuat.
Sed quod ego, gratum ſciſſem fore (ſic tibi gratum hoc!)
Vltrò, nec monitus, crede, daturus eram.
Huc me ſacra vocare eadem, noſtriſque videbam
Communes ſtudiis Muſica in arte Deos.
Huc patriæ quoque iura, quibus natura ligat nos,
Doctis, indoctis iura colenda ſimul.
Nam tellus vtrumque eadem tulit, incluta tellus,
Imperitat cui BRENNI incluta poſteritas.
Atque vt mittam adeò hæc: ante hæc at cetera cuncta,
Doctrina & virtus me celebrata tua
Illius officii dudum monuêre, quod omnes,
Doctrina & virtus queis ſit amica, ferant.
Nunc vbi poſcis idem tamen, an iam, quæſo, potiſſit
Siue Venus Muſæ noſtra ne[illegible] tuæ,
Seu Veneri mea Muſa tuæ? ne id numina ſirint
Vtraque, noſtra quibus nomina vtrinque cluunt.

Tempo-

Tempore præcipué iſto,atq; iſtâ præcipué in re,
Cum tibi ſic pulcré iungis vtramq; Deam.
Noſtra tuæ dum ſe miſcet,fas me tibi certé
Plaudere,& vnanimem conſociare animum.
Sed mihi quando meam in te nunc magis auertiſti,
Vt minus in verſûs officioſa vacet:
Ipſe tuam interea mihi,Iane,remitte,negotî
Cui tecum nunc eſt per tua feſta minus.
Et tua enim huic operi multó aptior: vt mea contrá
Aptior,imo vna eſt illi operi apta tuo.
Numina mutemus,mutemus nomina paullum:
Sit tibi noſtra Venus,ſit tua Muſa mihi.
Tu modó ACIDALIVS ſis,ſim MVSELIVS ipſe:
Rectius officium vt curet vterq; ſuum.
Quid veró,quid facturus?video,anxius hæres,
Ambigui librans momina conſilii:
Et tibi neſcio quas hac conditione parari
A nobis metuis ſollicité inſidias.
At fruſtrá es,quodcunque times:nil iſta pericli
Pactio habet:fraus hinc & dolus omnis abeſt.
A me quid metuas?tamen,en, metuiſſe videris:
Iamque tacens altum clara & aperta negas.
Quando igitur non vis,quid me vis deniq;,iam nec
Quod volui valeo,nec volo quod valui.
Egregium anté tuo tibi molibar Hymeneum
Auxilio :per me nunc queo pæné nihil.
Quód vel ſic poſſum tamen,vt poſſum,ecce tibi vnum,
Subiicit heic raptim quod mea Diua mihi.
Et iubet effari plané quo carmine cunque:
Nec longum eſt:audi;ſic quoque Diua iubet.
Illa præit queribunda,vt te tam tempore longo
Incaſſum incaſſes illaqueare ſuos
Cum gnato molita ſuo,prædam hanc ita opimam
Iam deſperarit denique pæné ſibi.
Fruſtrá,inquit,notiq; doli,expertæque tot artes:

Nil

Nil valui inſidiis, nil valui illecebris.
Omnia fruſtrà omninò omni inque loco, inq; adeò omnī
Tempore: vtut norim tempus, vtutque locum.
Illum ego tentaui puerum, iuuenemque, virumque:
Sed vir, ſed iuuenis, ſed puer ille negat.
Illum ego tentaui quondam per Gallica regna:
Galla ſed hunc cepit nulla puella mihi.
Illum ego virginibus, quas terra Britannia gignit:
Nulla ſed hunc cepit virgo Britanna mihi.
Illum ego & Auſoniis me me ſpirantibus ipſam:
Sed nec eum cepit Auſonis vlla mihi.
Illum ego & heu Belgis meme ſuperantibus ipſam:
Sed capere hunc potuit Belga nec vlla mihi.
Et quis ab his alias memorem? quid deniq; noſtras,
Quarum etiam his multas nouimus eſſe pares?
Sed licet ipſa pares etiam his Germania multas,
Quæque etiam ſuperent has, licet ipſa ferat:
Quorſum adeò, in tanto ſi etiam harum examine noſtrā
Non noſtrum hunc potis eſt non capere vlla mihi?
Hactenus hæc: & pauxillum ſermone repreſſo
Tam querulo, mox deîn lætior hæc iterum:
Sed benè habet: tandem tamen ipſum cepimus. eugè,
Vicerunt artes inſidiæq; meæ.
Tandem aliquando inueni aliquod tempuſq;, locumq;,
En laqueum, quo ſe præda mea indueret.
Duximus hunc BRESLAM, BRESLÆ hunc induximus, heic hunc
Vna mihi cepit, cepit & vna ſibi,
Cepit iò! Quid iam victrix tam ſera triumphum
Differo? quid verbis me moror ipſa meis?
Scande triumphalem mecum Breſla ô mea currum,
Laurigeris pariter BRESLA vehenda rotis!
Ipſa Venus Breslæa, & tu Cythereïa Breſla
Porro exhinc famâ concelebrante clues.
Sic & me iuuat, & merita es tu, tot mihi grata

Tam

Iam ſpoliis, vno gratior hoc ſpolio.
Talia voce diſerta, & ſecum plura recedens
Me Venus in medio carmine deſtituit.
Teque triumphatum feſtiua ducere pompa
Feſtinans, volucres ad iuga ſueta vocat.
Nunc quid ego illa abeunte hiſcam per me ipſe? nihil iã
Suppetit; & quid iam ſuppetat vlterius?
Nil reliquum, niſi vti Veneri plaudamus, & vna
Cum populo lætum ſæpè iteremus ió.
Vicit ió! Breslæa Venus, Cytheræia Bresla
Vicit ió! felix Bresla ſit atque Venus!
Nec minus ipſe tamen felix tu victe, triumpho
Cui tam felici rurſus ouare datur.
Nam tibi dedecori non hæc victoria talis:
Vltrò imò, vinci ſic decori eſſe putem.
Quin neque te victum eſſe putem, victoribus ipſis
Qui te victorem te quoque eapſe probas.
Sic equidem vinci planè eſt & vincere contrà.
Et quotus hoc vinci nolit & ipſe modo?
O mihi quàm multi cupiant ille eſſe triumphus,
Quos Breslæa Venus nondum ita ducere amat!
Tu iam igitur qui ſic dum duceris, ipſe viciſſim
Ducis; age es felix: ducere, ducque benè.
Hoc voueo extremum, quod primum eſt: & tibi votum
Sit breuiter, quo nil ſim potis vberius:
Nec magis ex animo. Hunc animum votumq; fidele hoc
Reſpice, nec tenues deſpice verſiculos:
Quos tibi præcipiti fuſos nimis impete, primùm
A me ineuntis habe pignus amicitiæ.

Ioanni Funcio ſecundùm Sponſo.

XII.

FVNCIVS Aonidum primis ſectatur ab annis,
Legiferæque idem perpetuus Themidis:

Flore

Flore ſub ætatis calida ſtimulante iuuenta,
Et blando Veneris victus ab illicio,
Ceſſerat haut pridem Diuæ ſub iura vocantis,
Illius æternum promtus in obſequium:
Et toto ſe animo totum donauerat vni,
Deſertis Themidis Aonidumque ſacris.
Nec malé-grata Venus, iuueni gratiſſima iuſſi
Continuò dederat præmia transfugii:
Præmia, fœmineæ delectam examine turbæ,
Indole vernantem corporis atque animi,
Pulcram ipſam & pulcrâ Sponſam cum dote: ſimulque
Omnia coniuncti gaudia iuncta tori.
Felix, propria ſi longùm bona tanta marito,
Et mercede ſua fas foret vſque frui!
Sed breuis hei nimium, nimium hei breuis illa voluptas!
Præmiaque Idaliæ mox periére Deæ.
Neglecta indoluére tot vni Numina Diuæ
Poſtponi: ac temni neſcia, ſueta coli,
Deſertori irata ſuo, violente rapina
Irrita furtiui præmia transfugii
Abſtulerunt ſubitò, fatis adiuta ſiniſtris,
Parcarumque infami vſa miniſterio.
Abripitur thalamo thalami vix iam noua conſors,
Conſors infernis iuſſa noua ire procis.
Ille iacet vacuus, pœna multatus acerba:
Vindictæque grauem ſæuitiam lacrumans,
Non tamen accuſat, ſed ſe facinuſque ſuum illud,
Patratum Veneris auſpicio facinus,
Hei non auſpicio liquido! temeréque ſecutus
Promiſſam illius ſuaſo in amore fidem.
Fruſtrà iterumq; iterumq; fidem iam implorat, inani
Nil adeò illius tutus ab auxilio.
Et ſe igitur Diuis hominem peccaſſe fatetur,
Sed Diuæ inductum fraude fuiſſe hominem.
Hoc queritur deceptus, & hoc deſertus iniquè

Deſertor querulis vocibus ingeminat.
Sic nunc in Venerem ſuaſtricem culpa redundat,
Omnis transfugii tranſit & inuidia.
Quam Dea ſentiſcens, frauſæ ſibi conſcia fraudis,
Nec patiens tali in crimine habere notam.
Mota pudore ſui ſimul, illiuſque dolore,
Et miſeri ex animo commiſerata vices;
Ipſa vltrò læſas propero placamine Diuas
Vi ſtatuit Suadæ conciliare ſuæ.
Atq; adiit, atque orat veniam, noxamq; liquentem
Faſſa, caput noxæ ſe quoq; faſſa palam,
Auctoremq; doli eſt. Pacem concedite Diuæ,
Inquit, & iratos ponite nunc animos.
Vindictæ ſatis eſtq; datum; ſatis eſtque dolori.
Parcite: non veſtrum eſt perpetuò eſſe graues.
Durities non iſta decet tam mollia corda.
Lene tuum ius eſt, iuris amica Themis:
Et vos humanæ, cultuque humana per artes
Efficitis veſtras omnia, Pierides.
Eſte Viro faciles rurſus, mihi rurſus amicæ.
Veſtra ego, veſter & hic, cui haut licet eſſe meo.
Et quando non eſſe licet, ſit veſter, at oro,
Si pote, ſit pariter veſter & ille meus,
Iam veſtris meus auſpiciis. Communia nobis
In multos, quid in hunc iura quoque eſſe vetat?
Dixerat: & cecidére iræ de pectore Diuis,
Et ſubiit placidis priſtinus ille fauor.
Priſtinus & maior veteri fauor: auctus in ipſam
Iam Venerem, atque ipſum Funciaden Veneris.
Nec mora: ferre nouo iam iure ſuum ſibi porrò,
Conſtantique iubent fœdere habere ſuum.
Indulgent donantque Virum: viduoque maritum
Vltrò illi thalamum mox reparare monent.
Et communibus auſpiciis noua iungere pacta,
Iam rata concordi pacta futura fide.

Æternum

Æternum rata pacta: modò in tam candida fata:
Quæratur digno digna puella toro:
Tantò dignior hæc, illâ meliorque priore,
Coniugium hoc quantò proſperius veteri.
Audiit, atque hilarata Venus, mea cura, ait, iſta eſt:
Et votiua diu cura mihi iſta fuit.
Deproperatque repentè noui genialia lecti
Fulcra, Cytheriacis mollia deliciis.
Et ducit ſibi Diua parem, ſtatuitque puellam
Ante torum, forma Diuæ habituque parem.
Forma, habituque, omnique modo: & te frigide FVNCII
Aduocat, hoc rurſum calfaciende foco.
FVNCI ades, algentemq; torum & tua marcida linque
Stragula: mitte pigri triſte cubilis onus.
Mitte ſimul gemitus, lacrumaſque omnemq; dolorem:
Mutata eſt iam ſors priſtina ſorte noua.
Humentes abſterge oculos, vultumque iacentem
Tolle miſer, videas vt tua tanta bona.
Non iam, non miſer vlterius. Quid nunc tibi ceſſas?
Quidue times, dubio ſtans malè nixe pede?
Parce metu: fraus nulla iterum heic, nullæq; parantur
Inſidiæ: nunc iam certa fides Veneris.
Sume animos & crede Deæ. Dea ſe tibi dudum
Reddidit, & reliquas conciliauit heras.
Pax reparata tibi, tibi gratia parta viciſſim
Aq; Themiſte tua, Pieriſinque tuis.
Et dehinc iam ſimul harum & tu ſimul illius idem
Cultor: & hæ dominæ, nec minus illa, tuæ.
Diuis ergo recepte, tuam cape, quam tibi Diuæ
Vnanimes paribus conſociant ſtudiis.
Accipe, quam qualemq;, viden'? iactura, quid? an non
Munere penſata eſt hoc ſatis illa prior?
O damnum benè ſarcitum? ô & triſtia cuncta
Verſa benè! Optandas ô tibi, Sponſe, vices?
Namque hoc dicam adeò, fuit olim perdere tanti,

Nunc vt tale tibi ſurgeret inde lucrum.
Et tanti fuit, in tantos cecidiſſe dolores,
Gaudia tot caperes vt potiora modò.
Et tanti fuit, illam inſignem admittere culpam,
Cumque nouem decimam deſeruiſſe Deam:
Et tanti fuit, iratas habuiſſe tot illas,
Vnam ipſam Venerem transfuga dum ſequeris.
Et tanti fuit, infauſto vixiſſe parumper,
Deceptum læuo numine, coniugio.
Et tanti (quid eam per ſingula?) cuncta fuêre.
Cuncta illa, hunc quæquæ paſſus es ante diem:
Tam modò felici vt commutarentur in omnes,
Quotquot ab hinc viues, conditione dies.
Sis, vt es, ô FVNCI felix: longumque per æuum
Perfruere his, quæ dant Numina amica, bonis.
His aliiſque bonis, eadem quæ Numina porrò
Promittunt ſtabili ſemper amica fide.
Tu ſtabili modò ritè fide cole quæque viciſſim,
Omnibus ex æquo gratus, & ex animo.
Sed facies, nil huius egens monitoris. ab ipſo
Et quid te remoror longius officio?
Deſine Muſa: i tu FVNCI, & tua munia fungi
Incipe, quæ nunc hæc poſtulat hora ſibi.
I benè, veſper adeſt: alio poſt tempore fungi
Illa alia incipies: i benè; veſper adeſt.

Ioanni Oeſtenio Sponſo.

XIII.

TAndem, IANE, rati lætas impone coronas,
Per tumidum quâ antehac vectus es Oceanum.
Tandem votiuas age Diis ſuſpende, ope quorum
Soſpes abiſti, iterum & ſoſpes ades, tabulas.
Tandem agita ante tuos conuiuia feſta penates,
Ad patrioſque cadat victima opima focos.
Iam tua trabs emenſa implacati æquoris vndas,

Per iuris, Legumque horrificos ſcopulos,
Tuta, videt tangitque optati littoris oram,
Portum & init confecto arduùm ouans itere.
Trabs tua; non onerosa opibus, quas diſcolor Indus,
A patrio orbeque humum mittit in extimam Arabs.
Nec quas auriflui legit accola ditior Hermi,
Quáſue rubri voluit gemmifera vada maris.
Verùm onerosa opibus, precium quêis grandius, & quêis
Dignior omnigenis claret honos opibus.
Incluta quas Sophiæ arcanis conſeruat in arcis,
Arcibus & ſummis mæniit alma Themis.
Tangere quas nulli manibuſue oculiſue profano,
Haut vllaque etiam in parte frui licitum.
Sed quas Iuſtitiæ Dea Præſtes, munere raro
Rari animi donat affatim habere viris.
Sed quas è cerebro orta Iouis Patrima virago
Iis largo indulget, prodiga opum, cumulo:
Iapetionides quêis de meliore metallo
Mentem animi effinxit ſedulus atque animam.
Horum tu è numero vnus & vnicus, ô Oeſténi,
Pectus ita eximiis diuitiis grauide,
Poſt tot ſudores, poſt tam agmina denſa laborum,
Poſt curarum æſtus, poſtque metus hyemes:
Felix iam Zephyréa in portum ſubuehere aura,
Segregus ambigui à vorticibus pelagi.
Heic vbi muta ſilent taciturnis æquora ventis,
Increpat & nullas ſæua tibi aura minas.
Heic vbi curarum requies, atque ante-laborum
Merces, proque amplis præmia ſunt meritis.
Præmia, quêis maiora Dii conferre beati
Terrigenûm ſeſe poſſe negant generi:
Quæ te pernici euectum famæ ætheræ ala,
Panditur aſtratum qua penetrale Iouis;
Longè vltra vulgus ſtatuunt, & honore ſuperbo
Æternant ſuperâ nomen in arce tuum.

Ecce tibi vt plenis placida intranti oſtia velis,
Occurrunt rapidis Mnemoſydes pedibus.
En cum Mnemoſydum cœtu vt te lætus Apollo,
Excipere oblata tendit vtraq; manu.
Tendit, & amplexu geminos hinc inde lacertos;
Circat: vt aduentu en exhilarata tuo.
Numina circumquaq; adſiſtunt littori amœno,
Omnia, & inſolitum gaudio ouante fremunt.
Ipſa enim adeſt etiam, Pandoræ quam horrida pyxis,
Et ſcelerata hominum vita hominum è medio
Expulerat pridem: Diuam, inquio, quæ gladio illam
Cernitur, hanc æqua armata bilance manum.
Adſunt & reliquæ, quas cauſſa eadem orbe fugauit,
Iuſtitiæ ſuetæ munia obire Deæ.
Quas inter tamen illa alto exſtans vertice ſuprà,
En te diuino protenus ore vocat:
Et capiti plexam Laurus de fronde corollam
Imponens; iſto macte, aït, eſto mihi
Munere, cumq; iſto cape & hoc diadema tibi, hoſq;
Anellos rutilis vſque gere in digitis.
Et mihi ita Antiſtes iuris Gryphum in Nemore almo
Incipe perpetuis fulgere temporibus:
Laudis vt hinc radii tuæ ad atri Memnonis oras,
Adque orbis penetrent Heſperii indigetes.
Vtque tuum nomen norint, quos turbidus Auſter
Nunc pluuia vrget aqua, puluereo inde trocho;
Et quos expreſſis rigido è niuium cumulo vndis,
Potat inhumanus ſub gelu amaro Aquilo.
Sic fatur, preſſumque ſimul te ad pectora honorat
Oſculo, habens labiis iuncta labella tuis.
Cuius ad exemplum & reliquæ tibi baſia libant,
Inſpirantque ſua legum animam ex anima.
Quæ dein vix complexu vbi te emiſére ſolutum,
En prope adeſt felix Eurynomæ ſuboles,
Trina Charis, comitata Cupidineæ agmine ſectæ.

Teq;

Teque ſibi comitem poſcit heræ imperio.
Poſcit & abducit cinctum glomerante caterua
Gryphiaci ad Nemoris interiora loca.
Arbor vbi multa obtentu impenetrabilis vmbræ
Intactam arcanæ vallis opacat humum.
Heic Venus aduenientem hilaro [illegible]cipit ore manuque,
Et ſiſtit pictas inter Hamadryadas:
Inter & illecebras Faunûm Satyrûmque Napæas,
Atque alios inter virginum amabilium
Sanguine de noſtro natos longo ordine cœtus:
Forma quibus toto corpore vinnula ineſt.
Vna tamen reliquis formoſior vnica, cunctas
Ore, genis, oculis, moribus exſuperat.
Hanc Venus vnanimi tibi vinclo adamantino amoris
Auguſto ſociam copulat auſpicio.
Atque ait: Haut vltrà, Iuuenis, diſcrimina ponti,
Haut metues clauſtri perfidiam Æolii.
Tentatum ſatis: en ligo ego te hac compede firma,
Ne poſſis liquidum poſtmodò currere iter.
Inde maritali iam nunc tua colla capiſtro,
Subque meo poſt hac viuere diſce iugo.
GERTRVDEM tibi do propriam, tu te propriam illi
Da modò: & alterna mutuúm amate fide.
Virgine tu dignus, IANE, es, te dignaque virgo,
Nec tu alia aut te alia eſt digna mage vlla alibi.
Quæ ſi fors Phrygiam mecum olim abiiſſet ad Idam,
Tunc vbi de forma lis mihi principe erat;
Non ego, non Paride rediiſſem à iudice victrix:
Illa manu malum ferret id aureolum.
Sic Venus: adplaudit matri grex omnis Amorum,
Et numeroſa Iocorum atque Leporum acies.
Ipſe Hymen ardentes faculas quatit, & pede ſaltans
Tinnula melliflua carmina voce canit.
Reſponſat Nemus ad plauſum, cantuſque ſonoros
Aëris ac linguæ nata frequens iterat.

Quin etiam ventorum audin' ſpiramina, motis
Blanditer arborum vti ſibila dant foliis?
Nimirum ipſæ auræ tibi lætæ agileſque hymenæum
Cantant, & feſto fauſta vouent thalamo.
Felicem, ô te felicem, Sponſe optime, cui tam
Diique Deæque, & quodcunq; vbicunque, fauent!
In cuius decora & laudes mare, terra poluſque
Conſpirant parili firmiter obſequio.
Non tibi ego decoris quidquam laudiſque potiſſum
Hiſce adeò incultis addere verſiculis.
Nec tibi ego decoris quidquam laudiſue potiſſim
Egregiè cultis addere verſiculis;
Si ſim Mæonides, ſi vena & auena Maronis
Sit mihi, vel Phœbi ſi mihi ſit cithara:
Sat decoris, ſat laudis habes in te vnico & vno,
Cui decoris laudiſque attribuére apicem
Diuorum modò tota cohors. quæ plura requiras?
Fruſtra à me; nimio plus tibi qui dedero,
Si ſaltem haut decoris quidquam laudiſque paratæ
Hiſce adeò incultis demſero verſiculis.
Nors meliora dabunt alii, qui tota Aganippe
Ebrii Apollineos æquiparant modulos.
Me reptantem imi radicibus in Parnaſi,
Guttula adhuc nulla' è fonte volantis Equi
Imbuerunt Muſæ, & nitentem ad culmina fruſtrà
Ridens heu turpi Phœbe notas digito!
Sed tamen, vtcunque eſt, qualiſcunque aura Dei nunc
Me adflat, vtut limis me aſtra vident radiis:
Hoc ſtudium tu, IANE, proba atq; hæc ſymbola mentis,
Symbola candidulæ candida mentis habe.
Sic te Dii florentem opibus, tua quas tibi virtus
Ingeniumque ſagax ſedulitaſque tulit,
Ætatem ſeruent: & diu vt ſacra Themiſtos
Gemmula fulgoſa luce diu niteas,
Nelidæ annoſi tibi dent anteire ſenectam,

Secla

Secla hominum cui vni trina dedit Lacheſis.
Sic tibi, ſic nuptæque tuæ adſit Cynxia, ſic vos
Quotquot ſunt caſto Numina amica toro,
Nexibus irruptæ fidei, & concordiæ ahenæ
Glutine coniugii ſub iuga firma iugent.
Cordibus vt binis in bino corpore ſemper
Vnius aura animæ ſpiret ab vna animi.
Et thalami fœcundum optata in pace nouale
Multiplicem tenero germine det ſubolem.
Voti hæc ſumma mei: cui ne quid defuat olim,
Huc iam age, IANE, tuam huc impiger adde operam.

Ioanni Lubbechio I.V.D. Sponſo.

XIV.

LVBBECHIO viduo viduámne an virginem amare
Dignius? Et viduam & virginem amare licet.
At viduam viduo componi rectius, & ſub
Iura adigi melius quis neget æqua tori?
Quiſue neget paribus paritatem ætatis amorem
Corde in vtroque magis conciliare parem?
Ipſe tamen quæſitus vtram ſibi ducere malit:
De vidua ridens, verum ita, nec nego, ait:
Nec mihi ſic viduam tamen allaudabitis, vt ſit
Et vidui & ſenis hæc ſuauior in thalamo.
Quidni Virgo etiam viduo ſociarier, & ſub
Æqua queat rectè iura venire tori?
Æuum impar prohibet? mores ſpectemus: amoremq;
Illi vbi ſunt pariles, quis neget eſſe parem?
Moroſæ viduæ, tetricæ, faſtuque tumentes,
Et triſti plerumque imperioſæ animo.
Et ſuper hæc: thalamo quei ſit magis apta ſecundo,
Primi quæ mores ſemper olet thalami?
Hancne ego in arbitrium ſperem me cogere noſtrum
Ante ſub alterius quæ fuit arbitrio.
Næ malè ferre meos poſſit me coniuge mores

Pridem altè mores quæ imbibit alterius.
Vix facilè multis recoquatur millibus vna
Se nouum vti placidè fingat ad imperium.
At mihi virgo hilaris, blando ſermone, decora,
Miti animo, & caſtis molle tuens oculis:
Virgo mihi thalamum ſubeat, noſtriſque benignè
Componat mores moribus vſque ſuos.
Hanc mihi, vt haut digito fingentis cera repugnat,
Ritè meum facile eſt ducere in obſequium:
Hæc iucunda mihi, domui, iucunda cubili:
Hæc curis preſſo dulce leuamen erit.
Hæc, quos è vidua haut ſperem pariet mihi natos:
Quid moror? hæc ſenio ſola medela meo.
Macte iſthoc animo, Vir ſpectatiſſime, macte:
Iudicio felix & fruere vſque tuo.
Nam quid ego aut alii voueant tibi, præter id, ipſe
Quod tibi de tali es virgine pollicitus.
Dii tamen id firment: fauſtoque in amore perennè
Te ſeruentque tuæ, IANE, tuamque tibi.

LIBER II.

Ad Vratislauiam.

I.

FLos ſacer Europæ, clariſſimeque vrbium ocelle,
Bresla, ô BucretI patria cara mei!
Quis tibi, quis Diuûm tam læto lumine ridet,
Quæ te tam niuea ſidera ſorte beant:
Vt quod habet decoris Germania cunque ſuperbi
Omne tuo teneas ſola beata ſinu?
O Bresla innumeris ter feliciſſima donis!
Vatibus ô cunctis digna perennè cani!
Non ego in his, vt te celebrem, tamen haut queo quin &
Ipſe meis dicam te quoq; verſiculis.
Sed mihi non tam vrbis ſplendor, non mœnia, turres,
Tecta, amplæque oculos diuitiæ feriunt.
Illa alii laudent: ego mactos laude perenni,

Vna

Vna quibus clares, ſuſpicio vſque viros.
Tu genitrix clari ingenio & clari arte Monaul,
Quem fama Eois didit & Heſperiis.
Tu ſtirpem aureolam produxti Rhedigerorum,
Fulget ſidereis æmula quæ facibus.
Hinc Thomas pridem Aonidũ iubar: hinc modò, notus
Et patrui & proprio nomine Nicoleos.
Tu quondam, priſcæ illum nobilitatis honorem
Fouiſti auguſto Dudithium in gremio.
Dudithium Themidis, Phœbi, Suadæque medullam,
Æternùm cuius gloria viua veget.
Tu peperiſti orbi medica inſignem arte Cratonem,
Extima quem mundi nouit amatque plaga.
Tu Ienckvvitzium habes heroëm, illoque Senatus
Principe ſumma caput tollis in aſtra tui.
Tu magnum Vrſinum, & VVackerum, Iuris & æqui
Patronos, Clarii ſidera bina gregis.
Tu Schillingium habes, Clioûs animum vnicũ, habeſque
Aſtrææ columen nobile Reuſſium heræ.
Tu celebres myſtas, Hermannum & Scholtzium, Hygeæ,
Quos morbi & trepido mors fugit ipſa pede.
Tu noſtros peperiſti etiam Bucretium amores,
Iam tum qui quoque te luce noua irradiat.
O felix iſtis, & quos mihi dicere non eſt,
Pluribus ô nimium Bresla beata viris!
Et quis adhuc te vnam non dixerit orbium ocellum,
Quæ tot fulgidulos orbis habes oculos?

Ad Danielem Rindfleiſch Bucretium meum.

II.

QVid modo cœruleæ digreſſa à littore Balthes
Fama mihi in trepidis murmurat auriculis?
Quid mœſtum horriſonis turbatrix Diua ſuſurris
Nuntiat, & conſtanti ore frequens iterat?
Me miſerum! heu miſerè miſerũ perii, & poτe non iam eſt

Anxius immitem hunc ferre dolorem animus.
Ah perii! penitis liquefiunt oſſa medullis,
Menſque vaga excitis fluctuat in lacrumis.
O dolor? ô lacrumæ! quæ ſat lamenta dolori,
Quæ ſatis in lacrumas vnde futura meas?
Ergóne Varniadum roſeos Bucretius hortos
Atque ipſas potuit linquere Varniades?
Ergóne tam docti fugiens tecta alta Lycei,
Aufugit noſtris perpetuum ex oculis?
Aufugit ſeque eripuit Bucretius, ille
Ille meæ maior pars meliorque animæ.
Ille animi cura vna mei, ille amor, ille meum cor,
Ille ſui Seiren dulcis Acidalii.
Quid querar? aut quidnā incuſem? voſne improba fata?
Improba, & vnius non mihi cauſſa mali.
Hócne etiam reliquis vnum, hoc tam triſte malorum
Innumerabilium defuit agminibus?
Nec mihi iam ſat erat curarum atrique doloris,
Hæc niſi curarum me obſidio premeret?
Obſidio curarum atrique infanda doloris
Tormenta. heu triſtis carnificina animi!
Quid feci miſer. & tantam quo crimine pœnam
Promerui? aut quænam tam grauis ira Deûm?
Quæue odia haut vllis vnquam exſaturata periclis,
Quæue mihi intentant ſidera perniciem?
Heu heu! Sicne meum in caput omnia coniurarunt?
Siccine tam variis caſibus exagitor?
Varne Pater, liquido qui interluis amne roſetum,
Cuius ego quondam dulcis alumnus eram:
Varne pater, voſque ô vitreo ſub flumine Nymphæ
Varniades, quarum cultor inantè fui:
Hæcne fides & promiſſi conſtantia veſtri?
Móſne etiam ſanctis fallere Numinibus?
Scilicet à veſtris, memini, cùm auellerer oris,
Hæc abiens mœſto pectore dicta dabam:

Hæc

Hæc dicta, haſque preces animi è penetralibus imis
Fundebam veſtri marginem apud fluuii:
Me nunc fata vocant aliò. Vos chara valete
Numina, perpetuò numina cara mihi:
Nec pigeat, quem tam blandè fouiſtis alumnum,
Semper inoblitis condere pectoribus.
Tempus erit cùm vos & flumina nota reuiſens,
Debita pro meritis munera perſoluam.
Interea meminiſſe mei iuuet, atque ſodales,
Quos mihi lex ſtabilis iungit amicitiæ,
Seruare incolumes, vt me cùm fata reducent,
Nullus in hoc omni deficiat numero.
Veſtræ illos fidei, veſtræ, ô pia numina, curæ
Tradimus! his ſaluis ipſe ego ſaluus ero.
Hunc mihi theſaurum, qui me mihi carior ipſo,
Varne tuere pater, Varniadeſque Deæ.
Sic ſaluete ſimul, ſimul atque valete. meum quò
Salueat ac valeat dulce ſodalitium.
Tantum. & continuo applauſu mea verba probaſtis,
Plurimáque aſſenſus viſa mihi indicia.
Viſa mihi: at quàm vana fides, promiſſaq; vana,
Nunc vbi fidam opus eſt ferre reapſe operam?
Varne ô, Varniadumq; cohors, queî fallere alumnum
Conuenit, & vanis ducere pollicitis?
Si vos mente piâ colui, ſi carmina veſtris
Grata olim ripis ſæpius accinui:
Cur adeò auerſis nunc mentibus hocce negaſtis
Tam tenue abſenti tamque leue officium?
Hei mihi! iam reditum veſtros meditabar ad hortos,
Iamque erat ad gratos ire animus fluuios.
At nunc ingratos fluuioſq;, hortoſq;, nec vltrà
Vel roſeos hortos, vel roſeos fluuios.
Omnia nunc deſerta mihi atque inamœna videntur
Verſari madidos adſiduè ante oculos
Omnia nunc lacrumoſa abitu ſunt reddita amicûm,

Queis

Quêis ſine nil oculis, nil animo ſupereſt
Iucundum: nil quod quidquam iuuet amplius. eheu,
Tam citò lux iſthæc vertitur in tenebras?
Non vobis dulces licuit retinere ſodales,
Atque moram iniectis nectere compedibus?
Non prohibere abitum illorum potuiſtis acerbum,
Mœroriſque mei tollere materiem?
Præcipuè tamen ante alios, quem præcipuè vnum
Ante alios abiiſſe ex animo doleo:
Non Bucretiadæ licitum intercludere greſſus,
Non fas præcipitem illi eripuiſſe fugam?
Illi inquam Bucretiadæ, quem vos quoque mecum
Dilextis ſinceri intimo amore animi.
Gloria qui veſtri florebat prima Roſeti,
Æmulus in vernas purpureo ore roſas.
Non ſeruare mihi hunc vobis licuiſſe putandum eſt,
Vlteriuſque ſacris forum alere in gremiis?
Non equidem licuiſſe puto. quêi namque voluntas
Promptior, & fidum defuerit ſtudium?
Quin immò & longo reor indulſiſſe dolori,
Et ſi fas lacrumas fundere Numinibus,
Luctu acri ſoluiſſe animos diuinaque fletu
Lumina tam cari diſcidio capitis.
Veſter honos etenim, veſtrum decus ille cluebat,
Ille fuit veſtri lux oculuſque gregis.
Squallida nunc veſtra arua iacent, nunc aurea tempe,
Nunc orbata ſuo gramina ſole dolent
Graminaque & plantæ & florum mœſtiſſimus ordo
Signa danunt magnæ plurima triſtitiæ.
Ipſa etiam ſegni fertur nunc languida curſu
Lymfa. nec vndantes eſt memor ire vias.
Ipſi etiam veſtro viuunt qui flumine Olores,
Luctiſonum mœſtis dant gemitum in latebris.
Cetera quid memorem? Dolor omnia perculit vnus,
Vnius & turbata omnia ſunt abitu.

Cetera

Cetera ſed quamuis memorem ac numerare dolores
Omnium & innumeros inſtituam gemitus:
Nullibi tot poſſim & tantos reperire dolores
Nullibi tam innumeros inueniam gemitus,
Quàm in me ipſo; in me vno & ſolo, in me inquã vnico &
Qui iam nunc totus ſum dolor ac gemitus (vno,
Optime Bucreti, atque animi pars optima noſtri,
His tamen vnis haut optime diuidiis:
Queî me, queî tanto libuit mactare dolore,
Curarum & tanto occidere me cumulo?
Hoccine pro ſummo precium mihi reddis amore,
Quemque dedi: hei miſerum ſic crucias animum?
Sic animum mentemque animi, ſic cor animamque
Immedicabilibus vulneribus laceras?
Non ſat erat pridem adſpectu caruiſſe beato,
Et tam felici haut poſſe frui alloquio;
Ni quoque perpetuum optato priuarer amico,
Meque carere ipſo cogerer, & ſine me
Æuum agere, ac viuum modò circumferre cadauer,
Et fatum ante meum currere mortis iter?
O vitam inuitam! ô inuitæ triſtia vitæ
Tempora, perpetuis tempora fœta malis!
Ergone ſic mihi te, ſic me tibi fata dederunt,
Vt modo teque mihi, meque tibi eriperent?
O fata infanda! ô infâmia fata! quid, ah, me
Quid fiet? quid mî iam reliquum eſſe poteſt?
Antè mihi, cùm vos pariter Muſaſque relinquens
Pellerer in ſtudiorum hocce meũm exſulium,
Spes erat haut longi poſt temporis interuallum
Ad Muſas ſubito poſſe redire gradu,
Spes erat ad caros non parua reuiſere amicos,
Diſiunctamque iterum iungere amicitiam.
Spes erat ad te etiam remeare, & cernere vultum,
Sermoneſque tuos aure auidâ bibere.
Hac ſpe mœrorem ſum conſolatus amarum

Hactenus

Hactenus, & leuiter tot mala ſuſtinui.
At modò tecum vnà me ſpes etiam illa reliquit,
Factaque veſani ludibrium Boreæ eſt.
Quò fugis & quæ cauſſa viæ tibi, care ſodalis
Cura dolorque hominum, cura dolorque Deûm?
Quò raperis, quid te roſea ciſpellit ab vrbe?
Quid tam præcipiti cogit abire fuga?
Patria te dulcis reuocat dulceſque propinqui,
Queîs alacri morem ius gerere obſequio.
Ius equidem. ſed enim dum illos colis obſequio iſto
Lædis & iniuſtè me nimis exanimas.
Perge tamen, quò te iuris ratio auocat. haut te
Detineo, aut per ſe iuſtum iter impedio.
Non ſaltem mihi te licuit, dulciſſime rerum
Bucreti, ô mea lux, deliciæque meæ:
Non ſaltem extrema affari atque amplectier hora,
Extremùm & tepidis ſpargere te lacrumis?
Non ſaltem licuit ſupremis oſcula verbis
Addere, & alloquio fractum animum, atq; oculos
Adſpectu recreare tuo? non denique mî fas
Triſte Vale audire & dicere triſte Vale?
Hic dolor, hæc imas exhaurit cura medullas,
Hoc mihi præ reliquis flebile cordolium eſt.
Hinc ego, ſeu nox denſa operit caligine terras,
Siue dies pulſis lucem aperit tenebris:
Hinc crucior, variiſque modis & morſibus aſpris
In varias miſerè particulas laceror.
Non adeò ſæuos inferno Acheronte dolores
Infelix pridem perpetitur Tityus.
Infelix Tityus: crudi qui vulturis vngue
Obſcœna aſſiduo viſcera diſtrahitur.
Infelix Tityus: ſed ego infelicior illo;
Corporis illi etenim, mî laniena animi eſt.
Quò me igitur vertam? tantis cruciatibus vnde
Vnde petam medicas experiarque manus?

Vnde petam? quis mî queat auxiliarier ægro;
Heu nemo! heu nulla eſt huic medicina malo!
Nulla eſt huic medicina malo, nam vulneris auctor,
Vna ſalus à quo pendet & auxilium,
Fugit, & heu noſtris nunquam cernendus ocellis,
Æternùm expertes nos ope deſtituet!
Bresla quid, ah quid Bresla meis nimium inuida votis,
Immeritum tanto plectere ſupplicio
Collibuit? Decus ille tuum Bucretius, & laus
Maxima, non poterat, lauſq; decuſq; tuum
Eſſe; niſi eriperes aliis ipſumq; teneres
Sola, tibi ſoli quem genuiſſe putas?
Non ferre ille tibi iucundi debita alumni
Hoc ſine diſceſſu gaudia: non poterat
Nunc quoque ſperatum genitrici reddere fructum,
Hunc niſi mî luctum mœſtitiamque dares?
Sed quid ego vanis nequidquam queſtibus inſto,
Bucreti, & patriæ bella tuæ moueo?
Illa tenet iam te, & fouet acri ſedula cura,
Nec quoquam è molli mittet abire ſinu,
Vel precibus vel mota minis: nec iam vlla tui ſpes
Linquitur, aut votis cauſſa locúſue meis.
Sed venit modò cunctarum diſtractio rerum,
Venit diſcidium, mœſtaque vaſtities:
Venerunt mala cuncta mihi bonaq; omnia tecum
Fugêre his miſeris perdita diuidiis.
Nec mihi iam præter luctum, triſteſque querelas
Quidquam infelici reſtat in exſilio.
Scilicet vna mei caſus medicina madentes
Perpetim erunt lacrumæ & cum lacrumis gemitus.
Æterni gemitus; quibus vt ſine fine ferendis
Sufficiam, Cœum pectus habere velim.
Ergo gemo, ergo fleo: & gemitu exedo corda perenni,
Fletibus vndantes & perimo vſque oculos,
Hinc languore ſtupent precordia, luridus ora
Pallor,

Pallor, & exſanguis corpus habet macies.
Nec iam pectori ineſt fermè vis vlla gemendi,
Vixque oculis fletus humida gutta venit.
Non tamen aut gemitu aut lacrumis deſiſtere poſſum;
Cúm præter gemitus nil habeam ac lacrumas.
Te quando ſpecto, diuinæque optima mentis
Munera, certatim quæ tibi Dii déderunt;
Nec par ingenti Phœbus potis eſſe dolori eſt,
Nec tu te es, tua nec ſunt bona flenda mihi.
Ergo animo afflicto ſi fors quid Apollo miniſtrat;
Effundo trepidos pro lacrumis numeros.
Me quando ſpecto, turbatæque acria mentis
Vulnera, certatim quæ mihi Dii déderunt;
Nec par ingenti Phœbus potis eſſe dolori eſt,
Ipſe & ego, mea ſunt & mala flenda mihi.
Ergo animo afflicto cùm nil ferè Apollo miniſtrat;
Effundo tepidas pro numeris lacrumas.
Te quando ſimul & me ſpecto, ac mutua corda
Vtrinque hoc ſcæuo languida diſcidio;
Turbantur cuncta, & Phœbo certante dolori;
Effundo miſtos cum lacrumis numeros.
Sic agitur mihi vita & ſic conſumitur ætas
Perpetuo in fletu, perpetuo in gemitu.
At dolor ille tamen nulla ratione leuatur,
Nec deſiderio eſt vlla tui requies.
Hoc etenim ſpes nulla licet ſuffulciat, vſque
Creſcit, & arcana vi vſque alimenta capit.
E lacrumis alimenta capit, quibus ex die in horas
Inuigilo, & multis mortibus immorior.
O ſaltem plaga liceat defungier vna;
Nec lentis adeò hinc inde trahat gradibus!
Heu trahor & retrahor momentis omnibus, & non
Cura mihi pauſam ſcit facere exiguam!
Tu verò Bucreti artis complexibus hærens
Carorum, & patriæ mollirer in gremio.

Fuſus

Fuſus agis feſtas hilari nunc pectore luces,
Dulcibus ac celebras otia lætitiis.
Heu ſors diſſimilis nimium lugente ſodali
Gaudia tu & riſum flente beatus habes.
Nec tamen inuideo, procul eſt procul inuidia: haut me
Tabe ſuâ liuor tabificus tetigit.
Nec fas ambroſiæ reor inuidiſſe liquorem
Diis ſuperis. non me tanta tenet rabies.
Immó me & exhilarant & opacæ nubila mentis
Parte aliquâ tua mi gaudia diſcutiunt.
Tu ſaltem, dum fata ſinunt, ſume vndique tutus
Lætitiæ oblatum nectar & ambroſiam.
Sis felix: meritisque tuis quæ munera Diui
Munificâ exſoluunt exſoluentque manu,
Ætatem iis fruere, & ſecurâ mente triumfa,
Atque mihi columen viue meum incolume.
Me ſatis eſt irati aduerſis flatibus Euri
Iactari rapidis fluctibus in pelagi.
Me ſatis eſt ſcopulos varios, Syrteſque Charybdeſque
Infames miſero tangere naufragio.
Me ſatis eſt. Te blandiſono cum murmure lætum
Per mare iucundi flabra vehant Zephyri.
Ne tamen immemorem noſtri te obliuia reddant,
Si mereor, vigili quæſo caue ſtudio.
Nec renue incepti ſtadium decurrere amoris,
Iunctaque conſtanti vincla fouere fide.
Mutua ego æternúm faciam, nec charior vnquam
Te vno, dum viuam viuam ita, mi alter erit.
Quin tui amor tantùm aſſiduas mihi creſcet in horas,
Quantum amor & Phœbi creſcet & Aonidum.
Viuam Bucretl, moriar Bucretl in amore,
Bucretl vt celebri nomine concelebrer.
Cumque extrema dies ederit, Iouis in Philii ara
Hunc tibi ſupremo en igne cremabo animum.
Hoc de me certum. At ſi quid potero amplius, omne

Quod potero cunctis viribus efficiam.
Teque adeó, Muſæ faueant modó & æquus Apollo
Non, exſpectato deſerat auxilio:
Te, quem iam anté omnes clarabit adorea in annos,
Summa cerebrigenæ ac viuida adorea Heræ.
Te quem fama volans laté gemmantibus alis
Sublatum Eois dicet & Heſperiis:
Illum te & talem venturis inſerere annis
Conabor noſtris dehinc quoque carminibus.
Aut id ſi nimium eſt, & tanti haut conſcia Muſa
Roboris, iſtud fors aggredi opus renuet;
Saltem, quod potero, inſignem hunc teſtabor amorem:
Quantaque ſit noſtri pectoris integritas,
Oſtendam: vt ſeri Fidei monumenta nepotes
Alterni & ſpecimen fœderis adſpiciant.
Quód ſi etiam ſcabro quiſquam te arrodere dente
Vexatus Stygiis inuidiæ ſtimulis,
Occipiat: quamuis nihil inuidia ipſa procaci
Cum liuore tibi detrahere inueniat:
Si tamen occipiat; mihi erit ſimul ac patefiet
Nominis & laudis maxima cura tuæ.
Iſta tibi nunquam fore ſanctis omnia verbis
(En tango hoſce oculos) irrita polliceor.
Flos hominum, flos ſancte hominum, flos ſancte Deorũ,
Bucreti ô Diuûm deliciæ atq; hominum!
Bucreti ô patriæque oculus fiduſq; perenne,
Summaque Varniaci gloria gymnaſii!
Accipe quam tibi iuro fidem: nec forté puta me
Promiſſi fictis ludere imaginibus.
Accipe & has mœſto quas fudi corde querelas,
Triſtitiæ ac luctus ſymbola certa mei.
Accipe, quæ ſcripſi: & tibi quæ nunc ſcripta feruntur,
Quo ſunt ſcripta animo pellege, quêisque oculis.
Quid dixi? Iiſdem oculis, animoq; hæc pellege eodem,
Quo ſunt ſcripta animo carmina, quêisque oculis?

Ne veró,ne Bucreti. Túne illa,quibus nos,
Iiſdem oculis videas,eôdem animoque legas?
O abſit procul!illo animi candore & amicis
Quo & quibus hæc ſcripſi,pellege noſtra oculis.
Id volui & dixiſſe volo. Nos ſcripſimus iſta
Turbatoque animo turgidulisque oculis:
Tu lætis ea cerne oculis,animoque ſereno
Pellege:non vllo digne malo iuuenis.
Non digne ingratis pectus corrodere curis,
Non digne ætherios fletu hebetare oculos.
Omnigenis ſed digne bonis:quæ puriter actæ
Et vitæ debent & meritis Superi.
Sat mihi,ſi faueas ſaltem conatibus iſtis,
Ac tenui hoc placeat Muſa mea officio.
Sed iam triſte vale,quod corám dicere nobis
Haut licitum,é mutis accipe verſiculis.
Dii,quorum variis opuleſcis dotibus auctus
Vndique fortunâ,corpore & ingenio.
Diique,Deæque ſimul,quarum tu ſemper amore
Magnus & ipſo olim tempore maior eris:
Dent tibi tranquillæ felicia fata iuuentæ,
Mollia pacatis otiaque in ſtudiis.
Dent tibi poſtillá lætam viridemque ſenectam,
Atque onera incani dura abigant ſenii.
Et quia iam æternæ debent tibi præmia famæ,
Emerita ingenio præmia,Pierides:
Ipſe etiam Muſis longi ſis debitor æui
Victurus Pylio ſecula plura ſene.
Hoc ſibi Pierides optant,hoc optat Apollo,
Optat & egregiûm docta corona Virûm.
Hoc optat Patria,& coniuncti ſanguine Amici,
Optat idem tuus hoc vnicé Acidalius.
Optat idem,precibuſque piis pia numina poſcens
Pro te votiuis ſæpé facit numeris.

Salue ô Bucreti, ſol ô meus vnice ſalue,
Bucreti ô iterum ſalue, iterumque vale,

In obitum Iacobi Curtij, ad Io. Mat. VVackerum.
III.

CVrtius ergo fuit? Famæ non credo ſiniſtræ:
Et fugio infauſtæ nuntia ſcæua Deæ.
Sed tu ſcribis idem, tibi fas & credere, magna
VVackere aulæ pars & noua Cæſareæ.
Inuitus quoque credo tibi: vanumque nimis te
Heu verum, auctorem (da veniam) eſſe velim.
Curtius ergo fuit, fuit ergo Curtius. eheu
Quàm libeat nunc mendaci etiam eſſe mihi!
Sed fuit. & nos illi exſtincto funebre carmen
Immaturas debemus in inferias,
Eſſe pium par eſt tam ſanctis manibus: & tu
Conantem huc vltrò me prior ipſe vocas.
Exemplo monituque tuo: flentemque Camœnam
Porrò etiam in mœſtas ſollicitas lacrumas.
Quid vis? ecce, fleo dudum, Cæræque retracto
Næniæ honoratas munia ad exſequias.
Sed quid præter flere iubes? præconia verſu
Curtia vis etiam pangier ipſa meo?
Curtia victuro pangi præconia verſu,
A magno debent nec niſi vate cani.
Nos tenues nihil in tantas laudabile laudes
Condere vis anguſtæ artis egena ſinat.
Qui ſi quid poſſim, me illi deuouero totum,
Atque operam omnem vni ſurripiam huic oneri.
Nunc neque vel tentare mei mihi conſcius auſim,
Officium & quid me perdere tale iuuet?
Quod poſſum plané facio, & quod debeo. nam quis
Non debet lacrumas Curtiadæ tumulô?
Curtiadæ: cuius meritis Germania plena eſt
Tota, nec Europæ, vel regio vlla vacat.

Ille

Ille ſacro admotus clauo imperii, atque ſecundo in
Puppe locatus ab ipſo Induperante loco,
Omnia demeruit ſibi deuinxitque merendo,
Omnibus vnus commune fuitque bonum.
Huic priuata ſimul res, huic res publica debet,
Cumque agris vrbes, regnáque cum populis.
Huic homines debent, debent huic numina: docta
Præcipué & doctis numina culta viris:
Ipſi culta etiam præ aliis & honore perenni
Ad fati extremum condecorata diem.
Ergo iterumque iterumque fleo, & flent omnia mecum
Tam carum amiſſum, tam meritumque bené
Patronum patremque, & in illo amiſſa tot vno
Hei bona! quis fletu temperet & gemitu?
Cuncta dolore iacent, & fœdo ſquallida luctu,
Obruta pullatæ Sortis amaritie.
Cuncta ſuum tacité aut ſingultibus interrupto
Ah fruſtrá, quærunt ſed tamen vſque ſono.
Aula ſuum magis, ipſa ſuum magis aula requirit:
Quæ ceu deſolata únius hoc abitu
Stat miſerando inhonora habitu, raucisque querelis
Perſonat, & planctu rumpitur aſſiduo.
Sed Germania & ipſa, ſed Induperator & ipſe
Romani Auguſtus ſceptrifer imperii,
Sentit in hoc ſua damna, haut tenuia funere damna:
Sollicitus reparet quo ſua damna modo.
Indignatus & ereptum ſibi tempore in iſto
Muſſatâ cœlum pulſitat inuidiâ.
Pectoráque in varias curis exercita curas
Funere ab hoc implèt tota dolore nouo.
Iam ſatis eſt, vixit ſatis ille, & vixit abundé,
Mors cuius meruit Cæſaris éſſe dolor.
Nec quiſquam immaturus obit tam nobile funus
Qui iacet, hic cui ſtat exſequialis honos.
Sed vixit ſibi ſat noſter, ſibi vixit abundê

Curtius & laudi poſt ſua fata ſuæ:
Non illis etiam, cupidis quibus vſque ſui ſat
Viueret haut vllum temporis ad ſpatium,
Quos deſiderii æterno nunc vulnere inanis
Vrit, inoblitis cura ſedens animis.
Atque mori non dignus erat, vitâ hactenus actâ
Vitæ dehinc meritus munera perpetuæ,
Si per fata foret, dignis ſua præmia ſolui,
Nec meritorum Orco gratia ſtaret iners.
Sic tamen, vtcunque ereptus, non omnis ab orbe
Raptus, adhuc nobis haut moriturus adeſt.
Viuus adeſt, ſupereſtque ſibi ſemperque ſuperſtes
Irrita Parcarum deſpicit imperia.
Fama Viri ſubnixa alis radiantibus auro
Et terras & lata æquora peruolitat.
Et tellure leuata ipſi contermina cœlo
Magnum illud CurtI nomine inane replet.
Inque-fatigato mundum clangore fatigans
Pennarum, CurtI nil ſinit eſſe rude:
Nec quicquam ſinet eſſe vnquã immemor: omnia vbiq;
Quem docet haut porrò dedidiciſſe docens.
Hæc ita. Iam deſiderio non ſit modus illi?
Eſt modus, at totum quis tamen excutiat?
Vt minus atque minus fiat, Wackere, quid optem?
Conſilium aut quod te meque alioſque iuuet?
De te videris ipſe: ego meque alioſque iuuari
Poſſe per vnum vnâ te ratione putem.
Dii faciant, quicquid Mors præfeſtina dierum
Erripuit iuſtum Curtiadæ ante diem:
Omne tuis addant annis mage candida fata:
Et tua de CurtI ſtamina ſtaminibus
Aucta alto longum de vellere lenta ſororum
Netricum ignauo pollice dextra trahat.
Dii primum hoc: magnus faciat dein Cæſar, vt in te,
Qui periitque ſibi, qui periitque aliis,

Curtia-

Curtiaden,quo non queat ipſe aliiq́ue carere,
Reſtituatq́ue ſibi reſtituatq́ue aliis.
Pérque gradus illuc,quo cœpit,deinde fauore
Te efferat,vnde alter derutus occubuit.
Fallor,an in te ſit rediuiuus Curtius,ex te
Damna obitus reſtaurabit acerba ſui?
Fallor ego?quin nec periiſſe videbitur,inq́ue
VVackero ipſe orbi Curtius vſq́ue aderit.

Ad Danielem Rindfleiſch Bucretium de Obitu Friderici Grotl.

IV.

VT nihil ergo aliquá firmum mortalibus!vt nil
Sinceri in vitæ hoc turbine gaudii ineſt!
At,nil gaudii,ego queror?há,maiora querendum:
Nil iam ah ſinceri vita doloris habet!
Dum grauiore dolor grauior comitante dolore
Fertq́ue fugatq́ue dolorem vſq; nouum vſq; nouum:
Nec ſubmerſum animũ vnquam alto Oceano curarum
In curas patitur rurſum animare alias.
Sic ego,ſic te eheu modó,Bucreti optime,quaſſum
Indomitos mœrorum adſpicio ad ſcopulos.
Sic eheu non fluctu vno,flatuq́ue nec vno
Mens tua in ancipiti gurgite fracta natat.
Dii quænam aut vnde hæc turba inſperata malorum
Agmine tam ſubito támque valente ruens?
O vnum illum vtinam te fata dolere dolorem
Siuiſſent:nimio hic ſat grauis vnus erat!
Dum patris hei pridem functi fatalia tecum
Immiti peragis tempora mœſtitiá:
Solemnique pié caris de more parentas
Manibus,in gemitu totus & in lacrumis.
Quem puero quondam externis iam tum tibi in oris,
Ipſum etiam extra ipſam(triſte nimis)patriam,

Mutuo & ore procul,procul amplexuque ſupremo,
Sæua venenato Mors necuit iaculo.
Cuius ego miſerando abitu perculſus & ipſe
Tecum vná acri animum omnem exedo cordolio.
Nec minus ignotum haut notus quoq; diligo,quam ſi
Illi gnatus ego,mi pater ille foret.
Et patrem ipſum equidē haut temeré mihi dixero, frater
Prorſum in germanum tu mihi quando modum es.
Nunc tamen vt digno virtutes carmine pangam,
Quarum in eo claro lumine fulſit honos:
Non operæ eſt:neque vis ſinit hæc mœroris acerbi:
Olim erit id proprii forté laboris opus:
Cúm Bucretiadum antiquam altâ ab origine gentem
Miro in te inque tuos motus amore canam.
Nunc ſumpſi id mihi,te ſolatii vt indigus ipſus
Sortis in hac tantâ ſoler amaritie.
Quæ luctum cumulans luctu,ipſo in tempore luctus
Annui,iniquam in te rurſum acuit Lacheſin.
Heu Lacheſin nimium facilem parére,tibi quæ
Tam carum haut verita eſt eripuiſſe caput!
Carum inquam affinem quem rapto á patre parentem
Alterum,& afflictæ ſpem columenque rei,
Sic vero coluiſti animi obſeruantis amore,
Sicque amiſſum vilo nunc ſine more doles:
Eius vt interitu interitum & tibi protenus optans
Vlterius lucem poſſe videre neges.
Ah Bucreti ergône animum mentemq; animi ipſam
Tam grauiter plaga hæc maſcula ſtrauit humi?
Ah Bucreti ah ſurge iterum:& ſolatia quando
Non potiora tibi ferre alia vila queo;
Adſpice me,éque meo releuamen ſume dolore,
Totus dum miſeras tecum abeo in lacrumas.
Adſpice quin luctus ſociam,ſuſpiria multo
Ægre ducentem cum gemitu patriam.
Adſpice mœrentes ciues,triſtémque Senatum,

Vnius

Digitized by Google

Vnius ille vnus queîs dolor eſt obitus.
Adſpice quin patriæ ipſa etiam ardua mœnia, prono
Mœſtiter vt deſolata gemunt capite!
Quæ Grotii auſpicio prius aſtrato æmula Olympo,
Artificé & textis æmula Dædaleis,
Surgere vix dum cœpta, graui eiuſdem icta ruinâ,
Nutanti ad terram nunc propé mole ruunt.
Et ruerent, niſi fama viri hoc fundamine nixa
Suaderet firmo ſtare perenné loco.
Ergo immota, licet non ſiverit Eumenidum ira
Tanto operi ſupremam impoſuiſſe manum,
Stabunt, & meritum artificis, nomenque loquentur,
Notum Vrbis donec nomen erit populis.
Stabunt, atque adeó illi hoc nobile Mauſolæum
Ad famam æternæ poſteritatis erit.
Quo tamen abſque aliis viuet quoque laudibus, vllo
Annorum ignaris carpier á ſenio.
Namque hodié ſi etiam Lyſippi fama ſuperſtes,
Sique Polycleti gloria dia manet.
Secula quæ Grotium taceant, quo Phidiam in vno
Viuere mirati Praxitelenque ſumus?
Teſtes tam egregiæ monumenta illuſtria dextræ
Plurima, nulla poteſt quæ vnquam abolere dies.
Sique æuum hoc tetigit Zeuxis, laudemque ſi apud nos
Parrhaſii retinet ingenioſa manus:
Quænam ætas Grotium, noſtræ illum ætatis Apellem,
Illum Naturæ vultibus arte parem,
Ignorare queat, non mireturque colore
Spirantes viuo viuam animam tabulas?
Queîs ille vrbem omnem, queîs delubra incluta ſummi
Numinis, auguſto ſic decorata modo
Excoluit, Naturæ vt Breſla Deique Theatrum
Hinc immortali nobilitate cluat.
Nam quid ego memorē illud opus, quod terra ſtupeſcit
Vltima, quo nil iam pulcrius orbis habet?

Suggeſtum aio illud ſacratâ in Numinis æde,
  Mirificis ſculptum hinc indeque imaginibus:
Marmore quod foſſo primum ipſo auctore, Seboti
  Fœcundo é montis aerii latere:
Marmore ſub viridi tralucentique perenné
  Duraturum artis conſtituit monumen.
Quid celebrare alia occipiam, clara omnigeno æuo
  Quæ cum ipſo memori fama ſonore canet?
Tu modó, Bucreti, his animum ſolare iacentem,
  Amiſſi vt leuius triſtia fata feras.
Quem meritó haut equidem luges. cúm incommoda
  Vitæ adeó penſet laudibus eximiis. (mortis
Ecce autem hunc tibi dum ſtudeo lenire dolorem,
  Præcipiti incurſat te impete rurſum alius.
Affinis ſubitó heu natum quoque fata ſecutum
  Iſſe ait Orcinas nuntius ad tenebras.
O potius nunquam has penetraſſet nuntius oras,
  Nulla foretque oculis littera viſa tuis:
Quám nouus iſte, ex ſe leuior, crudele prioris
  Vlcus acerbifico velleret vngue dolor!
Ne labare tamen, pectusque exſangue viciſſim
  Cordiuoro miſeré conficias gemitu.
Nam felix ſané ille puer, quem atra Atropos æuo
  Subtraxit variis in viridante malis.
Nec quia floridulum vernæ virtutis honorem
  Creſcere ad Auctumnum Morta ferox vetuit,
Cenſeri miſerum fas eſt: puerilibus annis
  Nam bené qui vixit, vixit & ille diu.
At modó quod fulmen te icit denûo? hei mihi, nunc te
  Nunc vereor firmo ſtare poteſſe gradu!
Nam quoq; & ipſe VRSINI ad nomen corruo, dum fert
  Ad communem etiam hunc rumor abiſſe locum.
O Diui ô! nunquam ſat horum funerum? opimis
  Nunquam Orcum explebit Perſephone ſpoliis?
Ergo etiam lubitum ferro illum haurire cruento,

Maior

Maior in Aonio quo grege nemo fuit?
Heu fuit! Aſtrææ quo haut donis clarior alter,
Nec Suadæ potior laude quis aut Sophiæ!
Sed me quò ſtimulans dolor abripit? heicce manendum
Mœrorem vltrò auctum ne tibi forſit eam. (eſt,
Nec locus hic, verſu arcto Vrſini ſcribere laudes,
Quæ lætâ debent non niſi voce cani.
Nunc & mœſtus ego, & mœſto tibi carmine amaram,
Hoc tantum, ſtudeo tollere mœſtitiem.
Fors erit haut longè, vt iunctim Vrſinumque, tuumque
Scharffium, & Europæ Dudithium olim oculum:
Quos etiam heroes tibi amicos inuida terris
Non pridem ad nigras fata tulére domos:
Vnanimis ſtudio tollamus ad æthera Muſæ,
Vnanimi tecum hos vt quoque mente colo:
Cùm primùm è luctu, curis ponentibus, ad te
Quibis & ad Muſæ ſacra redire tuæ.
Quod tibi vti citò ſit, non iam ô mi oculiſſime, duco
Ad mentem, multa te ratione, Bonam:
Saltem illud meminiſſe tuum te, VINCO FERENDO,
Et cupio, imperium quodque meum eſt, iubeo.
Vinces cuncta facul, neque Sors, neque Mors te adeò vlla
Incurſu poterit ſuppeditare ſuo.
Ferto igitur propriis vt te miremur in armis
Pugnantem auſpiciis bella ſecunda tuis.
Virtutique tuæ vt gratans Epinicia cantet,
Virtutem puro pectore quiſquis amat:
Et dicat: Nouus en bellator inermibus armis,
Victus ſcit forti Victor abire fugâ.

Manibus Petri Memmi.

V.

IN te anima Aſclepi migrauerat, inclute Memmi,
Gentium & hoc paſſim nomine clarus eras.
Nec modò vita eadem tibi & ars, diuinaque facta:

Fata

Fata etiam imò eheu ipſa fuêre eadem!
Ille Stygis cenſum aſſiduè carpebat ad vmbras
Dum vetat ægrorum corpora poſſe rapi.
Tu quoque Parcarum infregiſti triſtia iura,
Iam vacuus foret vt fiſcus Auernicolis.
Ille etiam Hippolyti diſtractum hinc indeque corpus,
Atque animam ſtygiis iam fluitantem in aquis,
Ad deſerta iterum reuocabat munia vitæ,
Certam ipſo rapiens prædam Erebi è barathro.
Tu quoque depoſitos non ſecius, ac Libitinæ
Iam modò crudeli Perſephonæque ſacros,
Rurſum vitali dònaſti luce,& ouantes
Fraudaſti optato ſæpe Deas ſpolio.
Illum autem ipſum odio hinc atq; ira percita acerba
Mors omni Stygia adiuta necauit ope.
Et te etiam nunc,heu dolor, heu Memmi optime! Parcæ
Inuidiæ fixæ cor rabidum ſtimulis
Impete præcipiti inuaſère, tuaque triumfant
Tartareæ Furiæ, tartaraque ipſa nece.
Ah Memmi! At veluti iam AſclepI es fata ſecutus,
Sic te etiam AſclepI iure ſequetur honos.
Ille obita morte infernis retractus ab vmbris
Adſcriptus Superûm mox fuit in numerum.
Te Dii etiam triſti haut patientur claudier Orco,
Pro meritis numen ſed quoque habere dabunt.
Iamque adeò ô Memmi, à populis tua buſta coluntur,
Quondam ara AſclepI vt culta fuit populis.
Ha rectè! in te anima AſcepI migrauerat olim,
Viuus & hoc latè nomine clarus eras:
Nunc etiam in te honor AſclepI migrauit vbique
Functus & hoc clarum numine nomen habes.

Laurentii Ludouici Manibus.

VI.

Ergóne

ERgóne præſtantes & caros poſt tot amicos,
Inuida diuerſis quos mihi fata locis
Tempore diuerſo plures rapuêre per annos,
Ceu iurata meos perpetuò in gemitus:
Te quoq; LAVRENTI deinceps LVDOVICE carendum (eſt,
Communemq; iſti non rediture locum?
Tot per luſtra pie cum quo pius eſt mihi pridem
Cultus amor, ſanctè ſanctaque culta fides.
Non tamen iraſcor fatis, melioraque vitæ
Auſpicia, ad quæ nunc mors tibi fecit iter,
Non ſanè inuideo: vitæ melioris: vbi nunc
Omnibus à curis atque labore quies.
Præſertim qui vitam actam heic cum laude, beaté
Clauſeris optato fine, vocante Deo.
Sed ſortem deploro meam, mea triſtitia vitæ
Tempora, & has orbas te pereunte vices:
Cùm te, te tam dulce caput, tam pectus amicum
Amiſi ô animæ pars malè rapta meæ!
Si tamen amiſſum fas illum credere, ſaltem
Præmiſſum nobis quem dubitare nefas.
Namque erit illa erit illa dies, cùm protinus ipſe
Te quoque communem conſequar ad patriam.
Cõmunem ad patriam, patrem, patrimoniũ, & vnum id
Omnibus omnia quod ſufficienter erit.
Intereà diuina tuum benedictio nomen
Seruandum memori conſecret in tabula:
Quod iam nunc vitæ in Libro ſcriptum eſſe, perenne
Manſuram, è nobis quis dubitare velit?
Non ego: cuius habe veteris conſtantis amici
Hoc quoque ſupremi muneris officium;
Elogiumque adeò iſtud acerbo in funere quod non
Tam noſtræ etſi etiam, debeo amicitiæ:
Quàm Virtuti & Doctrinæ Meritiſque, fuiſſe
Maxima quæ notum eſt, ô LVDOVICE, tuis.
Atque meum hoc votum tibi & ad te ſit modò verbum,

Quo

Quo te, quóque animæ corpus inane tuæ,
Amplius haut te iſto compellaturus in orbe,
Poſtremo mœſti carminis alloquio
Proſequor ille etenim fidus poſt funus amicus:
Sed mage qui quondam fidus amicus ero,
Tunc cùm cœleſti rurſum iungemur in aulâ,
Inq; domo, qua ſtat manſio multa piis:
Quam Patrém nobis apud æternum ipſe parauit
Filius æterni Chriſtus imago Patris.
Te laudans, verbis vt laudem & more Sophorum,
Si quem alium, dignum te voco iure virum:
Optimus à cunctis qui & qui doctiſſimus idem
Doctis atque bonis concelebrêre viris.
Te laudans, verbis vt laudem & more Piorum
Si quem alium, dignum te voco iure virum:
Qui veri, qui pacis amans, ſtudioſus & idem
Inter vbique pios concelebrêre viros.
Denique te laudans vt laudem munere ab ipſo,
Munere qui ludi nempe magiſter eras.
Dico fuiſſe Epicharmum, ὅς ποιῶν χρήσιμα εἶπεν.
Et titulo laus eſt hæc ſatis ampla tuo.
Omnia quæ de te ſincero pectore dicta,
Non verbis tantum ſunt tibi dicta meis:
Sed cunctorum eadem eſt hominum ſententia mecum,
Quotquot eras doctis notus eraſq; bonis.
Et multis benè notus eras, qui ſemper amicè
Te coluêre domi, te coluêre foris.
Nec pauci externa procul & regione fuerunt
Mirati ingenii dona animiq́ue tui.
Verùm iam LVDOVICE vale; iamq́ue incipe veram
Diuini oracli percipere vſq́ue fidem,
De doctorum illa cœlo mercede repoſta,
Iuſtitiæ multos qui docuêre viam.
Salue iterum ô iterumq; vale cariſſime: felix
Nunc anima, ô iterum ſalue iterumq́ue vale,

Vſque

Vſque in viuorum dum nos regione beata
  Conſorti iungat rurſus amicitia,
Ille, in quo certè coniuncti viximus ambo
  In valle hac vmbræ, mortis & in tenebris.
At quando illud erit tandem? quando obſecro? cùm tu
  Tu venies IESV tempore CHRISTE tuo.
IESV vera ſalus, & ſpes, & vita tuorum;
  Vita mea, & mea ſpes, & mea Chriſte ſalus.
Chriſte veni, bone Chriſte vide, Chriſte optime vince:
  Si venias, videas, victor es. Eia veni.
Eia vide, victorque tuos tibi iunge triumfans:
  Voto vno hoc claudunt omnia vota tui.

Henrici Acidalii Parentis optimi Manibus.
VII.

SAluete ô cari cineres atque oſſa parentis!
  Salue ô Elyſiis vmbra paterna iugis!
En ego progenies tua te, pater optime, multis
  Ad tua buſta iacens inuoco cum lacrumis.
Audin' me, an ſupereſt etiam tibi ſenſus? an ægrum
  Sic manes natum ſollicitare tuos?
Há pater, há pridem ad tumulum iſtum debui adeſſe,
  Et dare nòn lætas munus in inferias.
Iam ſextum æſtiuo feruentes ſole calores
  Auctumni egelidi mitior aura fugat:
Nec dum poſtremo macto eheu munere mortis
  Ritè parentauit noſtra Camœna tibi.
Da veniam nato pater, impietate nec iſta
  Vſque offenſa mihi ſit grauis vmbra tua.
Nondum ea vis Muſæ noſtr[illegible] te digna loquatur,
  Nec, quem ſperabas me[illegible], is eſſe queo.
Quo potero tamen, vt primum mihi poſſe videbor,
  Solemni ipſe tibi carmine iuſta feram.
Efficiamque tuo vt ne turpis aranea quondam
  Deſerto caſſum in nomine texat opus.

Interea

Interea ſalue atque vale pater : ô puero mî
  Rapte pater ſalue perpetuumque vale.

In Iohannis Groti Album.
VIII.

TV quoque pulle ſacer Phœbi Aonidumq; ſororum,
  Ianipor; ô Veneris facte manu, & Charitum
Fote ſinu,dapibuſque almis nutrite Mineruæ,
  Nectare & Hebæi ô vſque madens cyathi :
Tu quoque in aureolo hoc mea nomina ſtare libello,
  Spectari & dextræ vis ſimulacra meæ ?
Scilicet inter eos & mi locus, incluta Phœbi
  Ob ſtudia in magno quos precio orbis habet :
Quoſque ob virtutem pariter famamque ſuperbam
  Suſpicis,& ſancto corde perennè colis.
Parce puer; non ſum tanti : neque fas mihi ſedem
  Heroum affectare hoc aliquam in numero.
Næ malè Bucreti impoſuit cenſura tibi, olim
  Me quoque qui ratus eſt eſſe futurum aliquem.
Falleris ô Iane ! & Bucreti,ô te quoque noſtri
  Fallit amor, verum vt non videt vllus amor !
Non tibi ego heic temerè ſat credulus, ipſe mihi ipſi
  Fidere tantillum qui trepidus nequeo
Tu quoque crede minus quàm te Bucretium acumen
  Iane,iubet : dehinc me poſcito & alta minus.
Ecce tamen mî inſtas,nec dictis proficio hilum,
  Et parere tuo cogis amore tibi.
Há trepido tantum ad facinus ! ſed ſi vſque refrager,
  Quid iuuet ? & mentem en hanc quoque vincit amor.
Si pecco,luet ille, ita qui p[illegible]re coëgit,
  Et tibi & auctori cauſſa tu[illegible]da tuo.
Iamq; adeò lubet in merita[illegible] ambo inducere culpam,
  Erroris pœnam vt ſoluat vt[illegible]que ſui.
Dextrà age ſcribito Acidaliũ,imple hoc nomine chartã,
  Nec pudor Heroum ſit tetigiſſe latus.

Perge,

Perge, nimis bellè nimium vlciſcemur amorem:
Tuq; anime, hoc grandes ſuggere iam numeros.
Sed quid ago? Retrahe ô mens impetum: & hinc manus, (hinc te
De tabula: ſat iam perdita charta tibi.
Sat quoque iam puniti illi: atque erroris vtrumque
Pœnitet, ad ſolas dum intremuêre minas.
Nec minæ eæ ſolæ tamen. impletum omne reapſe eſt
Antè, reapſe ipſum quàm facinus facimus.
En legimur libro hoc: & dum ſimulo illa negare,
Quæ poſcis; dudum, Iane, negata dedi.

LIBER III.

Ad Danielem Rindfleiſch Bucretium meum.

I.

SÆpè mihi hoc dicis: non tantùm in pectore noſtro,
Verùm ipſis quoq; tu mî vſque habitas oculis.
Credo tibi, Bucreti: at magnum hoc? nonne ita & ipſe
Vulgus ait caros ferre ſuos oculis?
Non ita, non, ſubdis: cum vulgo non loquor, vt nec
Sentio cum vulgo, nec te, vti vulgus amo.
Ne mihi ſint oculi, niſi in his ego te fero ocellis!
Tu modo ad hos oculos flecte tuos oculos,
Ipſum in iis vt te videas habitare, meiſq;
Ipſe fidem propriis tandem habeas oculis.
Iuppiter, & vos Dii, quantum eſt! quidnam heic modò (cerno?
Anne ego ſat video, tam noua qui video?
En Bucreti in luminibus me conſpicio, atque en
Alter Bucreti è pupula Acidalius
Proſpicit, obtutuq; in me hæret fixus, in illo vt
Ipſus ego teneo fixam oculorum aciem.
Mirum, ô Dii mirum! ſed enim ô mi oculiſſime, credo,
Aut veſtri illi oculi me eripuêre mihi:
Aut dum me aſſiduo ſpeciunt, capti mei amore,
Conceptum inde ipſum me peperêre ſibi.

Ad Georgium Dhyrium De Gentilitiis inſignibus Coniugis ipſius.

II.

DHyri, nobilium veteri de ſtirpe parentum,
Virtutum & proprio nobilis à merito:
Cùm tua iuncta tibi eſt, fatis ducentibus, vxor:
(Fatorum ductu nam tua iuncta tibi eſt.)
Auſpicio tibi iuncta bono eſt atque omine ſancto,
Cui ſua perpetuò eſt certa futura fides.
Aſpice quæ patriæ coniux inſignia gentis
Inde vſque à priſcis tradita geſtat auis.
Tres panes, tres piſciculos, quos dixeris aſſos,
Et totidem plumas, cuncta ibi trina vides.
Hæc claris manifeſta notis arcanius illud
Vi tacita clamant, quod loquar ipſe, tibi.
Qui Deus innumerum pauit benè panibus olim
Paruis, & paucis, piſciculis populum:
Ille Deus ſic teque, illamque, & pignora veſtra,
Et veſtri poſt vos ſeminis vſque genus
Paſcet aletque benè: & facilis compendia victus,
Et queiſcunque opus eſt, ſuppeditabit opes.
Atque idem ille Deus, ſaturæ poſt munera vitæ
Pennarum vobis remigium inde dabit.
In cœlum è terris quò ſubuolitetis ad ipſum,
Victuri vitam iam ſine fine nouam.
Ipſe vbi vos ſeſe ipſo æterna in ſecula paſcet,
Ambroſia ipſe ſuis, nectar & ipſe ſuis.

Ad Iohannem Caſelium.

III

IN te, quodcunque eſt Venerum, quodcunque leporum,
Quicquid vbique ioci, quicquid vbique ſalis:
In te, doctrinæ quicquid potioris & artis,
Virtutum & veri quicquid vbique boni:
Omne habet in te vno, ac ſedem ſibi, magne Caſeli,
In corde,

In corde, in cerebro fixit, & ore tuo.
Hinc quibus & virtus, doctrina, ſaleſque, leporque
Cordi, ad te certatim vndique & vſque ruunt.
A te illis Virtus, doctrina, ſaleſque, leporque
Quæritur, & votis plus datur & melius.
Hinc flos ſiderei ille chori; Patrima virago,
Latoides, Peitho, Pierides, Charites,
Oblitæ ſuâ regna, tuo comites lateri hærent
Perpetuò, & tecum non niſi viuere amant.
Te ſectantur, amantque, placent & te ſibi in vno:
In te & quæque ſui conſpicit effigiem.
Vt te adeò aut Diuæ hæ genuiſſe Deuſque, vel ipſas
Tu videare Deas & genuiſſe Deum.
O ſuperet caput hoc; cauſſæ & Germane tibi nil
Cur tantillùm aliis gentibus inuideas!

Ad Henricum Brucæum. Imitationis Gruterianæ.
IV.

ASſiduum cum Morte tibi, Brucæe, duellum:
Tu ſeruare homines, perdere at illa cupit.
Stant à parte tua, medicæ pater artis, Hygéa,
Cheiron, Aſclepî diues opiſque manus.
Mors contrà Morborum acie & turbantis Auernî
Horrendo hinc atque hinc cincta ſatellitio eſt.
Illa ſuum ferrum in mortalia corpora ſtringit;
Tu reprimis, ſubitò aut vulnera facta ligas.
Sicque manu validâ morborum atra agmina ſternis,
Ipſa etiam vt victas det tibi pænè manus.
Et certè timet illa ſibi, tot tantaque cùm iam
Victor honoratus parta tropæa habeas.
Sed timor hic audaci illam in te concitat ira,
Præcipua caput vt nunc petat arte tuum.
Hactenus vſa tamen caſſis eſt viribus: at ſi
Tandem etiam victorem opprimat illa ſuum:
Quod nulli eſt vitare homini: quid tum tibi ſortis?

Hoſpitium tuæ vbi, te ſuperato, animæ?
Non illam Elyſios Stygium per flumen ad agros
Transuehet annoſus nauita hiante rate.
Sed procul arcebunt etiam poſt fata ſuum hoſtem
Mors, Plutoq;, cohorſq; omnis Auernicolûm.
Ne diffide tamen: nabis ſine naue Charontis
Ad communem, etiam nullo Acheronte, locum.
Priuus erit fluuius, qui te plorantium ademptum
Vndoſis fiet tunc hominum è lacrumis.
Trabs quoq; priua tibi. Nam qui vice ſit Trabis, ecce
Arcum ſubſternet ipſus Apollo ſuum.
Quem dein arcus habet, Neruo è ſtridente Rudentes
Conficies celeri ritè magiſterio.
Aſclepi è Baculo Malus formabitur altus,
Cheironis Remum longa Sagitta dabit.
Ipſa Hygiéa Peplum proprium feret, vnde parentur
Carbaſa veliferis flatu agitanda animis.
At baculo Aſclepi qui ſe implicat arduus Anguis,
Spirabit tumido ſibila pro Boreâ.
Quin tibi Diuûm etiam Suſpiria denſa, feratur
Cymba tua vt celeri flamine, Ventus erunt.
Sicque vbi permenſus pelagum Plutonia ad antra
Veneris, obſcuras nocte ſilente domos;
Tange manu citharam, quam Phœbus in hos dabit vſus,
Nemoque te ingreſſu tum prohibere volet.
Ipſæ ſed Furiæ, Orpheo olim vt carmine, mites
Te propriâ ducent ad loca amœna manu.
Há tum plaude tibi, & victrice ex Morte triumfa,
Mortuus en iterum vincere quam potis es.

Ad Nathanem Chytræum.

V.

ERrantem Roſeos dum te, Chytræ, per hortos,
Et tua cantantem dulciſono ore mele:
A tergoque ducem Diuas te hinc inde ſequentes

Adſpicit

Adſpicit obliquo lumine Varniades:
Verſus ad Aonides Phœbus; quid iam mea turba?
Quis nouus hic hortus, quis nouus hic Helicon?
Quæ Muſæ illæ aliæ quis & vnde ille alter Apollo?
Hei nobis, Diuæ, noſter honos periit!
Noſter honos periit periit Parnaſſus, & vndæ
Quodcunque Aoniis fontibus eſt, periit!
Et Varnum, latices vt pleno gurgite voluit,
Pro Clariis vatum quos modò turba bibit.
Quin fugimus iunctim. Sed enim fuga quà patet, vt nos
Haut vſque vlterius fama ſecuta fuget?
Ipſe ego me cœlo includam: vos ite Sorores,
Et ſocias citò vos iungite Varniaſin.
Ite, pudor neq; Chytræum (nam is poſtmodò Phœbus)
Et laurum noſtram quam gerit ille ſequi.
Vix ea, cum ſubito æthereum impete fertur ad axem:
Ad te Pieridum turba relicta fugit.
Nunc alios iactet Vates Germania: Phœbus
Cui cedit, ſit huïc quem repezire parem?

Ad Ianum Gruterum.

VI.

CVm tua primùm annò, Grutere, Pericla viderem,
Obſtupui ad titulum totus & obrigui.
Mox rumpens vocem: ah noua, dixi, vnde iſta pericla?
Cuius adhuc taciti, hæc nuncia amara mali?
Dein vbi prenſa manu cœpiſſem inhiare, meloſq;
Legiſſem vnum auidis alterum itemq; oculis:
Redditus ipſe mihi: rurſum, ô iuncta pericla!
Omnis & ô, dixi, plena pericla boni!
His vtinam liceat mihi mactari vſque periclis,
Quàm grata illa inter vita pericla fluat!
Nec calor ille abiit, ſed lucibus inde coëgit
Continuis noctes addere peruigiles:
Immemor vt ſomni librum ad calcem à capite ipſo

Perlegerem,& cupido cuncta vorarem animo.
Tum veró plenus Phœbeæ illâ ambroſiæ aurâ,
Ebrius Aonii nectaris & latice:
Senſi,res quod erat,Grutere:ac carmina non hæc,
Non,inquam,humani ſunt opus ingenii.
Aut præeunte iſthæc Gruterus Apolline cantat,
Aut ipſó in Grutero ipſus Apollo canit.
Sed clamat titulus,Phœbum ipſum in te eſſe,pericla
Dum facit,an credi tu quoque Apollo queas.

Ad Charontem de Salomone Alberto.

VII.

QVid carioſe Senex,tam crebris aſtra querelis
Sollicitas,mœſto te ipſe vorans gemitu?
Scilicet inferni cruciant te damna popelli,
Nunc tam rara tuam quod premit vmbra ratem:
Fiſcus & exhauſtus,pauco veniente triente,
Inque diem vacuus fit magis inque diem.
Ipſa & trabs etiam tua iners in margine pigro
Otia agens,rimis ſoluitur & carie.
Scilicet eſt ita:nec fruſtra anxiá pectora curis
Exerces,miſeris & querula ora ſonis.
At bone,fige modum lamentis,portitor:olim
In melius vertet res tua reſque Stygis.
Scin' vobis quid fraudi hodié?mortalibus ægris
Salua ſalutiferi dum Salomonis erit.
Dextera opis medicæ miré ingenioſa magiſtra;
Nulla anima Orcinis præda vehetur aquis.
Ipſum fata tuos vbi cogent quærere remos:
Longé hominum,longé vota quod eſſe volunt.
Tum deinde vmbrarum ad tua littora perpetuó ingens,
Turba ruet,veteri vix capienda ſcapha.
Interea tacito Libitina quiete feretro
Dormiat,officio vt poſt fatis eſſe queat.
Tu quoque tu puppim laceram compinge,fatiſcat
Ne in

Ne in medio nimio pondere victa lacu.
Iamque opis ille tuæ cùm venerit indigus, Orci
Auctūrus, modò quem deminuit, numerum;
Plaude manu tibi vtràque, & totâ cum Styge opimis
Vſque adeò æternùm lætus oua ſpoliis.
Parce tamen mercede illum portare per vndas,
Poſcere ab hoc ſueta ô naulia parce Charon.
Há quanto poſtilla alii cum fœnore quanta
Nomine perſoluent illius æra tibi.

Ad Iacobum Horſtium.

VIII.

TAnta tuas, Horſti ſemper ruit vndique ad ædes,
A te quæ medicam turba requirit opem:
Otia nulla tibi vt ſuperent, doctûm aurea ſcripta
Queïs legere, aut alios lecta docere queas.
Et tamen aſſidua multi ſub mole negoti
Sic tibi tete ipſum ſubtrahis aſſiduo:
Vt doceaſque legaſque in Cois illaque ſcriptis
Veſtiges, doctos quæ latuére alios.
Credibile eſt ipſum Hippocratem freta trans Acherontis
Gaudere, hoc tandem & ritè placere ſibi
Ordine, tu Diis quem in lemmaſin eſſe videſque
Primus & arguto haut inuidus ore doces.
Credibile eſt, iam nunc cupidè expectare quoq; illum,
Ad Styga te coràm cernere vti liceat.
Há, quàm illic læto exciperet te pectore! cunctis
Manibus há tu vnus quanto in honore fores!
At tu heic viue diu, nec honor Stygius tibi tanti,
Vt ſit inhumanas viſere amor tenebras.
En honor in Superis potior: nam quis pote maior
Hoc, Superos ope non poſſe carere tua.

Ad Martinum Biermannum.

IX.

NVper Atlantiades iuſſu Iouis infera ad Orci
Regna means, campos viſit ad Elyſios.
Vtq; pedem primum in valles penetraſſet amœnas,
Queis ſanctæ ducunt otia longa animæ:
Ecce inter ſeſe diſcordes cernere rixas
Agmina manium ibi litigioſa videt.
Iam vaga fama etenim de te, Biermanne, ſilentum
Attigerat viduas luce perennè domos.
Hinc Medici, Couſq; ſenex & Pergami alumnus,
Te medicûm cupiunt aſſerere in numerum.
Inde Sophi, Plato, Ariſtoteles, & Socraticum cor
Ad claſſem pugnant te retuliſſe ſuam.
Tum reliquæ turbant vmbræ: pars partibus iſtis,
Pars illis certâ ſeditione fauent.
Iamque furor veget: at proles Cyllenia, iudex
Ambiguæ capitur litis ad arbitrium.
Ille, altè extenſa medio ſuper agmine virgâ:
Quæ noua pacatis rixa, ait, orta locis?
O potius taciti reſidete, quieſcite Manes!
Fruſtrà eſt de tanto litem agitare viro.
Quin gaudete diem iam vos obiiſſe ſupremum,
Orbi dum hoc hominis Dæmonium ſupereſt,
Nunc & honor vobis manet: at ſi vita maneret,
Nec viuis nec poſt fata maneret honos.

Ad VViſtochium, Patriam.

X.

SI mea quid poſſet doctum teſtudo ſonare,
Terſis quod gratum ſe probet auriculis:
Non ego VViſtochium, ô dulcis mihi patria, ſic te
Obſcuro paterer delituiſſe loco.
Sed te ſublimi mecum ſuper aſtra volatu
Muſæ pernicis remigio eucherem:
Nec foret vlla vllo tellus ſubſidere, quæ dehinc
Vrbibus in claris te quoque non caneret.

At quàm

At quàm me ingenio tenui produxeris, & quàm
Nullus honos noſtrę, conſcia mî es, citharæ.
Vt tamen inſigni poſſis clareſcere famâ,
Et reſidem ignotâ tollere verticem humo:
Sunt alii & porro tibi erunt ſintq; ô precor! à queis
Clara tibi famæ lux micuiſſe queat.
Et iam certè aliquem video tibi ſurgere Solem:
Hunc cole & hoc iam nunc auſpice tolle caput.
En tibi Tuſcarum, genii ingeniiq; potentem
Pôtibus en doctâ nobilem ab arte virum.
Is dabit ipſa meo cum haut ſit te vt nomine iactes,
Non hæc me iactem poſtmodò vt ipſe tuo.

Ad Reineccium Reineccium.

XI.

Reineci, à puero Sophiæ quem nectare Pallas,
Ætheriâ & Cleio nutriit ambroſiâ.
Reinecci, qui magno animo, magnoq; labore
Aggrederis noſtri temporis hiſtoriam:
Quæque diu priſcis latuerunt abdita ſeclis,
Ad lucem è tenebris eruis, èque ſitu:
Guelphiadumq; Ducum repetita ab origine prima
Stemmata & auguſtæ fortia facta manus
Perpetuo condis calamo, rediuiuaque famæ
Dehinc vlla prohibes lumina nocte tegi.
Quas tibi pro tantoque animo tantoq; labore,
Nocte dieque cui peruigil immoreris:
Quas æuum hoc grates referet? quæ digna rependes
Præmia? Non meritis vlla ſat æqua tuis.
At ſatis ô habeas, nos te vnum agnoſcere ſecli
Huius, & vnanimi te canere ore oculum:
Per quem olim cernent nos noſtraque geſta minores,
Quo ſine nîl noſtri pòſt ſciat vlla dies.
Cetera quæ tibi debentur, dabis ipſe tibi ipſi,
Quo dare non quiſquam quit potiora aliis.

Nam vitâ quidnam eſt potius, quam per tua ſcripta
Das pariter terris, principibus, populis:
Queî ſimul haut etiam, ter maxima præmia, eandem
Dent tibi, qui ſcriptis es ſua vita tuis?

In Scitum Bucretii mei. Ferendo vinco.

XII.

ANcipitem tecum pugnat Sors callida pugnam,
Teq́ue ſuo quoque vult ſubiicere arbitrio.
Nil agit: obnixus tu contrà, nobile pectus
Et validas offers fortia ad arma manus,
Hæc ferit; haut tu illi cedis, ſed comminus ictus
Excipiens ſcuti tegmine membra tegis.
Quin etiam referis: ſed enim iſte imbellior ictus,
Quando aliud nil, quàm ferre, ferire tuum eſt.
Tu tamen hoc telo quantumuis fretus inerti,
Sortis acuta facul vincere tela potes.
In ſcutiq́ue tui deſcriptum margine ſcitum
Obtendis ſortis, VINCO FERENDO oculis.
Quo magis irritata illa omni robore torquet
Spicula, & vſq́ue in te vi violente ruit.
Tu nihilo perſtas minus, altæ rupis ad inſtar,
Nec fluctus quam nec flabra Borèa mouent.
Sed quónam tandem dubiæ hæc certamina pugnæ?
Et ſors victricem ſe hinc feriendo probat:
Et tu victorem te iactas inde ferendo
Bucreti: ergo vtri palma beata manet?
Palma tua eſt: nam tu dum vincere, vincis ouaſq́ue?
At Sors dum vincit vincitur & teritur.

Ad Gregorium Guntherum.

XIII.

DVlcacidus cui dictus amor, næ huic nomine verè
Dictus, & haut vlli tam benè notus amor.
En tu qui mecum vix iam, Gunthere, fidelis

Aurea

Aurea raptus eras ſub iuga amicitiæ:
Gunthere, ô melici medicique Dei incluta proles,
O ſaltem in curas mî date amice meas.
En mihi continuò ereptus, procul exigis à me,
A te æuum ipſe procul exigo nunc viduum.
Vtque mihi haut pridem tantillo tempore tecum
Eſſe, fuit dulci dulcius ambroſia:
Sic modò & ætatem dehinc à te fortè remotum
Eſſe, mihi eſt triſti triſtius helleboro.
O Superi, Superi: veſtro ſub numine ſacra
Qui regitis iuncti iura ſodalitii:
Si quæ iam puro ſeſe ardent corcula amore,
Immeritò vobis ſic cruciare lubet:
Perfidia & ficto qui fallunt pectore amicos,
Quæ meritò pœna iis, quis cruciatus erit?

Ad Ioannem Finckium.

XIV.

ET te Iane, tuæ lumen prænobile Breslæ,
Compellare rudes audeo per numeros.
Audeo. ſed quis tam audacem facit impetus, vt te
Tantum non verear ſollicitare hominem?
Cogit amor, magnis ſtimulans mea pectora flammis,
Ignoto ignotus carus vt eſſe velim.
Vnde mihi, quæris, tanti vis feruida amoris
Clauſtra ſub incenſi repſerit ima animi?
Ne quære. Aonidum quis amator, te quoque qui non
Vnà amet, Aonidum qui cluis vnus amor?
Sed me etiam vis maior agit, doctiſſime Fincki,
Nec modò me hoc vno fixit Amor iaculo.
En iſtud quantò grauius? Bucretius ille
Cuius ab vna anima ſpiro trahoque animam:
Ille tibi conſanguineo coniunctus amore,
Me rapit & parili inflammat amore tui.
Nec tu deuotum ignoti auerſabere pectus;

Quin

[redacted]
Digitized by Google

[illegible] facias.
[illegible] amabis,
[illegible]
[illegible] ipse ita totum
[illegible] ego?
[illegible] potes illam,
[illegible] voles.
[illegible]
[illegible] amor!

[illegible]
XV.

N[illegible] es vaquam,
[illegible] amor:
[illegible] pauci vt
[illegible]
[illegible] vel quod,
[illegible] sit?
[illegible]
[illegible] suo:
[illegible] habesque
[illegible] tuo.
[illegible] amore,
[illegible] meam?
[illegible] necesse est,
[illegible] ego.
[illegible] vt tu
[illegible]
[illegible] tibi notus
[illegible] tibi.
[illegible] amorem?
[illegible] animam!

[illegible]
XVI.

Nec

NEc fruſtrà tibi cor de nobiliore metallo
Effinxit ſollers Iapetionides.
Nam VVolfgange, quid in vulgo marceſcere, lenta
Et trahere in vanis otia delitiis ?
Te genioque alacri & vi mentis viuidæ ab vſque
Iis annis, aliquid quêis licitum eſt ſapere :
Natali procul à nido, procul ore parentum,
Et cognatorum dulcibus alloquiis:
Externos iuuit populos inuiſere, & orbis
Veſtigare vago peruia regna pede.
Nimirum quia te ciuem mundi eſſe ſciebas;
Quà poterat totam noſcere amor patriam.
Macte o hoc animo, iuuenum cultiſſime! tamque
Difficilis poſt tot dura pericla iteris,
Nunc iam blanda iterum ſectare vmbracula Phœbi,
Pieridum inque ſacro ſuauè quieſce ſinu.
Pellæum extollant alii iuuenem: ſpatia orbis
Pluria cui quondam perdomita eſſe canunt.
Quantum hoc, totum animo cepiſſe orbem, omniaq; or-
Secum auecta catâ mente tenere bona ? (bis

Ad Alexandrum Hake.

XVII.

NObilitas nil pænè hodiè, niſi nobile nomen:
Cetera; vix quidquam eſt nobile nobilibus.
Rari, quêis virtus potior, quàm ſtemmata multis
Vndique maiorum ſplendida imaginibus.
At tu, ſi quis in his, certè vnus es, aurea virtus
Quêis cordi & Muſarum incluta ſunt ſtudia.
Vnus in his certè es, ſanguis generoſe parentum
Nobilium, & iuuenum floſcule nobilium:
Fortis Alexandri cui ſtat de nomine nomen,
Atque animus magno par duci ineſt Macetûm.
Perge modò, vt tibi cœptum iter eſt, & confice quod iam
Curris

Quin ſpes eſt, mecum mutua vt & facias.
Aut ſi fors renues; dum adeò Bucretium amabis,
Cogére inuitus me quoque amare ſimul.
Nam qui illum ſine me tibi amare ſit, ipſe ita totum
Quem induit, vt totus vſque ſit ipſius ego?
Sed minimè renues, vtque odiſſe haut potes illum,
Me quoque nec poteris, non nec amare voles.
O BucretI vno qui ſunt in pectore iuncti
Tam benè, & vnus eos quàm benè iunget amor!

Ad Ioannem ab Hæckelshouen.
XV.

NOn tibi viſus ego, non tu mihi viſus es vnquam,
Iane, nouenarum maxime Virginum amor:
Et tamen inuiſum ipſe ego te ſic diligo, pauci vt
Præcipua intimi amant membra ſodalitii.
Quéi fieri hoc pote ſit, Iane ô cariſſime? vel quêi,
Sic vt amem, potius non fieri pote ſit?
Te meus alter ego Bucretius ardet habetque
Corde tuo penitus corque animumque ſuo:
Tu parili tuum amore ardes Bucretium, habeſque
Corde illius item cor animumque tuo.
Hinc quêi etiam ipſe tui non flagrem totus amore,
Totum ſi volo Bucretium amare meum?
Tu quoque ames me BucretI tui amore neceſſe eſt,
BucretI cùm habitem pectore totus ego.
Quia illius vti ſum ſic tuus: illius vt tu
Contra iure eôdem cogeris eſſe meus.
Annuis? an qui ſim quæris prius? há, tibi notus
Sum nimium, notus ſi ſatis ille tibi.
Annuis. ô Dii, quem ſimilem huic vidiſtis amorem?
Ecce vnam ſpirant corcula trina animam!

Ad Wolfgangum Zeileiſen.
XVI.

Nec

NEc fruſtrà tibi cor de nobiliore metallo
Effinxit ſollers Iapetionides.
Nam VVolfgange, quid in vulgo marceſcere, lenta
Et trahere in vanis otia delitiis?
Te genioque alacri & vi mentis viuidæ ab vſque
Iis annis, aliquid queis licitum eſt ſapere:
Natali procul à nido, procul ore parentum,
Et cognatorum dulcibus alloquiis:
Externos iuuit populos inuiſere, & orbis
Veſtigare vago peruia regna pede.
Nimirum quia te ciuem mundi eſſe ſciebas;
Quà pote, erat totam noſcere amor patriam.
Macte o hoc animo, iuuenum cultiſſime! tamque
Difficilis poſt tot dura pericla iteris,
Nunc iam blanda iterum ſectare vmbracula Phœbi,
Pieridum inque ſacro ſuauè quieſce ſinu.
Pellæum extollant alii iuuenem: ſpatia orbis
Pluria cui quondam perdomita eſſe canunt.
Quantum hoc, totum animo cepiſſe orbem, omniaq; or-
Secum aucta catâ mente tenere bona? (bis

Ad Alexandrum Hake.

XVII.

NObilitas nil pænè hodiè, niſi nobile nomen:
Cetera; vix quidquam eſt nobile nobilibus.
Rari, queis virtus potior, quàm ſtemmata multis
Vndique maiorum ſplendida imaginibus.
At tu, ſi quis in his, certè vnus es, aurea virtus
Queis cordi & Muſarum incluta ſunt ſtudia.
Vnus in his certè es, ſanguis generoſe parentum
Nobilium, & iuuenum floſcule nobilium:
Fortis Alexandri cui ſtat de nomine nomen,
Atque animus magno par duci ineſt Macetûm.
Perge modò, vt tibi cœptum iter eſt, & confice quod iam
Curris

Quin ſpes eſt, mecum mutua vt & facias.
Aut ſi fors renues; dum adeò Bucretium amabis,
Cogére inuitus me quoque amare ſimul.
Nam qui illum ſine me tibi amare ſit, ipſe ita totum
Quem induit, vt totus vſque ſit ipſius ego?
Sed minimè renues, vtque odiſſe haut potes illum,
Me quoque nec poteris, non nec amare voles.
O Bucreti vno qui ſunt in pectore iuncti
Tam benè, & vnus eos quàm benè iunget amor!

Ad Ioannem ab Hæckelshouen.
XV.

Non tibi viſus ego, non tu mihi viſus es vnquam,
Iane, nouenarum maxime Virginum amor:
Et tamen inuiſum ipſe ego te ſic diligo, pauci vt
Præcipua intimi amant membra ſodalitii.
Quéi fieri hoc pote ſit, Iane ô cariſſime? vel quéi,
Sic vt amem, potius non fieri pote ſit?
Te meus alter ego Bucretius ardet habetque
Corde tuo penitus corque animumque ſuo:
Tu parili tuum amore ardes Bucretium, habeſque
Corde illius item cor animumque tuo.
Hinc quêi etiam ipſe tui non flagrem totus amore,
Totum ſi volo Bucretium amare meum?
Tu quoque ames me Bucreti tui amore neceſſe eſt,
Bucreti cùm habitem pectore totus ego.
Quin illius vti ſum ſic tuus: illius vt tu
Contra iure eôdem cogeris eſſe meus.
Annuis? an qui ſim quæris prius? há, tibi notus
Sum nimium, notus ſi ſatis ille tibi.
Annuis. ô Dii, quem ſimilem huic vidiſtis amorem?
Ecce vnam ſpirant corcula trina animam!

Ad Wolfgangum Zeileiſen.
XVI.

Nec

NEc fruſtrà tibi cor de nobiliore metallo
Effinxit ſollers Iapetionides.
Nam VVolfgange, quid in vulgo marceſcere, lenta
Et trahere in vanis otia delitiis?
Te genioque alacri & vi mentis viuidæ ab vſque
Iis annis, aliquid quêis licitum eſt ſapere:
Natali procul à nido, procul ore parentum,
Et cognatorum dulcibus alloquiis:
Externos iuuit populos inuiſere, & orbis
Veſtigare vago peruia regna pede.
Nimirum quia te ciuem mundi eſſe ſciebas;
Quà pote, erat totam noſcere amor patriam.
Macte o hoc animo, iuuenum cultiſſime! tamque
Difficilis poſt tot dura pericla iteris,
Nunc iam blanda iterum ſectare vmbracula Phœbi,
Pieridum inque ſacro ſuauè quieſce ſinu.
Pellæum extollant alii iuuenem: ſpatia orbis
Pluria cui quondam perdomita eſſe canunt.
Quantum hoc, totum animo cepiſſe orbem, omniaq; or-
Secum auecta catâ mente tenere bona? (bis

Ad Alexandrum Hake.

XVII.

NObilitas nil pænè hodiè, niſi nobile nomen:
Cetera; vix quidquam eſt nobile nobilibus.
Rari, quêis virtus potior, quàm ſtemmata multis
Vndique maiorum ſplendida imaginibus.
At tu, ſi quis in his, certè vnus es, aurea virtus
Quêis cordi & Muſarum incluta ſunt ſtudia.
Vnus in his certè es, ſanguis generoſe parentum
Nobilium, & iuuenum floſcule nobilium:
Fortis Alexandri cui ſtat de nomine nomen,
Atque animus magno par duci ineſt Macetûm.
Perge modò, vt tibi cœptum iter eſt, & confice quod iam

Curris

Quin ſpes eſt, mecum mutua vt & facias.
Aut ſi fors renues; dum adeò Bucretium amabis,
Cogére inuitus me quoque amare ſimul.
Nam qui illum ſine me tibi amare ſit, ipſe ita totum
Quem induit, vt totus vſque ſit ipſius ego?
Sed minimè renues, vtque odiſſe haut potes illum,
Me quoque nec poteris, non nec amare voles.
O Bucretī vno qui ſunt in pectore iuncti
Tam benè, & vnus eos quàm benè iunget amor!

Ad Ioannem ab Hæckelshouen.
XV.

NOn tibi viſus ego, non tu mihi viſus es vnquam,
Iane, nouenarum maxime Virginum amor:
Et tamen inuiſum ipſe ego te ſic diligo, pauci vt
Præcipua intimi amant membra ſodalitii.
Quéi fieri hoc poteſit, Iane ô cariſſime? vel quêi,
Sic vt amem, potius non fieri poteſit?
Te meus alter ego Bucretius ardet habetque
Corde tuo penitus corque animumque ſuo:
Tu parili tuum amore ardes Bucretium, habeſque
Corde illius item cor animumque tuo.
Hinc quêi etiam ipſe tui non flagrem totus amore,
Totum ſi volo Bucretium amare meum?
Tu quoque ames me Bucretī tui amore neceſſe eſt,
Bucretī cùm habitem pectore totus ego.
Quin illius vti ſum ſic tuus: illius vt tu
Contra iure eôdem cogeris eſſe meus.
Annuis? an qui ſim quæris prius? há, tibi notus
Sum nimium, notus ſi ſatis ille tibi.
Annuis. ô Dii, quem ſimilem huic vidiſtis amorem?
Ecce vnam ſpirant corcula trina animam!

Ad Wolfgangum Zeileiſen.
XVI.

Nec

NEc fruſtrà tibi cor de nobiliore metallo
Effinxit ſollers Iapetionides.
Nam VVolfgange, quid in vulgo marceſcere, lenta
Et trahere in vanis otia delitiis?
Te genioque alacri & vi mentis viuidæ ab vſque
Iis annis, aliquid queîs licitum eſt ſapere:
Natali procul à nido, procul ore parentum,
Et cognatorum dulcibus alloquiis:
Externos iuuit populos inuiſere, & orbis
Veſtigare vago peruia regna pede.
Nimirum quia te ciuem mundi eſſe ſciebas;
Quà poterat totam noſcere amor patriam.
Macte o hoc animo, iuuenum cultiſſime! tamque
Difficilis poſt tot dura pericla iteris,
Nunc iam blanda iterum ſectare vmbracula Phœbi,
Pieridum inque ſacro ſuauè quieſce ſinu.
Pellæum extollant alii iuuenem: ſpatia orbis
Pluria cui quondam perdomita eſſe canunt.
Quantum hoc, totum animo cepiſſe orbem, omniaq́; or-
Secum auecta catâ mente tenere bona? (bis

Ad Alexandrum Hake.

XVII.

NObilitas nil pænè hodiè, niſi nobile nomen:
Cetera; vix quidquam eſt nobile nobilibus.
Rari, queîs virtus potior, quàm ſtemmata multis
Vndique maiorum ſplendida imaginibus.
At tu, ſi quis in his, certè vnus es, aurea virtus
Queîs cordi & Muſarum incluta ſunt ſtudia.
Vnus in his certè es, ſanguis generoſe parentum
Nobilium, & iuuenum floſcule nobilium:
Fortis Alexandri cui ſtat de nomine nomen,
Atque animus magno par duci ineſt Macetûm.
Perge modò, vt tibi cœptum iter eſt, & confice quod iam
Curris

Nam vitâ quidnam eſt potius, quam per tua ſcripta
Das pariter terris, principibus, populis:
Queî ſimul haut etiam, ter maxima præmia, eandem
Dent tibi, qui ſcriptis es ſua vita tuis?

In Scitum Bucretii mei. Ferendo vinco.

XII.

ANcipitem tecum pugnat Sors callida pugnam,
Teque ſuo quoque vult ſubiicere arbitrio.
Nil agit: obnixus tu contrà, nobile pectus
Et validas offers fortia ad arma manus,
Hæc ferit; haut tu illi cedis, ſed comminus ictus
Excipiens ſcuti tegmine membra tegis.
Quin etiam referis: ſed enim iſte imbellior ictus,
Quando aliud nil, quàm ferre, ferire tuum eſt.
Tu tamen hoc telo quantumuis fretus inerti,
Sortis acuta facul vincere tela potes.
In ſcutique tui deſcriptum margine ſcitum
Obtendis ſortis, VINCO FERENDO oculis.
Quo magis irritata illa omni robore torquet
Spicula, & vſque in te vi violente ruit.
Tu nihilo perſtas minus, altæ rupis ad inſtar,
Nec fluctus quam nec flabra Borêa mouent.
Sed quónam tandem dubiæ hæc certamina pugnæ?
Et ſors victricem ſe hinc feriendo probat:
Et tu victorem te iactas inde ferendo
Bucreti: ergo vtri palma beata manet?
Palma tua eſt: nam tu dum vincere, vincis ouaſque?
At Sors dum vincit vincitur & teritur.

Ad Gregorium Guntherum.

XIII.

DVlcacidus cui dictus amor, næ huic nomine vero
Dictus, & haut vlli tam benè notus amor.
En tu qui mecum vix iam, Gunthere, fidelis

Aurea

Aurea raptus eras ſub iuga amicitiæ:
Gunthere, ô melici medicique Dei incluta proles,
O ſaltem in curas mî date amice meas.
En mihi continuò ereptus, procul exigis à me,
A te æuum ipſe procul exigo nunc viduum.
Vtq́ue mihi haut pridem tantillo tempore tecum
Eſſe, fuit dulci dulcius ambroſia:
Sic modò & ætatem dehinc à te fortè remotum
Eſſe, mihi eſt triſti triſtius helleboro.
O Superi, Superi: veſtro ſub numine ſacra
Qui regitis iuncti iura ſodalitii:
Si quæ iam puro ſeſe ardent corcula amore,
Immeritò vobis ſic cruciare lubet:
Perfidia & ficto qui fallunt pectore amicos,
Quæ meritò pœna iis, quis cruciatus erit?

Ad Ioannem Finckium.
XIV.

ET te Iane, tuæ lumen prænobile Breslæ,
Compellare rudes audeo per numeros.
Audeo. ſed quis tam audacem facit impetus, vt te
Tantum non verear ſollicitare hominem?
Cogit amor, magnis ſtimulans mea pectora flammis,
Ignoto ignotus carus vt eſſe velim.
Vnde mihi, quæris, tanti vis feruida amoris
Clauſtra ſub incenſi repſerit ima animi?
Ne quære. Aonidum quis amator, te quoque qui non
Vnà amet, Aonidum qui cluis vnus amor?
Sed me etiam vis maior agit, doctiſſime Finckì,
Nec modò me hoc vno fixit Amor iaculo.
En iſtud quantò grauius? Bucretius ille
Cuius ab vna anima ſpiro trahóque animam:
Ille tibi conſanguineo coniunctus amore,
Me rapit & parili inflammat amore tui.
Nec tu deuotum ignoti auerſabere pectus;

Quin-

[redacted]

Digitized by Google

Quin ſpes eſt, mecum mutua vt & facias.
Aut ſi fors renues; dum adeò Bucretium amabis,
Cogére inuitus me quoque amare ſimul.
Nam qui illum ſine me tibi amare ſit, ipſe ita totum
Quem induit, vt totus vſque ſit ipſius ego?
Sed minimè renues, vtque odiſſe haut potes illum,
Me quoque nec poteris, non nec amare voles.
O Bucreti vno qui ſunt in pectore iuncti
Tam benè, & vnus eos quàm benè iunget amor!

Ad Ioannem ab Hæckelshouen.
XV.

NOn tibi viſus ego, non tu mihi viſus es vnquam,
Iane, nouenarum maxime Virginum amor:
Et tamen inuiſum ipſe ego te ſic diligo, pauci vt
Præcipua intimi amant membra ſodalitii.
Quêi fieri hoc poteſit, Iane ô cariſſime? vel quêi,
Sic vt amem, potius non fieri poteſit?
Te mꝫus alter ego Bucretius ardet habetque
Corde tuo penitus corque animumque ſuo:
Tu parili tuum amore ardes Bucretium, habeſque
Corde illius item cor animumque tuo.
Hinc quêi etiam ipſe tui non flagrem totus amore,
Totum ſi volo Bucretium amare meum?
Tu quoque ames me Bucreti tui amore neceſſe eſt,
Bucreti cùm habitem pectore totus ego.
Quin illius vti ſum ſic tuus: illius vt tu
Contra iure eôdem cogeris eſſe meus.
Annuis? an qui ſim quæris prius? há, tibi notus
Sum nimium, notus ſi ſatis ille tibi.
Annuis. ô Dii, quem ſimilem huic vidiſtis amorem?
Ecce vnam ſpirant corcula trina animam!

Ad Wolfgangum Zeileiſen.
XVI.

Nec

NEc fruſtrà tibi cor de nobiliore metallo
Effinxit ſollers Iapetionides.
Nam VVolfgange, quid in vulgo marceſcere, lenta
Et trahere in vanis otia delitiis?
Te genioq́ue alacri & vi mentis viuidæ ab vſque
Iis annis, aliquid quêis licitum eſt ſapere:
Natali procul à nido, procul ore parentum,
Et cognatorum dulcibus alloquiis:
Externos iuuit populos inuiſere, & orbis
Veſtigare vago peruia regna pede.
Nimirum quia te ciuem mundi eſſe ſciebas;
Quà pote, erat totam noſcere amor patriam.
Macte o hoc animo, iuuenum cultiſſime! tamq́ue
Difficilis poſt tot dura pericla iteris,
Nunc iam blanda iterum ſectare vmbracula Phœbi,
Pieridum inq́ue ſacro ſuauè quieſce ſinu.
Pellæum extollant alii iuuenem: ſpatia orbis
Pluria cui quondam perdomita eſſe canunt.
Quantum hoc, totum animo cepiſſe orbem, omniaq́; or-
Secum auecta catâ mente tenere bona? (bis

Ad Alexandrum Hake.

XVII.

NObilitas nil pænè hodiè, niſi nobile nomen:
Cetera; vix quidquam eſt nobile nobilibus.
Rari. quêis virtus potior, quàm ſtemmata multis
Vndique maiorum ſplendida imaginibus.
At tu, ſi quis in his, certè vnus es, aurea virtus
Quêis cordi & Muſarum incluta ſunt ſtudia.
Vnus in his certè es, ſanguis generoſe parentum
Nobilium, & iuuenum floſcule nobilium:
Fortis Alexandri cui ſtat de nomine nomen,
Atque animus magno par duci ineſt Macetûm.
Perge modò, vt tibi cœptum iter eſt, & conſice quod iam
Curris

Curris inoffenſi calce pedis ſtadium.
Certa manet te palma, laboris & ardua merces,
Quo ſua diuendunt Dii precioſa bona.
Auguror, augurioque fides non vana: Deorum
Sit modò vita tibi munere, talis eris:
Per quem nobilitas virtutis luceat, à quo
Fulgidus Aonidum nobilitetur honos.
A quo nobilitas ſit nobilium ipſa virorum.
Seſe ipſa atque ipſo nomine nobilior.
Immò vnus triplici tu nobilitate decorus,
Vnicus omnis eris nobilitatis apex.

In Album Cornelii Martini.
XVIII.

QVi tibi pridem omnemque animum, mentemque animi omnem
Adſtrictam fidei vinclo adamantino habes:
Cui me ſacraui totum, quem pectore toto
Perpetuumque colo, & perpetuum veneror:
Nunc demum, Corneli, amor ô meus vnice, & idem
Omniũ amor Superũ atq; idem hominũ omniũ amor.
Idem hominum omnium amor, quorum eſt amor inclu-ta virtus,
Quorum amor eſt Phœbus, quorum amor Aonides:
Nunc demum ſinceri animi, mentiſque fidelis
Syngrapham, & artæ teſtamen amicitiæ
Me poſcis: ſimitùque iubes mea nomina amicûm
Candidulo profiteri heicce tuum in numero.
Poſcis me, & vulgi poſcis de more, iubeſque;
Cui vt libeat morem aut queî liceat gerere?
Vt libeat? quando ipſe tuo me corde recepſti,
Incluſum & fibris in penitis retines.
Dum effigies mea ſculpta tuis ſedet vſque medullis,
Tu ſculpi infirmis me cupis in tabulis?
Non æquum eſt: ego quod teneo, non muto: latébris
Tutius

Tutius his lateo, quàm tabulis pateo.
Sed vellem tamen, vt velles, dum mi amplius inſtas:
Quei verò hoc liceat temporis articulo?
Vt te dignũ aliquid tibi ſcribã, & quod meo amori
Par ſit, opus magno eſt ingenio & genio.
Nunc neq; mi ingeniũ, genius neq; mi vllus adeſt nunc,
Nec Clarii vlla DEI aura intrat inertem animum.
Longè abſunt Muſæ illæ, & abeſt longè illa, beato
Quæ me olim fouit triga ſinu Charitum.
Neſcio quid tamen, ecce, repentè mi amabile in aurem
Lætior ore tenello ipſe ſuſurrat Amor.
Sanctus Amor, ſanctique & præſtes & auctor amoris,
Cui genitrix virtus, Mercurius genitor.
Quo duce iam libet & tanto licet auſpice, munus
Soluere, quod tanto à me exigitur ſtudio.
Ergo mei oris vti ſimulacra perennia perſtant
Affabrè ſub corde effigiata tuo:
Sic etiam ſimulacra ſui, manus æmula ritè
Contrà auro his caris exprimat in tabuliſque
Vtque animus tibi deuotus, tibi dedita mens eſt
Corque meum immortali vt fidei igne flagrat:
Sic quæ dextra fidem ſacro tibi fœdere iunxit,
Dextra eadem fidei det monumenta meæ.
Stetque inter reliquas, reliquis ſpecienda ab amicis,
Quos tibi parque fides parque animus ſociat.
Par animuſq; fideſq;: aut me vnum animuſq; fideſq; hôc
Maior, quò ante alios me magis vnicum amas.

Ad Ianum Volſcouium.

XIX.

BArbaram amare ecquis poteſit, niſi barbarus ipſus?
Barbaro & ipſa ipſi barbara virgo viro
Iuncta, ecquæ generet niſi barbara pignora, tota
Plena noua fiat barbarie vnde domus?
Barbaram amas tu, Iane, tamen, nec barbarus audis,
Nec quo-

Nec quoque vel mores barbarus aut animum es.
At quia Barbaram amas, ſi hinc barbarus eſq; mereſque
Dicier; ô quis non barbarus eſt iuuenum
Omnigenûm? quando nemo eſt tam barbarus, vt non
Barbaram amet. lectoque optet habere ſuo.
Sed tua dici etiam haut pote Barbara barbara, nec vel
Tantillum corde aut corpore barbari habet.
Ipſe vides. quiſq. haut videt & ſimul inuidet? há, quid?
Barbara ſi tua ſit barbara, barbara erit
Cuncta puellarum turba, atque etiam Venus ipſa;
Ipſa Venus quæ quod pulcrum & amœnum habuit,
Huic dedit omne & quâ potuit curâ vſque ita compſit
Vnicam, vt vſquam alibi haut ſit reperire aliam,
Quæ ſit compta, hæc ni ſit vel comptiſſima, & inter
Virgineos diuino oris honore greges
Sic ſola eniteat, velut enitet ipſa Dione
Cœleſtes inter ſola venuſta Deas.
Ergo quid è vobis ſtatuam niſi bella venuſta
Pignora, tam culto poſſe geni thalamo?
Quales candiduli Veneris pupi, ille Cupido,
Hic Amor, & reliquum examen heræ Cypriæ.
O felix & Barbara, & ô tu Barbaræ amator!
Felix ô nata hinc poſt noua Barbaries!

Ad Martinum Braſchium.

XX.

QVes tibi dem numeros, Braſchi optime? quos queo
Quos cupio, nequeo. quos tibi dē numeros? (nolo
Hæreo. quod nequeo, cupio: quod non volo, poſſum.
Ergo quos nolim quos cupiam numeros?
Hæreq. ſed quos tu cupis, an queo? quos queo, non vis?
An quos vis, nolim? quos volo, non cupias?
Certè horum vnum aliquod certum. ſed fare quod horū
Certum, quod certum ſit mihi ſitque tibi.
Quod volo ego, ipſe cupis: quod poſſum ego, debeo velle.
Nonne

Nónne ergo poſſim quos cupio numeros?
Quos poſſum, haut cupiam? Nonne ergo quos ego poſſũ,
Tu cupias? nolis, quos nequeo numeros?
En cape, quos poſſum dare, quos volo, quos dare me vis:
Teſtes ſinceræ & pignora amicitiæ.
Doctos non poſſum, nec tu cupis: heic vbi docti haut
Carmen, ſed veri quæris amici hominis.
Huncque ego dono tibi tali cum carmine talem,
Quale cupis carmen: qualem hominemque cupis.
Tu cape vtrumque ſimul: ſimul & mihi te ipſe viciſſim
Mancupio dede, vt dedo me ego ipſe tibi.

In Album Laurentii VVolffii.
XXI.

EXemplum parilis ſi quiſquam quærit amoris,
Ne iam vltrà antiquis quærat ab hiſtoriis.
Non ad Dardanium Hyrtaciden eat Euryalumque,
Non ad Pirythoum, Theſeaque Argolicum:
Non ad Damonem aut alios quos fama ſacrauit
Perpetuæ nomen perpetuum fidei.
Sint ſua, ſint priſcis exempla: En noſtra tibi ætas
Protulit omnigena clarius hiſtoria.
Ecce duos iuuenes æquales corpore & annis,
Moribus æquales ecce duos iuuenes.
Ecce duos iuuenes ſtudiis atque artibus iiſdem,
Vita eademque pares ecce duos iuuenes.
Ecce duos iuuenes animo vno & pectore iunctos,
Imò animâ vnâ vnos ecce duos iuuenes.
Ecce. ſed vlterius quid dicam? an nomina dicam?
Nomina verum ad quid dici vtriuſque iuuet?
Qui ſcit VVolffiaden ſcit Acidalium ſimul ipſum:
Qui ſcit Acidalium, ſcit quoque VVolffiaden.
Nam haut aliter pote cum ſit VVolffius vſq; & vbique
In ſuo Acidalio, in VVolffio Acidalius.
Immò cum ipſus Acidalius ſit VVolffius ipſe,

VVolffius ipſe & ſit cùm ipſus Acidalius.
Dehinc ergo exemplum parilis qui quærit amoris,
An iam vltra antiquis quærat ab hiſtoriis?

Paullo Meliſſo.

XXII.

VT primùm arrectas tetigit mihi nuntius aures
De Sponſa ÆMYLIA, Sponſe MELISSE, tua:
Illa ſimul mentem tetigit mihi Vinea de qua
Fertur Euangelica mentio in hiſtoria.
In quam conducti ſeu primo lucis in ortu,
Seu medio, ſero deniq; ſiue die:
Vnam omnes tamen à domino retulére laboris
Mercedem: imparibus gratia parq; fuit.
Eſt eadem vitæ ratio mihi viſa iugalis,
Et quaſi diuerſi formula coniugii.
Seu quis enim huic primis dedat ſe protinus annis,
Maturæ ætatis ſeu medio in ſtadio,
Seu declinantis ſpatio iam ſeriùs æui:
Æqua manent cunctos præmia, quémque ſua.
Quos igitur properè vitæ iuuenilibus annis
Dat fructus aliis coniugialis amor:
Hos tibi vel ſerò dat amor tuus, vtq; det, opto,
Illum orans, quo dat dante, dabitq;, Deum.
Hic faciat dicas, MEA SERA ET SOLA VOLVPTAS:
Beniamin inq; nouo ſis vetus ille Iacob.
Illud & experiare, è Græco vate quod olim
Romuleo vertit Muſa Latina ſono:
Sera & tarda nimis, ſed fama & laude perenni.
Tu viue Æmyliæ, viuat & illa tibi.
Hæc tuus ex toto tibi corde MONAVIVS optat,
Ille tibi veteri iunctus amicitia.
Vt rata ſint eadem, clementi numine porrò
Is faciat, de quo verè ita verſus ait:
Munera propitia manibus veniens ia Diuûm,
Compenſant grata commoditate moram.

ODÆ

Ad Danielem Rindfleiſch Bucretium meum, Parodia Amœbea.

ex Horat. Od. 9. lib. 3.

Ac. DOnec iunctus ero tibi,
Nec quemquam potius mens tua fœdere
Maiori iuuenem colet;
Diuorum videor ſorte beatior.
Bu. Donec non alium magis
Ardebis, neq; erit viuere ſic graue,
Iuncti ceu modò viuimus;
Ipſo mî videor proſperior Ioue.
Ac. Me pol certa fides ligat
Cũctos firma dies & ſtabilis manẽs:
Pro te nunc renuam mori,
Vt parcant animæ fata ſuperſtiti.
Bu. Me torret quoq; mutuis
Sinceræ Veneris filius ignibus:
Pro te bis cupiam mori
Vt parcant capiti fata ſuperſtitĩ.
Ac. O ſic dia velit Fides!
Coniunctoſq; iugo ſeruet aheneo,
Vt noſtra obſtupeant fide,
Par fratrumq; canant nobile poſterĩ.
Bu. Iam iam cetera vilior
Turba eſt: tu potior ſolus, & arduo
Mî nunquam minor agmine.
Tecum viuere amo, tecum obeam lubens.

In Funus Iacobi Curtl.

QVicunq; ſpectant, quiq; vel audiunt
Tam ſortem acerbam, tam miſerabilẽ,
Imas dolentes ad medullas
In lacrumas pariter liqueſcunt.

Et nunc miſerti nauicoli gregis
Lugent relictos in medio freto,
Tantiſque damnatam periclis
Cum gemitu adſpiciunt carinā.
Nunc te peremtum reſpiciunt malè,
Te, magne Curti, ſic malè perditum
Planctu ſonore perſtrepentes
Triſtibus ingeminant querelis.
Te, magne Curti: maximus arbiter
Rudolphus orbis Romulei & caput
Quem puppis Auguſtæ magiſtrum
Fecerat imperiiſque clauum
A ſe ſecundo tradiderat loco,
Dextræq; fiſus conſilio & tuo
Tecum per vndas æſtuoſi
Æquoris impauidus regebat
Nauim receptis tot populis grauem,
Fœtam virûm vi prævalida: hei tuæ
Vi mortis, infractâ nimis vi
Et properi interitus dolorę.
Qualem magiſtrum veliuolæ ratis,
Quem nauticæ artis gnaua peritia,
Rectricis & prudentiæ vis
Conſiliis animoſa cautis,
Vſúſque multi ritè fide datâ
Induſtrioſæ exercita dexteræ
Admouit ad claui gubernal,
Et ſtatuit ſibi vaſta puppis
Magni per vndas Oceani Ducem;
Illamque ſeſe, illi ſibi creditos
Credens ſuos enauigare
Cuncta pericla pericla ſpectat.
Si cœcus olim iam in medio æquore
Vnde vnde fatorum impetus irruens
Fixumq; inhærentemq; clauo

Abripiat

Abripiat violente tractu:
Et verticoſæ merſet adobrutum
Lethes profundo non ſatiabili:
Orbata non tantúm carina,
Nec modò cetera turba nudæ
Vectrix carinæ, incerta viæ, ſui
Incerta, certi certa periculi,
Ipſumq́; ademptum, ah deſtitutam
Séq; ſimul, ſimul vſq; luget.
Sed luget in partem ipſe etiam exterus,
Cui ſcire tales cunq; datur vices,
Totuſq; in alternum dolorem
Soluitur ex vtriuſq; ſorte.
Et nunc gubernatorem adeò inclutum
Sic perditum cit flebilibus modis:
Præconio digno inq; dignum
Exitium lacrumans honeſtat.
Nunc nauem & ipſam nauis & incolas
Suſpirioſis fletibus ingemens
Deplorat, importuna damna
Pectore commiſeratus imo.
Sic, Magne Curti, te tua non modò
Priuata te Germania nunc duce
Quem vis ſibi improuiſa fati
Præcipiti eripuit procellâ.
Hei nauigans non ſidere proſpero
Germania & Germanica quod ratis
Germanicorum alueô capace
Cumq; vehit populorũ, in alto
Iam deſtituti prætumidi maris,
Deflent ademtum, te ſibi, te ſibi
Deflent ademtum, te fluore
Perpetuo lacrumarũ inundant.
Te te, ſed incerti mage téne, tén',
An ſé mage ipſos, ſe miſeros mage

Ipſos fleant, ipſos fluore
Perpetuo lacrumarũ inundent.
Vtroſq; deflent, te ſimul atq; ſe,
Vtroſq; inundant, te ſimul atq; ſe,
Vtroſq; flent, vtroſq; inundant
Te ſimul, ah miſeri, ſimul ſe.
Sed præter ipſos flent pariter quoque
Illi, ratis quos non eadem vehit,
Nec caſus idem tangit iſte,
Angit idem tamen hoc periclũ.
Franguntur omnes Cæſare cum ſuo,
Cui parcere vni fata nefaria.
Damnis & humanis ſuperſtantem
Altius haut tetigiſſe erat fas.
In Curtio ergo Cæſare cum ſuo
Mors læſit omnes. quis querimoniis
Finem iubebit, quis dolori,
Præcipiatq; modum vel iræ?
Iræ & dolori & ſit querimoniis
Finis tamen iam, ſit modus. vuida
Siccemus à longo ora fletu,
Atque animis redeat ſerenum.
Eſt vnde vulnus tam coëat patens:
Nec Dii medelam ſollicitis negant.
Dudumque circumſpectat acer,
Acer & in medio dolore
Cæſar ſalutem tum ſibi tum ſuis
Dextram, requirens Curtiadem nouum,
Iactura quò penſetur iſtæc
Cunctaq; damna reſartiantur.
Nec longè abeſt, cùm par veteri nouus
Quæſitus altâ indagine pectoris,
Monſtrantibus Diis eruetur
Auſpicioque bono repertus
Succeſſor illa ſede locabitur,

Quam

Quam Parca deſolauerat inuida
Nequicquam: & imp'ebit prioris
Munia peruigili labore,
Et tam ſagaci mentis acumine,
Fidiq́ue cura perpete conſili,
Ne Curtius deſideretur,
Aut periiſſe putetur orbi.
Sic ô ſit! & iam ſic erit. Haud tamen
Obliuioſi nube ſilentii
Ille ille noſter, noſter ille
Curtius inuolüetur vnquam.
Ingratus orbis non adeò vſque erit,
Vt Curtii non ſe memorem ſui
Præſtet, nec erepti ſuperſtes
Heic ſtudeat retinere nomen.
Nomen ſuperba nobile gloria
Viuentis haut ignobile mortui
Paſſurus: inuito vel ipſi
Quod memori celebrandum honore.
Tàm multa nam veſtigia cùm ſui,
Tàm magna nam veſtigia cùm ſui
Impreſſit heic, impreſſit illic
Per ſpatium Imperii vſq;quaq;
Factiſq́ue dictiſq́ue omnimodis benè
Semper merendo: ah illius illius
Tandem modo quo, ſi velit quo,
Dememiniſſe valebit vnquam?
Non ſi allaboret, Curtia nomina
Delebit in ſe: nec cupiat licet
Quibit negare: & ſi tacebit
Ipſa tamen merita eloquentur.
Prodentq́; ſeſe, ſi teget impius,
Illumq́ue clara voce redarguent,
Et voce clara hinc inde cogent
Perpetuas reſonare laudes.

O Curtium ! ô Sors quæ noua Curtii!
Cui perpes Orbi, dum manet Orbis hic,
Ipſo orbe & inuito, manebit
Fama decuſque perenni clarum.
Qualis per orbem, qualis erit mihi
Diis inuidendo nomine Curtius,
Orbe & volente & ſic amante,
Tamque pio ſtudio fouente ?
O vita & ô mors incluta Curtii !
Vitâ ſed ô mors ter magis incluta !
Quis viuere optet. ſic, mori ſic ?
Viuite ſic & erit mori ſic.

Ad Iuſtum Lipſium.

QVem tu; Lipſiade, ſemel
Scriptorum Critico pollice finxeris:
Illum non ſtylus acrior
Compunget reprobum, non ſitus indecor:
Blattis mittet edacibus
Prædandum, neque nox inuida triſtibus
Turpatum tenebris caput,
Cùm mortis tetricas exierit manus,
Subducet Clario gregi;
Sed quæ culta nouum pagina iam nitet,
Et doctæ comites Notæ,
Reddent perpetuo tempore viuidum.
Phœbi principis artium
Dignamur ſoboles inter Hyantios
Primum ponere te choros,
Et iam dente minus roderis inuido.
O caliginis horridæ
Priſcas qui nebulas, Sol noue diſcutis:
O altis quoque noctibus
Immiſſura diei, ſi lubeat, iubar:
Totum muneris hoc tui eſt,

Quod

Quod clarent oculo ritè legentium
Romanæ Sophiæ libri:
Quod diſcam,& didici,quod didici tuum eſt.

Ad Io. Mat. VVackerum Parodia ad Odam Horat. x. Epod.

BOnâ iuganda SPONSA prodit alite,
Petens amantem VVACKERVM.
Ne plumbeis imbelle verberes latus,
Auſter caueto, flatibus.
Sudos madores Aquilo, deterſo polo,
Atraſque nubes differat.
Adſpiret Eurus, qualis altis vallibus
Motat virentes floſculos.
Et Phœbus auctâ luce amicum arrideat,
Qua lætus Erigonen ſubit.
Iniquiore nec fruatur æthere,
Quam Paphia Diuarum manus:
Cum Cypris antrum fecit iter ad Ilium
In abditum Anchiſæ torum.
O quantus inſtat VVackero ſudor tuo,
Tibique feruor flammeus,
Et illa virginalis eiulatio,
Preces & Idaliam ad Deam:
Nauifragus imo cùm prææſtuans ſinus
Vado carinam ſoluerit.
Amica quod ſi fata dulci pignore
Feſtina matrem fecerint;
Perenni clara conſecrabitur dies.
Hæc feſta Diis iugalibus.

Parodia, Eic Ευθανασίαν.

QVem tu, MORS, pia MORS, ſemel
E vitâ placido fine vocaueris:
Illum non timor amplius

Turbabit trepidum, ne ſtygius Charon
Cymbâ ducat Auernicâ
Vectorem, neq; gens infera ſontibus
Damnatum maculis reum,
Quod vitæ reprobas inſtiterit vias,
Vexabit cruciatibus.
Sed quâ læta ſacer gramina fons rigat,
Cœleſtes Genium manus
Ducent Elyſio tramite ſoſpitem.
Iouæ Principis omnium
Non ſpernet ſoboles inter amabiles
Cœli ponere me choro:
Et iam corde magis ſubleuor entheo.
O menti benè conſciæ
Dulcem quæ reditũ MORS pia cõficis:
O ipſis quoque perditis
Allatura obitum, his ſi libeat, pium!
Totum muneris hoc tui eſt,
Si tollar gregibus depereuntium
Saluandi ſocius gregis:
Si ſanctè moriar, cùm moriar, tuum eſt.

In Obitum Chriſtiani, Iacobi Fil. Monauii. Defunctus ipſe loquitur.

SOl vitæ genitórque lucis, ipſe
Lux mera, & mera vita, lucis à ſe
Et vitæ dederat mihi nitorem:
Et ſparſum radiis ſuis, nouam me
Gentis nomine Lunulam vetuſtæ
Fecerat ſibi, miſeratque terris
Fulgere in decus æmulum parentum.
Fulſi lumine ſplendido parumper
In patris decus, in decuſque matris,
Huic lux, vitaque: vita luxque & illi,
Gratus omnibus, omnibus ſuauis,

Queis

Queis fulgor meus hic, nitorque viſus.
Sed me lumine non meo micantem
Auctor luminis vt repentè miſſum
Terris intulerat, repentè rurſum
Terris abſtulit: inque puriorem
Lucem tranſtulit: & ſibi propinquum
Plus haurire dedit ſui nitoris
Ipſo è fonte perennis ignis, & iam
Inter ſiderei faces Olympi
Accendit radio ſereniore.
Heic iam ſplendeo Lunula innouata,
Conſtantis fidei nouella Luna.
Æternùm & liquida micabo flamma
Sidus, ſidere purius Dianæ
Orbis clarior igneo orbe Phœbi.
Exſtinctum malè ne putes abiſſe,
Tu triſtis pater, atque mœſta mater,
Nunc iam luceo, nuncque viuo demum
Ipſa in lucis origine atque vitæ.
Heic & vos diuturniora terris
Aſtra, perpetua aſtra deinde cœlo
Exſpecto, & maneo diem dierum,
Quo nos luminis auctor ille noſtri
Sol noſter, ſocias locum hunc ſub vnum
Conductis radiis, pareſque luce
Concordi faciet nitere ſtellas,
Cœlum vt pluribus impleat ſibi aſtris,
Semet pluribus & coronet aſtris.

Pro ſalute Friderici Iacobi Fili, Monaui.

GEntis incluta ſpes Monauianæ,
Patris filiole incluti Monaui,
O tenelle puer, tener puelle,
Nunc iam nomine, reque diues olim
Pacis ô Friderice, & ô honoris!

Viue,

Viue, viue puer, puer tenelle,
Creſce, creſce tener, tener puelle,
Vt ſis nomine reque diues olim
Pacis ô Friderice & ô honoris!
Viue, creſce decus Monauiorum,
Subnatus decori Monauiorum.
Hoc optat pater, hócque mater optat,
Hoc ſperat ſimul ille, & illa ſperat:
Sed ſcit patruus, ac videt futurum
Iam fraterculus in polum recepti.
Pleni numine iam propinquiore
Diuis additi vterque, vterque diui,
Succeſſore nouo inuicemq; læti
Gaudent gaudia mutua, & ſuis te
Gratantur ſobolem hanc, ſibiq; fratrem hunc:
Alter, alter & hunc ſibi nepotem;
In quo reddita ſint recenter orbi,
In ſe perdita quæ fuére quondam.
Felix augurium hoc, ratum ſit omen!
Omen, auguriúmue ſi, vel eſt ſi:
Oraclum potius. Sit ô ſit ipſum
Quodcunque eſt, liquidum: ſit vſquequaque
Præſentis fidei atque veritatis.
Nec tu falle tuos puer tenelle,
Vanos argue nec tener puelle.
Sed nec fallere tu velis parentes,
Et nec arguere hos queas beatos.
Quin iam nunc properans gradus minutos
Annorum indole præuenire geſtis
Sublimi indole mentis ingeniq́ue,
Sublimi indole & oris atque morum:
De te plura etiam ſpei benignæ
Sponſu pollicitus benigniore.
Viue ſic bone, ſic puelle creſce,
Creſce ſic puer optime atque viue,

Suauis

Suauis puſio, ſuauium parentum,
Corculum patris, ipſa vita matris:
Patris filiole incluti Monaui,
Matris fi i ɔle inclutæ Holzpecheræ,
Gentis incluta ſpes Monauianæ
Sic ſis nomine reque diues vſque
Pacis ô Friderice, & ô honoris.

In Epigraphen Muſæi Monauiani.

Vitæ ſumma breuis beatioris
Ex ſortis ſapientiæque lege
Muſæi eſt titulus Monauiani:
Muſæi hic titulus Monauiani:
Secum viuere, longè abeſſe turba,
Gaudere innocua quiete: rerum
Abſtinere alieniore curâ,
Suis otiolum ſuum occupare:
Fortunam benè ferre vtramq; vbiq;:
Si quidquam eſt agere aut pati neceſſe,
Non ſpectare homines, Deum intueri,
Hinc cauſſam trahere, hinc opemq; cauſſæ:
Mortem perpete ſic diu atq; noctu
Secum voluere cogitatione.
Peccatum magis vt magiſque ſemper,
Ipſa ſed minus, vt minuſq; ſemper
Vitetur, metuatur, horreatur:
Mundum & qualia quantacunq; mundi
Magno pectore non habere magna:
Vita iſta fragili ac laborioſa
Vitam perpetuam ac voluptuoſam
Affectare magis: bonis caducis
Æternum vnum auido anteferre voto:
Cura corporis & breuis ſalutis
Longè poſtpoſita, imminere ſoli
Immortali animæ beatitati;

Sic

Sic ſe denique comparare totum,
Vt mens læta prius libenſque terreo
Quàm vel libera vinculo euocetur,
In cœlum cupiat ſuum euolare.
Muſæi hic titulus Monauiani eſt,
Muſæi titulus Monauiani
Ex ſortis ſapientiæque lege
Vitæ ſumma breuis beatioris.

Parodia ad Phaſellum Catullianum.

ROſa hæc, rubere quam videtis hoſpites,
Ait prius fuiſſe candidiſſima:
Neque vllius decus ſuaue lilii
Nequiſſe præterire; ſeu coloribus
Opus foret valere, ſiue odoribus
Et hoc negant, perenniculta Chloridos
Negare ſepta, tripliciſque Gratiæ
Roſeta, Pæſti amabiles & hortulos,
Paphonque & Idali inclutum iugi nemus:
Vbi illa denique id coloris exuit
Decus prioris, & rubente purpura
Eburneas pudenter induit comas.
Venuſq; Cypria, ô, Nemuſq; Cyprium,
Tibi hoc fuiſſe & eſſe cognitiſſimum
Ait Roſa iſta, primuloſque floſculos
Tuis ſtetiſſe dicit antè vallibus,
Tui imbuiſſe ſe fluore ſanguinis:
Et inde mox ſupra albicantium gregem
Caput tuliſſe fulgidum: corallinæ
Vt igneo micant rubore bacculæ;
Simul tibi aſpra ſpina fixerat pedem.
Neque vlla vota Florealibus Diis
Sibi eſſe facta, cùm his abiret à rubis
Profecta in orbis omnis extimas plagas.
Sed hæc fuére. nunc honore perpetim

Vegetque proprio, vigetque honos tibi,
Nemuſque Cyprium, ô, Venuſque Cypria.

Xenia Ad Laurentium VVolſium.

SI boni quidquam attuliſſent Ianuariæ Calendæ,
Care Laurenti, mihi me carior ſodalis ipſo,
Illius partem tibi de more donarem recepto
Seculi noſtri, & fauſto ſub anni exordio recentis
Xenia haut ingrata iam nunc corde mitterem lubenti:
Sed boni nil attulerunt Ianuariæ Calendæ:
Nil boni. Quidnã ergo dem nunc aut tibi donare poſſim,
Care Laurenti, mihi me carior ſodalis ipſo?
Nil queo. Quidnám ergo flagitas vel flagitare poſſis
A Valentino, tibi ipſo te ſodali cariore?
Nil potes. Nil ergo do, nil ergo tu me flagitabis.
Attamen ne dem nihil, ne Ianuariás Calendas
Debito fraudare honore, conſuetudinemque noſtri
Turpiter migrare credar æui: Do tibi ecce verſus
Pauculos, duros, famelicoſque atque claudicantes,
Aridos, mancoſque, ſemitarióſque & inuenuſtos,
Ruris atri plenos atque plenos inficetiarum,
In quibus munuſculi veſtigium haut apparet vllum.
Tu cape hos. donumq́; ſi quid eſſe Muſas atque Phœbum
Iudicas, non vile iudica: & ſi quid requiris vltrà
Præter hos verſus miſellos, hoc chartaceumque donum;
Tot ſalutes accipe, ordiens quot annum luce prima
Sol coruſcus verberat niualis agri litorumque,
Litorumq́; montiumq́; arenas: quot magnum ſub æquor
Primula aduentu ſuo ſtellas abire cogit Eos.
Tot ſalutes accipe, & plures: vt æternos ſuperſtes
In dies, quotquot poli voluuntur à gyris citatis,
Et reuoluuntur vago cœli reciprocantis orbe,
Sanus ac felix mihi Diuûm benignitate viuas.
O vale & ſalue: vale vſque perpete & ſalute ſalue
A Valentino, tibi ipſo te ſodali cariore,
Care Laurenti, mihi me carior ſodalis ipſo.

EPIGRAM-

[redacted]

Digitized by Google

EPIGRAMMATA.

Ad Solem De Vrbe Vratulauia.

PHœbe Pater, mundi alme ocule, extima latiuii orbis
Qui luſtras curru mœnia lucifero:
Phœbe vſquámne aliquid Breslæa pulcrius vrbe
A roſeóne aliquid clarius axe vides?
Dic Pater. at quidnam hoc? quid quærenti aurea vultus
Lumina mi obſcura nube repentè tegis?
Hem video! Téne ô etiam clariſſime lucis
Arbiter, inuidiæ noxia vis tetigit?
Hoc eſt, Phœbe: tuæ lucis lux æmula pridem
Te vrit, & hos vrbis ferre nequis radios:
Illa tibi rutilo certans iubare, alto apice vrgens
Aſtra, decus iubaris verberat acre tui.
Sed tantúmne habet inuidiæ, vt vel nomen ad ipſum
Liuenti obducas pallidulum os nebula?
Quin ô auricomi genitor venerande diei,
Linque Indis priſcæ diſſita clauſtra viæ:
Et iam huc flecte rotas: heic deinceps incipe oriri,
Aut venit hinc nobis te ſine clara dies.

Ad Iacobum Monauium.

IAm chelyn ad numeros aptabam & plectra, Monaui,
In Scitum canerem queîs Epigramma tuum.
Et ſimul, ore ciens Phœbum: ô nunc, Phœbe, mihi, inquã
Dignum exprome ſacris ſi quid habes adytis.
Ille negat ſupereſſe aliquid: ſic vndiq; vates
Cuncti ablumpſe tuum in Scitum Heliconis opes.
Sollicito Muſas: at Muſæ ſæpè vocatæ
Teq; tuumq; aiunt linquere nolle animum.
Caſtalios fontes adeo: en, heic fontibus ipſis
Magna ſitis; gutta & nulla liquoris adeſt.
Tum leuis aura aures mihi perſonat: ito, Monaui
Quære domum, Aonias qui petis, hoſpes, aquas.
Pro Phœbo ergo igitur Muſiſq; ipſaq; Aganippe,

Tu in

Tu in Scitum mihi te ſuggere digna tuum.
Iam te dignũ aliquid iam vbi quærã, vnum niſi apud te,
Te digna omnia qui te penes vnus habes?

Ad Danielem Rindfleiſch Bucretium meum.

NOn Germanum ita germano Germanus amore
Diligit, vt fratrem tete ego frater amo.
rater ego te fratrem, inquam: nam nomen Amici
Non in fraterno mî ſat amore facit.
ec me tu colis ipſe alio, niſi fratris amore,
Et tibi Amici etiam nomine amare, leue eſt.
uin ſi fraterno eſt amor vllus maior amore,
Hoc tibi ego ſum, hoc tu carus amore mihi es.
ed non fraterno eſt amor vllus maior amore,
Vt ſis tu mihi, ſim carior ipſe tibi.
nò etiam fraterno amor hic eſt maior amore,
Quo mihi tu es carus, ſum tibi carus ego.
ii date, fraterno ſit nomen maius amore,
Aut nullum hic noſter nomen habebit amor.

Ad Ioannem Caſelium.

DE Patria magni quondam certamen Homeri
Certatum Graiis vrbibus acre fuit.
æc ait, ille meus: meus eſt, contra altera clamat:
Quæq; alia & dubia lite, reclamat idem.
e te etiam Muſis ingens lis orta, Caſeli:
Varniadeſq; ſuum Iuliadeſq; ſuum
ſe volunt: neq; te his illæ concedere, alumnum
Illis & contrà te hæ rapuiſſe ſtudent.
r fatum! ſed diſſimile vnum hoc: viuus Homerus
Nulli pænè vrbi notus inantè fuit:
qui ſerus honos poſt fata ſecutus Homerum eſt,
Viuenti iam nunc obtigit ille tibi.
antò igitur maius, clarum & carum eſſe ita viuum,
Mæonida tantò tu mihi maior eris.

Ad Eundem.

MOeoniden olim ciuem adſcripſére tot vrbes
 Quæq; ſibi, atq; hodiè lis etiam hæc dubia eſt.
Te quoq; Iuliades magno certamine Muſæ
 Eſſe ſuum pugnant Varniadeſq; ſuum.
Fatum equidē geminū! ſed quanto his maior habendus,
 Qui Diis, quàm populis qui mouet inuidiam.

Ad Iordanum Brunum.

QVi talis tantuſq; cluis, ſimul omnium vt in te
 Omnia ſint vnum dona profuſa Deûm.
Qui tibi Naturæ theſauro è diuite cuncta
 Quæ conſtant aliis ſingula, ſolus habes.
O cœli auguſtum & cunctis mirabile monſtrum,
 Quo Natura ſuo victa opere ipſa ſtupet:
Flos ô Auſoniæ, Nolæq; tuæ auree Titan,
 O vtriuſq; decus deliciumq; poli.
Ecquid ego noſtro te carmine dicere tentem,
 Carmine quem digne dicere nemo poteſt?
Non ego. Tu ſuperas Phœbi ipſius oſq; chelynq;,
 Nec de te Muſis hiſcere poſſe datum eſt.
Quid mî igitur de te ſit dicere, fors niſi dicam
 Vnum illud, de te dicere poſſe nihil?
Quod faciam. at tibi ſit ſatis hoc, vir maxime, laudis
 Laudari nullo carmine poſſe ſatis.

In Tumulum Petri Monaui S. C. *M. Medici.*

VIs multa paucis diſcere, hoſpes? hoc audi
PETRVS MONAVVS clauſus hac iacet tumba
PETRVS MONAVVS: ſed ſat hoc: ſat audiſti.
In nomine ipſo cuncta iam recognoſcis,
Iam pridem in illo quæ fuiſſe cognoſti.
Nam fama nulli muta, tuq; non ſurdus.
Venerare tumbam: dic benè, hoſpes: & gaude
Reſciſſe & hoc heic, fortè quod minus ſcibas.

Vix plura

Vix plura didicit paucioribus quiſquam:
Vix plura quiſquam paucioribus diſcet.

Ad Danielem Rindfleiſch Bucretium meum.

EN tibi verſiculos, Daniel ſuauiſſime, noſtros:
O maiorq; meæ pars meliorq; animæ.
En tibi: quos animi vero candore petebas,
Vero animi candore accipere haut renue.
Quod me poſcebas, modò habes: ego nunc, quod eram haut ſum;
Nec tamen vnquã alius, quam ſum & eram anteà ero.
Quid loquimur? verum. Fui in ære tuo hactenus; id non
Sum amplius: Et nunc ſum, qui fui & anteà eram.
Perpetuumq; ero amicus in æuum candidus omne:
Tuq; idem nunc es, qui antea eras, & eris.
Heus tamen: An verè, quod erã, nunc amplius haut ſum?
Si dubitas; certo ſic ſtatues animo.
Qui dat, quod potuit; quod debuit, omne dediſſe
Creditur: atq; ego plus debeo, quàm potui?

In Bibliothecam Matthæi VVolfi.

ITala quos tellus quos mittit Iberia libros,
Quos dat Belgiaci nobilis ora ſoli:
Gallia quos edit, vel quos Germania, vel quos
Vltima vix noto terra ſub axe parit:
Tempora vel quotquot nobis antiqua tulerunt,
Tempora vel quotquot nunc quoq; noſtra ferunt:
Heic licet vno omnes oculo peſtringere, & vno
Congeſtos toto ex orbe videre loco.
Plena vides denſo ſtipatis ordine libris
Omnia, & ad numerum non reuocare potes.
At quos nec numerus certa ſub lege coercet,
Tectaq; vix ſpatio liberiore tenent:
Vnicus ingenio & canis venerabilis annis
VVolfius, hos memori mente animoq; tenet.

Ad Ioannam Bokelium.

CLare Machaonii Antiſtes gregis, ipſa Patronum
Aris quem ſtatuit diua Hygiéa ſuis.
Vt te diuini pandentem oracla Galeni,
Phœbigenûm ſancta conſpicuum in cathedra,
Vt te audire mihi volup' eſt! tua vt enthea verba
Me iuuat attonitis imbibere auriculis!
Sepè ego ſic mecum, dum inhio tua dicta Bokeli:
Dii, nouus hic nobis vnde Galenus adeſt?
Quàm nihil huic illo, nihil hoc magis eſt ſimile illi!
Si fas eſſe vnum prorſus vtrumq; putem.
At quando id fieri nequit: aut priſcum eſſe Galenum
In te hodiè, in priſco aut te olim habitaſſe puto.
Sed quoniam id quoq; vix credi pote: tu tamen æui
Pergameus noſtri iure vocare ſenex:
Nam quiſnam eſt, qui te neget hoc iam ipſi eſſe Galeno,
Hippocrati quod quondam ipſe Galenus erat?

Ad Phœbum De Arnoldo Freitagio.

DA paullum mihi, Phœbe, tuam chelyn & tua plectra,
Freitagio dignè vt carmina pauca canam.
Da pater: aut tua quando manum chelys haut decet iſtā,
Nec tua plectra iſtis conueniunt digitis:
Sume tibi paullúm ipſe tuam chelyn & tua plectra,
Freitagio vt pro me carmina digna canas.
Sume Pater: nam cui medicas largitus es artes,
Ipſe, illum dignè tu niſi nemo canat.
Quemq; chely ipſe tuis docuiſti & ludere plectris,
Non alia hunc dignè plectra chelyſve canant.

Ad Danielem Bucretium Roſtochio abeuntem.

HÆret mens animi, Bucreti: téne abeuntem
Hinc potius mittam, ſeu potius teneam?
Vt teneam mihi amor tam fidi ſuadet amici,
Quo nihil huic quidquam carius eſt animo.

Vt mittam,

Vt mittam,contrá in patriam tuus admonet ardor,
Quâ nil quidquam iſti carius eſt animo.
Sed mittam potius. Nam te heic pia cura teneri
Longius optatæ non patitur patriæ.
Sed mittam:teq́, hoc de voto in pectore clauſum
Nunc licet hinc mittam perpetuó teneam.

Ad eumdem, cum iam abiiſſet.

SI deſiderio lacrumæ ſolamina præſtant,
Ipſe mihi do ſolamina & accipio.
At deſiderium in lacrumas ſi ſoluitur vltró,
Soluunturque in deſiderium lacrumæ:
Quêi deſiderio lacrumæ ſolamina præſtent?
Vnde mihi dem ſolamina & accipiam?
Nempe alternatim alterutrum alterutri, vtraq; vtrinque
Ipſa dabunt ſibi ſolamina & accipient.

In Sy'um Danielis Bucreti
Ferendo vinco.

FErre equidem miſerum,Bucreti:at vincere, contrá
Felix,& quo nil clarius eſt,opus eſt.
Tu ſimul & vincis,ſimul & fers:ſcilicet ergó
Et pariter felix & pariter miſer es.
Quêi veró id poſſit,mente haut queo prendere,ni fors
Nec felix,te ipſo iudice,nec miſer es.

In idem.

VIncendo fers cuncta,& vincis cuncta ferendo
Bucreti,paſſim & notus ex his titulis.
Mira nimis tua ſors:neque me hinc extrico,ſimul quêi
Aut miſer & felix,aut nec vtrumque ſies.
Longius id tamen vt meditor,tandem redeo illuc;
Aut neque mî vt felix,nec videare miſer,
Aut miſeré vt felix,feliciter aut miſer vt ſis.
E numero quorum ô verius ecquod erit?

[redacted]

Digitized by Google

Nil video. at nihil vt ne dicam, hoc deniq; dicam,
Et nullum eſſe horum atq; omnia vera ſimul.

In idem.

HActenus id dubium: miſer an, felixne putandus
E ſcito, loquitur quod tua fata, ſis.
Nunc mihi, Bucreti, claro ſe in lumine verum
Pandit, & obſcuræ diffugiunt tenebræ.
Fers equidem, & miſerum ferre eſt: ſed eopſe ferendo
Vincis, & inde alto victor honore clues.
Vt ſis ergo miſer, cùm hoc tam ſis nomine felix,
Quò mage fers, vincas vt magis atq; magis,
Quis miſerum auſit te, Bucreti, credere? dehinc te
Felicem potius dicere quis dubitet?

Ευχὴ *Pro noui anni felicibus auſpiciis.*

ORta dies cœlo eſt: noſtræ orta ſalutis origo
Qua fuit, & vitæ ſpes rediuiua nouæ.
Orta dies cœlo eſt: generis qua gaudia noſtri
Sunt noua, & eſt iterum priſtinus ortus honor.
Orta dies cœlo eſt: veteris qua clauditur anni
Curſus, & auſpicium ſurgit in orbe noui.
Sit precor orta dies: quæ noctem è mentibus altam
Tollat, & à vitiis pectora pura ferat.
Sit precor orta dies: quæ vel ſine nube malorum
Prima heic felices inchoet orta dies:
Vel quæ perpetuas æterno tempore luces,
Primaq; cœleſtes inchoet orta dies.

Ad Danielem Bucretium.

BVcreti, quoties paullò acrius intueor te;
Ah moriar, mea mens, te niſi demoriar!
Protenus exclamo. At ſubitò & tu ſubiicis iſtud;
Ah peream, mea lux, te niſi deperream!
Bucreti, num iſtis quid amicius vſpiam amicis,
Mors quibus alterius vita ſit alterius?

Ad Lau-

Ad Laurentium Wolfium.

NEc tu,ô mi VVolffi hinc prorſum indonatus abibis:
Pars tibi de noſtris danda etiam vna Roſis.
Sume has relliquias,quæ pridem in vepre relictæ,
Lectæ hunc exiguum ſunt mihi iam in calathum.
Quêis vt odor non ſit roſeus;roſeo potiorem
Aura potis noſtri infundere amoris erit.
Póſt ſi forté Roſas meus hortus habebit;habebis
Meſſem ipſam cum ipſis poſtmodó relliquiis.

In Spinoſos.

ROſas qui dare me putaui amico,
Quám dicent aliqui dediſſe ſpinas!
Spinas horridulas roſarum inanes,
In quêis nec color aut odor roſarum,
Nec veſtigiola vlla ſint roſarum!
Dicent:& meritó illa poſſe dici,
Fórs illis & acerbiora credám.
At quám non fieri vel eſſe ſpinas,
Ipſos,mî cupiam maligniores,
Spinis hiſce meis acutiores,
Roſis hiſce meis iniquiores!
Dicant me potius,minus maligni,
Spinam,ſed tamen haut aculeatam,
Morſibus tamen haut feris iniquam:
Verúm quæ tulerit Roſas modó iſtas,
Qualeſcunq; quidem hoc Roſas in anno,
Quæ deinceps aliis Roſas in annis
Plures his ferat atque amœniores:
Quas donare queam meis amicis,
Spinas quas nequeant vocare Spinæ.

Ad Conradum Memmium.

HAs tibi dono Roſas,Memmi,ſi quid pote quisquam
Bis dare.ſed tamen en has tibi dono Roſas.
Illæ alii anté datæ,ſed cum illo alio vtier illis

Tu ex æquo ipſe etiam, tecum aliique queunt.
Qui re vnaque eâdemque ſimul dat poſſe fruiſci
Pluribus, an non iis dat ſimul ille ſemel?

Ad Martinum Braſchium.

HAs quoque relliquias dono tibi relliquiarum,
Si dignæ hæ doni nomine relliquiæ.
Sed ſiue indignæ, ſeu dignæ; tu cape, dignus
Meſſe ipsâ, haut ſordent ſi tibi relliquiæ.
Quæ tamen haut poterunt tibi non ſordere, odor omnis
Quando has relliquit iam modô relliquias.
Relliquit tamen has odor? an, quando ipſa Roſarum
Meſſis nullam habuit vel minimæ auram animæ:
Relliquiis etiam his odor haut vnquam infuit vllus,
Quod nunquam fuit vt perdere non fuerit?

Ad Danielem Bucretium.

ME quód amas, amo te, Bucreti: at quæſo quid in me,
Sic vt amare velis, ſic vt amare queas?
Ipſe vbi me video, nihil eſt: melius neque noſſe
Tu pote Acidalium es, quâm ipſus Acidalius.
Nec meritum ſcio me quidquam, nec poſſe mereri,
Vllam vti ſim partem dignus amore tuo.
Sed tibi fatale hoc, vt ameris ab omnibus vltró,
Ipſeque vt vltró omnes mutuúm amatus ames.
Digni ſint, minus an digni, curæ nihil: vnus,
Quotquot amas, dignos reddit amoris amor.
Hoc quoq; idem, Bucreti, in me vsque valebit: amoris
Et pretium ſolus ſtabit amoris amor.
Certé, ſi tibi, iure niſi á te dignus amari,
Nullus amicus erit, rarus amicus erit.

Ad eumdem.

MIratur populus, Bucreti, nos ita iunctim
Perpetuó, & tam arctâ viuere amicitiâ:

Nunquam

Nunquam vt ab alterius latere alter, quidquid agendum
Alterutri, vnguem adeó vel minimum vſquam abeat.
Sed mirúmne tibi id pópulum mirarier: haut mî
Hercle: nec eſt, mirum cur queat eſſe tibi.
Hoc potius mirer, ſi non miretur amorem
Mirificum hunc, miror quem ipſe etiam, populus.
Mentior. & certé id quoque miror, viuere noſtrum
Mirari vsque adeó qui pote ſit populus:
Cùm populus te ille omnis amet neque nemo ſit, optet
Quin ita tecum arctâ viuere amicitiâ.
Fallor. an id modó mirantur, tam me eſſe beatum,
Cui quod auent omnes, vnico habere datum eſt?

Ad Cornelium Martinum.

Dum tu Sarmaticâ lentus regione moraris,
Quó, me deſerto, heu, ſors tua te abripuit!
Me mea ſors alias etiam traduxit in oras,
Corneli ô cordis cura dolorque mei.
Inuida ſicne igitur Dea nos diſpernere quiuit,
Tam procul á vitâ vt viuat vterque ſuâ?
Ah! ego triſte mei deſiderium CornelI
Ferre queam? ah! poſſim has ferre ego diuidias?
Téne ego mi Corneli vnquam dehinc cernere, túne
Dehinc poteris vultum cernere Acidalii?
O ſuperet ſpes illa: feram quod ferre neceſſe eſt:
Spes ea ſit, potero ferre, quod haut potero.
Tu quoque fer: præ oculisque tibi ſimulacra mea vsque,
Seu; (quod Dii nolint) ſeu reuidebis, habe.
Ipſa tuam effigiem eque oculis animoque fideli,
Hoc erit, aut illud; nunquam abiiſſe ſinam.

In Album Conradi MemmI.

ANimitus ego te amo, animitus & amor ego tibi:
Tibi ſum animula ego tua, mea tu es animula mihi:
Tuum animũ habeo mihi, veluti tibi meũ animũ habes,

Quid animule mi, igitur inanima tibi mea manus
Auidé ita petitur? eane librum in animum hunc
Dare pote melius erit aliud? an animo aliquid
Alibi potius habeo? quo ego neque video, neque
Scio, neque dare tibi queo melius. At age age iam
Cape tibi modó, quod habeo reliquum, vti ſat habeas:
Capiam item ego mihi tua. Tua mea, mea tua dehinc:
Neque tuus eris, ego neque meus ero. Meus eris
Tu, ero tuus ego. Satin ita tibi fit? an & aliud
Cupis? Ego tu ero, tu eris ego. iam age, quid vbi ſupereſt?

In Tumulum Georgij Fabricij Norlingenſis.

QVem ſchola tot tenuit ſchola non ſchola, ſed labor, (annos,
Nomine decepit perpetuumque ſuo:
Hunc bené calcato tandem de puluere raptum
Tranſtulit in veram Mors requieta ſcholam.
Otiaque á longo tribuit iam certa labore,
Læta per æternos ſemper agenda dies.
Omnibus á curis ſecurus vt vsque quieſcat,
Inque ipſo celebret Sabbata feſta DEO.
Quod tumulo heic inſcribo tuo, extremumq; breui nunc
Manibus officium carmine ſoluo tuis:
Tu ſalue æternúm atque vale: & ſolennia grato
Hæc á diſcipulo dona magiſter habe.

In Eumdem.

QVicunque es, hoſpes, ſcire te mecum hoc iuuet:
Hac, quam premis, terrâ ille premitur mortuus,
Qui viuus ætatis bené actæ tempore
Transgreſſus vltra iubilei ſeculum eſt.
Hac, quam premis, terrâ ille premitur mortuus,
Qui deinde vitæ coniugalis tempore
Transgreſſus vltra iubilei ſeculum eſt.
Hac, quam premis, terrâ ille premitur mortuus,
Qui denique officii docendi tempore
Tranſgreſſus vltra iubilei ſeculum eſt.

Quicunque

Quicunque es, hoſpes, ſcire quem mecum hoc iuuat
Mecum precari te quoque hoc pariter iuuet:
Vt qui modis tot iubilei ſeculum
Exegit inter falſa mundi gaudia,
Heic peragat inter vera cœli gaudia,
vnum perennis iubilei ſeculum:

Ad Dauidem Herlicium.

AVditor tibi rarus eſſe fertur
Herlici: neque id eſſe item tibi ægré,
Sit minorum vti gentium magiſtris.
Mirer? nullus ego. quid? an quoque illi
(Scis dictum Sapientis acre & altum)
Pauci non fuerant, ſuûm librorum
Lectores. ſatis vnus. immó nullus?
Macte iſtoc animo! & perinde vt ille
Solus, lector erat frequens ſibi ipſe:
Auditorium eris frequens tibi ipſe

Luſus in Laurentium Wolffium.

ITe verſiculi mei, videte
Wolffiusquid agat: memórne noſtri
Viuat & valeat, videte: tum deîn
Videndus mihi quando ſit, rogate.
Ite verſiculi mei, & redite
Actutum, neq; vos mora vlla tardet.
Sed, ſtatin' malé nati adhuc? quid hoc eſt?
An non ibitis, impigri videre
VVolffium? mihi quem videre non eſt,
Quemque neſcio quando erit videre:
Quem vobis, nimium herclé ſic beatis,
Non tantum dabitur videre, ſed quem
Compellabitis ipſi & audietis,
Felices magis ô magisque me ipſo.
Et ſtatin' male nati adhuc, fruique

Tantâ

Tantâ rennuittis beatitate?
Quin ite at video modó ô miſelli
Mei verſiculi hæſitationem.
Tanto tempore VVolffium meum non
Vidiſtis, neque VVolffius meus vos,
Amplius modó VVolffium vt meum non
Noſcatis, neque VVolffius meus vos.

WOlffi, quid cauſſæ eſſe rear, quod nunc ita raró
Tam tibi amatum illum viſis Acidalium?
Toto menſe ſemel vix das te poſſe videri,
Totque potes ſine me tranſigere vſque dies.
Quid rear. haut mutata fides, haut candor, & illa
Deuoti nobis ſimplicitas animi.
Dii procul hoc. Cur te adſpectu tamen, optime, noſtro
Subtrahis? & reliqui turba ſodalitii
Ore tuo ſemper fruitur, quam me malé ſpreto
Aſſiduó ſectare inque diem inque diem.
Quám voueo. potius me ſic ſecteris, vt illos
Quaque fide intereâ me colis hoſce colas.

RArum ſemper ego te, amice VVolffi,
Putaui, & meritó putaui amicum:
Cui parem reperire non ſit vſquam,
Cui parem tulerint nec vlla ſecla,
Sint latura parem nec vlla ſecla.
Putaui meritó te amice talem.
Nunc magis meritó puto & putabo;
Raris omnibus eſſe rariorem
Te, rariſſime amicule, vnicum vnum.
Omni cúm liceat tibi eſſe mecum
Die, cúm liceat vel omni in horâ,
Momentis vel in omnibus venire,
Aſſidere mihi vſque, colloquique;
Toto menſe mihi ſemel videris.

IDem es, qui pridem fueras, VVolffi, & tamen idem
Vt ſis, certé etiam mi eſſe videre alius.
Qui pote? non equidem id capio, video tamen, aut mi
Sic ſaltem videor te eſſe videre alium.
Et videor ſaltem. Sed tu nihilominus idem es
Qui modó, quám fueras, iam eſſe vidére alius.
Quêi veró id fiat, VVolffi, haut video herculé, cúm nunc
Tam raró videare, idem aliúſve, mihi.
Idem es non alius, quám qui VVolffi anté fuiſti:
Sed nec eundem vnquam, nec video te alium.

VIcinus meus es, manuque VVolffi
De noſtris pote tangier feneſtris.
Quis non inuideat mihi, puterque
Horis omnibus eſſe me beatum,
Iuncto cui liceat frui ſodale?
Tam longé es mihi, quám meus tuusque
Hinc Cornelius eſt mihi tibique,
Qui nunc lentus agit procul remotâ
Crudorum in regione Sarmatarum.
Non conuiuere, nec videre ſaltem,
Non audire licet: nec vrbe totâ
Quiſquam eſt tam propé, tam proculque nobis.
Migrandum eſt mihi longius vel á te,
Migrandum tibi longius vel á me.
Vicinus tibi ſit vel inquilinus.
VVolffi, qui te adeó videre non vult.

DE VVolffi dubitare animo ſcelus ipſius in me
Deſinet, ipſus vbi deſinet eſſe, fides.
Ille tamen fidus, dum ſe negat vſque videri,
Fructu me fidæ priuat amicitiæ.
Quó mihi tanta fides, ſi te careo intereá ipſo?
Sat fidei pridem eſt, non ſat, amice, tui.

ME

ME ſine tot luces potes exigere, optime VVolffi,
Nulla ſit adſpectus vt tibi cura mei?
Dure nimis, VVolffi verum hoc; Tot lucibus ergó
Nulla ſit adſpectus & mihi cura tui?
Non ego tam durus; qui te ſine lucem adeó vnam
Viuere, non horam ſum pote vel minimam.
Ergo agedum ne dulce tuum os mihi ſubtrahe, VVolffi:
Mitte tuos oculis hiſce negare oculos.
Si te nulla mei iuuat oris gratia; ſaltem
Me iuuet vſque oris gratia grata tui.

In Album Chriſtiani Dornmanni ad Amorem.

ECce Cupido, Cupido ſacri ſacer auctor amoris,
Pectora qui vnanimis bina iugas animis.
Ecce Cupido, hunc Dornmannus tibi donat Olorem,
Huncque tibi en alium donat Acidalius.
Qui te iuncti ambo perque æthera, perque ſolum omne,
Quá lubet ire, agili remigio vſq; vehant.
Accipe: daque viciſſim, vt qualem vtriuſque auis alâ
Candorem niueo fulgere honore vides:
Talis noſtrum vtriuſque in fido pectore ſemper
Eniteat, ſeu res proſpera ſeu c:epera.
Vtq; ii dehinc parili accipient iuga iugia collo,
Fórs parilique ibunt Elyſia arua pede:
Hiſce ita corporibus ſedeat mens vna duorum
Perpetim, & Orciuum iuncti ineamus iter.
Alterutrum at ſi forte Charon modó tollere amabit,
Functus adhuc viui in corde ſuperſtes agat.
Donec & hunc Hecate vocet; vná ac ſede reponat
Ambo, vnum, duo qui vsque ante obitum fuerant.

Ad Harduicum Gryphium.

SPemné aliquam ſperare iubes, Gryphi? an te ét ipſum
Deſeruit tacito ſpes fugitiua pede?
Non ita, non, inquis. Quidnam ergo deniqué ſpera,

Porro

Porró etiam. At quam diu? numq́ue bono cum aliquo?
Sic erit. Ah quid, erit? ſi non eſt. Nullus ego! hei mî,
Hei miſero! cui ſpes tam procul: illa meæ
Vnica vitæ anima atq; animæ rurſum vnica vita!
Vita quidem: at viui nil niſi ſomnium iners.
O potius quám ſic vigilantem emortua ſpes me
Inſomnis ſomni ludat imaginibus,
Mors ades, & ferreo me ſopitum hinc age ſomno
Inuiſis lethes merge voraginibus.
Tum mihi ſecuro nec erit ſperare neceſſe:
Et ſperare nihil, maxima lætitia,

Ad Eumdem.

SI qua ſuper miſero ſpes vlla eſt, optime Gryphi,
Optima vti ſperem vel bona certa, iube.
At ſi nulla ſuper miſero vel ſpecula, deinceps
Peſſima vti metuam vel mala certa, mone.
Vtrumq; id fidei tuæ erit, ne fallar vtrinque,
Grandia vel ſperans, vel metuens grauia.
At ſi nec ſcibis; ſitné an non quid ſuper: vno
Id quoque me verbo, quo ſciam & ipſe, doce.
Nam tu ſi neſcis: dein quid ſciam ego? imó ſciam dein,
Sperandum haut fruſtrá, nec metuendum aliquid.

In Album Martini Braſchi.

VIs tibi dem numeros, Braſchi: atq; haut nolo ego. ſed
Dem numeros, placeant qui tibi, quiq; mihi? (quos
Nec mihi quos libeat, nec quos tibi fas dare tali,
Inuenio innumeros dum excutio numeros.
Nec tamen & dandum nihil eſt. quod ſi tibi nil dem
Hoc præter, quo nil dico dare, an dem aliquid?
Certé aliquid. Tuq; hoc aliquid tibi ſume, nihil ne
Dem tibi, neque adeó tu tibi nil capias.
Sed fallor, quanquã hoc aliquid quoq; non capis, an vel
Anteá habes, abſque hoc non vti nil habeas?

Certé

Certé abſque hoc aliquo haut aliquid. verùm herculé
Ni ipſus ego tibi ſum nil,nihilóve minus. (multum,

Ad Ianum Oſtenum.

QVi Venerem Sophiæ dixit pugnare, quid? an non
Hunc pugnare putes & Veneri & Sophiæ?
Nimirum tu,Iane,putas,qui iam ſtudio vno
Caſtra colis Sophiæ & caſtra colis Veneris.
Et verum tu Iane putas,rectéque geris rem:
Nec modó rem recté,proſperé eam imó geris.
Felix imó etiam,imó & feliciſſimus audis,
Temporis vno & eodem vnicus articulo:
Qui tibi Sponſam animo Sophiam ipſam iungis,& idem
Sponſam ipſam ducis in thalamum Venerem.

In Album Chriſtophori Ribouij.

HAnc tibi do dextram,cum dextra q; hunc animũ do:
Chriſtophore ô cordis mutua flamma mei.
Et ſatis hoc tibi ſit.nam quæ tibi munera poſcas
Plura dari, totum cúm hunc habeas animum?

Xenia ad Petrum Dargarſium.

MVnera me poſcis: contrá te munera poſco,
Cura recens animi,candide Petre,mei.
Munera quæ donem,& contrá quæ munera dones,
Grata mihi pariter,nec minus apta tibi?
De me:nil habeo,nec duræ iniuria Sortis
Me præter,quidquam mi reliquum voluit.
De te:nil aliud,quanquam Fortuna benigna eſt,
Te præter ſolum,dulce mihi video.
Ergo vt digna tamen capiamus munera vterque,
Poſcere quæ libeat,ſoluere quæ liceat;
Te poſco mihi:Tu ſi vis ita,me tibi poſce:
Te mihi ſi dederis,me tibi ſponte dabo.

In Album

In Album Iani Sanſtaci.

QVã petis ecce manum hanc:animũ vis:hunc quoque (dono:
Virtuti & ſanctis qui ſacer Aoniſin,
Is quoq; ſacratus ſimul eſt,quicunque feruntur
Virtuti & ſanctis eſſe ſacri Aoniſin.

Ad Cornelium Martinum.

VIle tibi reddo,mihi qui non vile dediſti.
En cape,ne donum vile tuum faciam.
Magnus amor certè,minus vt ſit pignus amoris:
Maius at hoc à te,nec tamen ille minor.

De me ipſo.

SI fatis dolor ipſe meis par eſſe,dolori
Si lacrumæ,lacrumis ſi pote ſint numeri:
Et dolor & lacrumæ & numeri mihi ſolum,opus,vna
Cura dolere mihi,flere ſit,& canere.
At fatis neque par noſtris dolor eſſe,dolori
Nec lacrumæ,lacrumis nec pote ſunt numeri.
Ergo quid doleam,aut lacrumer, cantemvè fatigans
Corda dolore,oculos fletu,animum numeris?
Sed tamen hoc doleo & lacrumor cantoque fatigans
Corda dolore,oculos fletu,animum numeris:
Quod fatis neque par noſtris dolor eſſe,dolori
Nec lacrumæ,lacrumis nec pote ſint numeri.

In Album Nicolai Willebrandi.

ME tibi iampridem,memet VVILBRANDE,meumq;
Donaui æterno iunctus amore animum:
Et tamen è Roſeis abeuntem deſubitò hortis
Carmina vis memores pauca dare in tabulas.
Quid cenſes?ita verſiculos & inania verba
Poſcis.nec ſatis hoc eſſe putas,quod habes?
An quod habes,neſcis?an nunc diſcedere prorſus
Et totum fugere hinc credis Acidalium?

Nullus is hinc fugiet.manet æternumq; manebit:
  Parſq; tibi noſtri maxima perpetim adeſt.
Tu quod habes,quod adeſt, retine:& ſatis eſſe putato,
  Nullaq; dehinc petito carmina. Si facies;
Redde quod anté dedi,quod habes,quodq; adfore dixi:
  Et vel mille dabo deinde tibi numeros.
Aut ſi illud quoq; non gratum eſt;hoc poſcere ceſſa.
  Fallor,an id quod haues, dum nego, carmen habes?

Ad Ianum Sanſlacum.

QVod modó , vix quanquam in ſpacio dum puberis ævi,
  Vitam adeó dixi,IANE, mihi eſſe grauem:
Miraris,cauſſamq; ab amico exquiris amicé,
  Voci tam crudæ non ſat habens fidei.
At tu immaturum,verum tamen accipe verbum
  Nec fluxiſſe mage hoc ſeriem ab ore puta.
Sic mea res vna & cur nolim viuere,cauſſa eſt,
  Quod cauſſæ mihi nil, viuere cur cupiam.

In Album Friderici Groti.

TVné meam mellite puer tibi vis quoq; dextram,
  En cape.at é dextrá quid meá amabo boni.
Multum,inquis:tuq; ipſe adeó meus hinc mihi dextram
  Dum das,te mi vná,vt do tibi me ipſe,dabis.
Eá recté.neq; me tibi denego. Sim tuus,vt tu
  Vis meus eſſe:Et amo te quoq;,me ipſe vt amas.
Sed dextram hanc quotiens teneris ſpectabis ocellis,
  Mi Friderice,haut iam te reputa eſſe tuum.
Te mihi cum dederis, meus es:neq; adultior eſſe
  Is renues,cupies iuris vbi eſſe tui.
Te captum ſemel haut vllo dehinc tempore mittam,
  Corde tuum me tu firmiter vſq; tene.

In vitam humanam.

FEſtiuum quod me memini olim audire puellum,
  Cauponem in mundo ſummum agitare Iouem.

Ille

Ille hominum ſecla omnigenûm laté, vltimus orbis
Quá patet, hoc communi excipit hoſpitio.
Ille alit, ille cibum curat cuiq;, ille propinat
Cuiq; ſuum, vitæ in quo modus eſt, cyathum.
Sed ne, hoſpes, ſperato merum merum. Ibi haut ſapor
Haut color eſt: mixta & turbida cuncta bibes. (vnus,
Nunc in lætitiam te animabunt dulcia, nunc te
Pocla in mœrorem triſtia deiicient.
Sic eſt, quod miſeris modó, mox felicibus, inde
Rurſum etiam miſeris dulcacidum æuum agitur.
Sic ſunt, cella Iouis quæ vina dat; ipſeq; ſemper
Miſcet ita, & variis diluit omnia aquis.
Scilicet an non hoc Cauponum eſt? ſed miſeri nos,
Quos bibere ille etiam cogere Caupo poteſt!
Cogitq; æternúm, é duro neq; mittit abire
Hoſpitio, niſi nos cúm ipſe bibendo necat.

In Morillum.

NEmo hodie in medicâ felicior arte, ſibi quám
Vitam qui ægrorum morte Morillus emit.
Hunc ô conſulite ægra cohors: properé illius almâ
Morborum omne genus effugietis ope.
Quæ tangit ſemel, interfectis corpora morbis,
Mortemq; & morbos amplius haut metuunt.

In Sabellum.

NOn culpas hominum, Sabelle, quemquam.
Verum hoc, & tibi ea vna vera laus eſt.
Sed rurſum haut alium, Sabelle, quenquam
Laudas, te niſi ſolum, & vnicé vnum,
In quem omnes ſimul omnium, quod vſquam eſt
Laudes abſq; modo vſq; & vſq; transfers.
Vt non quenquam igitur, Sabelle, culpes,
Dum te vnum modó prodigo ore laudas;
An culpas alios magis Sabelle,
An veró potius Sabelle laudas?

In Ponticum.

RElligioſus homo es: plebs cuncta id Pontice nouit,
Nec præ te vſquam alius relligioſus homo eſt.
Quicquid agis quocunque modo quo tempore cunque,
Ne quid agas nullâ relligione, caues.
Res bona, ſi ſemper tam ſancto corde fuiſti:
Verùm te olim ætas longè alium loquitur.
Tum tibi per fraudem rapere vndique quidq; nec ipſis
Nulla fuit ſacris parcere relligio.
Nunc bona nullâ olim quæ relligione paraſti,
Tangere ſumma tibi Pontice relligio eſt.

In Papilum.

BIs ſex annorum & ter ternas, Papile, vulgò
Te numerare aiunt iam modò Olympiadas.
Nec tuus inceſſuſque habituſq; & forma reclamant,
Cernere iam obſtipo is qui ſilices capite.
Qui tamen eſt, quod in hac tam grandi ætate, nihil dum
Pingit nigrantes nix tibi cana comas?
Neſcio an id certè eſt quod rumor ſibilat, in te
Papile, candoris vſque fuiſſe nihil:
Nuncque ipſos, ne vel minimum candoris haberes,
Canitiem hautquaquam admittere velle pilos.
Sed certè hoc ipſum eſt, namque en caneſcere tandem
Dum metuunt, ſpernunt ſe á capite & fugiunt

Ad Gallum.

BAſſam perlepidâ illam & eleganti
Formâ Galle, iuuenculam putabam:
Nemo & viſâ aliter putare poſſit.
At tu, qui meliuſque veriuſque
Iudicare potes, cui illius res,
Totaque, intus & in cute, ipſa nota eſt:
Tu ducis vetulamque anumque Baſſam,
Et credi tibi Galle vis, quod ipſa
Forma pernegat vſque & vſque Baſſæ.
Credam. Sed ratione dic tamen quâ

Credi tanta poteſt ſenecta Baſſæ?
Contrá Ga le refers. Mea illa Baſſa
Annos iam tot habet iuuentâ in ipsâ,
Virginem vt meminiſſe non queat ſe.
Há, Galle, há ratione ſi quidem iſtâ
Tuæ ætas erit æſtimanda Baſſæ:
Nunquam tu iuuenem tuam ipſe forſan
Vidiſti aut meminiſti habere Baſſam.

In Fannium.

MAgnus es in vulgo Fanni: me vulgus iniquus
Deſpicit & duris vocibus exagitat.
Magnus & hic tibi honor, nec ouas vulgariter ilio,
Sic vt honore parem neminem habere putes.
Tum quoque me gaudes lacerari á plebe cauillis,
Et grauius nulli dedecus eſſe putas.
Scin' quid ego interea mecum? mihi gratulor vnum id
Fanni, tam vulgo diſplicuiſſe tuo.
Cogito & hoc: tam mî malé per conuitia popli,
Quám bené per laudes verbaque honora tibi eſt.

Ad Niniam.

SEu le[illegible] baſiolum leuîus ſeu baſiolo quid,
Seu paulló potius quid volo baſiolo:
Nina, negas ſubitô, vultuque auſtera minanti,
Acribus & verbis me procul eſſe iubes.
Ah ten' tam duram miſero? ſic perdere amantem,
Vſque adeó & rigido te iuuat eſſe animo?
Parce precor: ſtabile & quoniam, mihi cuncta negare,
Tandem etiam ô totum hoc, Nina, negare nega!

In Næuolum.

SIc eſt, Næuole: cum tua illa primúm
Vidi carmina, nec bonum Poëtam
Verus te potui vocare cenſor.
Et malum timui tamen vocare.
Per luſum ergo ibi tum iocumque, vatum

Dictus es mihi peſſimus bonorum.
Indignaris vt audio, leuemq;
Fers parum leuiter iocum & moleſté.
At iam, Næuole, pœnitet: recanto,
Cenſuramq; meam auctor ipſe damno.
Serió tibi dehinc loquar, meamq;
Mentem, vt ſentio, ſerió fatebor:
Non vatum mihi peſſimus bonorum
Poſthac, verúm eris optimus malorum.

In Attalum.

BElla tua eſt ſperata: id tecum aio Attale verúm hoc
Miror, ſi certó hæc bella futura tua eſt.
Scin' quot eam claro iuuenes de ſanguine ſperent?
Haut, puto, te tantis præferet illa procis.
Subridens, nihil heic inquis, ſcio adeſſe pericli:
Illa mea eſt, ſperent vt reliqui vſq; ſuam.
Nil eſt quod dubitem: mens tota illius aperta
Intimaq; vni adeó iam mihi cuncta patent.

In Rullium.

LInguam nemo putet tibi eſſe Rulli,
Cum doctis quotiens quid eſt loquendum,
Quod doctum probet & probet diſertum.
De te res vbi fert loqui (ſed vſq;
De te, res vbi fert, vbive non fert,
Ad doctos loqueris parumq; doctos,
Ad ſanos loqueris parumq; ſanos)
Tam prompté loqui & his videre & illis,
Linguaciſſimus omnium vt puteris,
Linguam & nemo putet ſibi eſſe Rulli.

In Patulum.

Pætule

PÆtule formarum ſpectator es vnicus vnus,
Nec niſi iudicio eſt pulcra puella tuo.
Tum quæcunq; tibi pulcra eſt, venerare colisq;,
Nec pæné eſt, quæ te non quoq; mutuúm amet.
Vna eſt in reliquis, quam nec pulcram eſſe, nec vllo
Aut colis, aut dignam vllius honore putas.
Neſcio quêi cum aliis non conſenit heic tibi: nec te,
Credo, tui heic acies deficit ingenii.
Certê ob formam aliis tanto eſt in honore, vti proni
Ante illam flexis ſe abiiciant pedibus.

In Roſcium.

DI malé te perdant Roſci. quid te mihi iactas
Aſſiduó, & totiens exanimas miſerum
Laudibus illautis quas ægris auribus vſq;
Audire æterna eſt carnificina mihi?
Deſine magnificé nugari, aut me mihi miſſo
Dehinc alios, tua quêis facta loquaris, adi.
Sed me vnum retines, & ſi fugio vſq; reprendis,
Et tua de te vno lingua tacere nequit.
O vtinam aut mutum te Roſci, aut numina ſurdum
Me faciant, tu ne me totiens facias?

Vxor penſum flagitans.

PEnſum maritum flagitans maritalem
Vxor ſubinde ipſa meridie noctis
Palpante dextra ſuſcitabat & voce.
Ille oſcitans arrigere nec valens quidquam;
Soluendo. ait, iam non ſum. Ibi hæc, bonis ergo
Cede. inquit. Appello, miſer ſtatim ſubdit.
Rurſum illa; at appellare non licet noctu:
Vel ſolue, vel ſit, qui vicem tuam ſoluat.

In Chœrilum.

NOn ego cu'po meis quenquam ſermonibus, inquis,
Chœrile; & hoc vno nomine vir bonus es.
Sed neq; quenquam, vnum præter te, Chœrile laudas,
Rurſúmne hoc igitur nomine vir malus es?
Quéi tamen & bonus & malus idem, Chœrile, vir ſis?
Certé nec malus es, Chœrile, nec bonus es:

In Caluum.

CÚm nullam eſſe fidem dicas mihi Calue; quid á me
Quid totiens certam poſcis inique fidem?
Cúm mihi nec credas quidquam, nec credere poſſis,
Efficere, vt credas, quâ ratione queam?
Hoc cape chirographum, dextræ inviolabile pignus,
Signa in quo fidei do tibi certa meæ.
Nunc igitur credis mî, & credere poſſe fateris,
Nec dubitas veram rité dediſſe fidem.
Quid dicam? Non huic fidei qui certa fidelis
Signa dedit; deerat ſed tibi, Calue, fides.

In Pompilium.

INnumeros mihi ſe numeros ſæpé vnius horæ
In ſpatio iactat fundere Pompilius.
Tamq;, inquit, fluida eſt mihi vena, ita Apolline dextro
Mi ſine curá omni carmina ſuppeditant.
Mirer Pompilium aut dubitem? Credo herculé, quando
Auctorem mî ipſam rem ipſe dedit totiens.
Miror item: innumeris quoniam viſus mihi nullus
Vel modus eſt, vel pes, vel caput in numeris.
Et quidni innumeros numeros ſe fundere iactet,
Cuius tam extra omnem ſunt numerum numeri.

In Canium.

AD cœnam Canius vocat vndique quemque per vrbé
Repperit: ad cœnam nemo venit Canii.
Mirum id, cúm Canio viuat non lautius vllus,
Cœnare at laudes nemo cupit Canii.

In Traulum.

NOn Vatem nego te, nec es negandus
Traule: at herclé neque id poteſt negari,
Veré olim mihi dictum & haut maligné:
Vatum te eſſe modó infimum bonorum.
Tu negas tamen, & tibi inuideri
Clamas cui potis inuidere nemo eſt.
Verúm hoc ſi inuidia eſt, vocare vatem,
Imum & dicere, Traule, te bonorum:
Hoc ſit iudicium quod & probo ipſe,
Et nemo improbat eruditiorum:
Abſque omni inuidiâ vocare vatem,
Summum & dicere, Traule, te malorum.

In Incredulum.

Cúm ſine chirographo credas, incredule, credi
Poſſe nihil, credis hoc ſine chirographo?

Ad Quintiam.

DIxi te Venerem, atque vltra ipſum Amathuſidos
Te euexi lepidis Quintia carminibus. (orbem
Dixi maiorem te Cypride, Quintia. per me &
Paſtoris Phrygii futile iudicium eſt.
Digna mihi tanto quæ præmia nomine reddes,
Quintia? da ſaltem vt in te habeam Venerem.

In Bruſcum.

QVid tot criminibus, rabioſæ fulmine linguæ
Fœmineum inceſſis, Bruſce proterue, ſecus?
Deſine clamorem: nam quó conuitia tanta?
Vnum pro cunctis ſat tibi criminibus.
Vno hoc nil grauius, quo vno ſimul omnia dices:
Te talem genitrix fœmina quod tulerit.

In Trollium

DIuini mentem Theophraſti iactat habere
Trollius, aureolâ clarus ab arte ſenex.
Iactat Trollius, & credit plebs inſcia: rident,
Quêis vel aceti acri in pectore tantulum ineſt.

Rideo ego cum illis:meritó nam qui Theophraſti
Mentem habet,an quæſo mentém habet ille ſuam?

In Chryſalum Acumiſtam.

Miramini,Ciues,vbi ille paulló anté
Tantis abundans opibus,omnium ſed nunc
Extremé egens.tam ſubitó ad incitas actus,
Tam diuitem perdiderit Chryſalus gazam?
Decoxit:at non quomodo ſolent vulgó.
Arte ipſe,non luxuriâ & otio turpi
Rem fregit in fornace Chymicâ magnis
Seſe occupans laboribus diu noctu.
Mirum ſed id quoq; per laborem & artem queî
Sit pauperatus,ceteri vnde diteſcunt?
Nequit eſſe mirum hoc:ars enim & labor ſolus,
Studium vnicum fuit vſq; Chryſalo veſtro,
Ex ære fumum facere,rurſum & é fumo
Facere metallum,operæ reciproco anfractu.
Itaq; aureos grumos ſibi nitelaſq;
Dum quærit é fornace,quidquid infelix
Habuit bonorum percoquendum auaro igni
Proiecit,& damnauit improbo fumo.
Nunc é fauillis eq́ue cinere carbones
Legit nigrantes pro nitente theſauro.

In Ollum.

Nullius pæné ingenii dixti eſſe,ſuperbé
Quod iam annos plures,Olle,minaris opus.
Credo equidem:& dubitat nemo,quod cuſerit Ollus,
Olle,fore id veré nullius ingenii.

In Hillum.

Dum te oculis mage amare ſuis ſe Blandia dicit;
Dum,mi ocule,aſſiduâ voce tibi ingeminat;
Seſe oculis mage amare tuis te Blandia cogit,
Et,mi ocule,æquali voce ſibi ingerere.
Inde his blanditiis blandum te vt Blandia fecit,

Maxima

Maxima fert blandis præmia deliciis.
Muneribus mox læta;ocule ô mi,ômi,inquit,ocelle:
Vſque tibi & ſo itas blanditias iterat.
Hille nihil ſentis?non te ſed munera ſpectat;
Non oculis capitur Blandia,ſed loculis.

Thermionilla Ad Iuuentium Philocurum.

CVi mea forma placet pariter,formaq́. placere
Qui mihi, formoſo candidus ore,ſtudes:
Victus vt es veluti formâ,ſic me quoq; formâ
Vincere,formoſo callidus ore,queas:
Hoc tibi transmitto,iuuenis formoſu'e munus,
Munus & vt capias Thermionilla precor,
Munus vile quidem,ſed quo magis vtile nullum
Aut poſſit votis aptius eſſe tuis.
Formoſus cupis eſſe,cupis formoſus haberi;
Vt ſis, hac formam conciliabis ope.
Vt placeas mihi,conaris: conare,placebis:
Vt capias tendis retia: tende, capis.
Tende,capis: formæ que nouo,quem quæris, honore
Me vinces, quæ te viceram & ipſa prius.
Vinces me: aut potius, quando hoc me munere vinces;
Me vincam, quæ te viceram & ipſa prius.

Ad Pſychen.

HInc oculi? per quos vibrans ſua ſpicla Cupido
Sæua meis fixit vulnera pectoribus?
Hóſne oculos mihi vita negas,é lumine quorum
Haurio grata meis pharmaca vulneribus?
Hóſne oculos ego ferre queo,de nectare quorum
Attraho dira meis pabula vulneribus?
Fatales oculos!qui vulnera,quiq; medelam,
Atráq; dant læſis toxica pectoribus.
Tu tamen hiſce oculis quæ me perdiſq; iuuaſque,
Perde iuuaq; tuis me,mea lux,oculis.

Ad Venerillam.

LVx mea, quó tam manè? Mane: nondum orta refulſit
Diua polo in rutilis Leucothoë rotulis.
Sic ego: ſic mea lux. Abeo. iam præſcia lucis
Clariſono cantum gutture dat volucris.
Hæc monet Auroram Tithoni abſcedere lecto;
Nos Aurora torum deſeruiſſe monet.
Tantum ait; exſiliitque toro: ſimul æquore ab alto
Aurora vuidulas viſa referre genas.
Aſt ego. Sis Aurora aliis, ſis aurea lucis
Mater: mi noctis flebilis es genitrix.
Lucem aliis Aurora feras; Aurora tenebras
Fers mihi, dum lucem cogis abire meam.

Danieli Rindfleiſch Bucretio.

BVcreti Aonidumq;, Apolliniſque;
Bucreti Charitúmque Palladóſque:
Bucreti Veneris Cupidiniſque
Amor, delicium, decus, voluptas:
Bucreti tui Acidali vnicum cor,
Vna mens, anima vnica; vna vita:
En quem vix modó luminis ſub oras,
Te obſtetricéque, Nixióque Diuo,
Edidi grauidi é ſinn cerébri;
En fœtum tibi debilem, caducum,
Informem, illepidum; artubusq; mancum,
Maturum neque ſat; nimisque craſſum,
Indoctorum Epigrámmatum libellum.
Qualem atcumq; tamen, tui illum amore
Conceptum vnius editúmque carum
Habe pignus amoris æuiterni,
Et noſtræ monumen ſodalitatis,
Fraternæ monumen ſodalitatis.
Quod perenne quidem haut erit: futurum
Tu puta tamen, vt meas quid eſſe

Burras atque apinas ſoles putare:
Ac Lucina vti partui huic fuiſti,
Porro eſto Statilinus & Levana,
Lucem quò ferat, & diu ſuperſtes
Noſtri præco ſit his vbique & illis
Amoris, fidei, pariſque vitæ.
Sic viue Aonidúmque Apolliniſque;
Viue ſic Charitúmque, Palladoſque;
Viue ſic Veneris Cupidiniſque
Amor, delicium, decus, voluptas:
Sic perſta tui Acidali vnicum cor,
Vna mens, anima vnica, vna vita.

Io. Matthæo Wackero, & Nicolao Rhedigero.

SCHOLTZIO ego, vobis dat SCHOLTZIVS. Au-ctor vter iam
Muneris? ille caput ſanè, ego pes cluеam.
Sed neq; pes tantùm, verùm caput ipſe quoque ipſum:
Namque & ego vobis do ſimul illud idem.
Illud idem, quod cum ipſo vnà magis haut cupiam vllis
Quam VVACKERE tibi, RHEDIGER atque tibi.
Veſter hic ergo vtriuſque ab vtroq; eſt IANVS, vterque
Pænè inquam: cuncta vt ſingula congeminent.
Et rectè. hic duplex his bifrons Ianus: vt illum
A binis binis fas ſit vtrinque dari.
Vt damus, accipite: & commune id munus amate,
Communes vobis ipſi vt amore ſumus.
Veſter SCHOLTZIVS eſt iam pridem: non ita pridē eſt,
Perpetuò ſed erit veſter ACIDALIVS.
Vos tantùm eſte mei pariter, pariterque viciſſim
Mi date vos, vobis quo me animo ipſe dedi.

IANVS QVADRIFRONS CVSTOS Horti Scholtziani ad Hoſpitem.

Qui

[redacted]

Digitized by Google

QVi quadriformem quadrifrontem me vides,
Ridere noli, noli item mirarier,
Sum IANVS antiquiſſimos inter Deûm.
Iſtius Horti curam, & huius Pergulæ
Tutelam Herus me orauit; exhibeo lubens,
Quia me colit, quia thure, vel vino mihi,
Libo, aut corollâ, aut ſemper aliqui ſupplicat.
Condigno honori reddo condignam vicem.
Inſpicio quoquo verſus hortum: id ſedulò;
Mage ſedulò eccam tueor iſtam pergulam.
Non limini aſtô, ſed locum hîc medium occupo:
Hinc ſeruo. veterem migro conſuetudinem:
Sic vult herus, ſic ipſe melius cenſeo.
Proſpectus hinc quamcunq; mî in partem patet
Per ianuam quamcunq;. ſunt hæ quattuor:
Hac nempe cauſſa factus ipſus quadrifrons.
Nam vulgus antehac modò bifrontem nouerat.
Sed vulgus ignarum nec illud nouerit,
Quadriforis exemplum hoc ad ipſum pergulæ
Ianos fuiſſe antiquitus creberrimos,
Ianos patentes tranſitu quadruplici.
Tu noueris docte hoſpes: & Ianum tamen
Me duplicem malis vocare, an ſimplicem
Sed bis bifrontem, ciccum ego haud interduim.
Tuus arbitratus ſit: ego controuerſiam
Non mouero vlli: nemo ſed litem mihi,
Nemo alteri faciat volo cauſſa mea.
Hoc ergo primùm edico: nunc alia accipe,
Ipſa prius de Pergula, mox de Hortulo.
Huc ingredi quiuis caue te poſtules.
Niſi herilibus qui ſunt initiati ſacris;
Muſarum id eſt, & Phœbi, & Aſclepi ſacris,
Et Gratiarum, & Veneris, & Floræ ſacris;
Exceſſe iubeo, luminiq; abſiſtere.
Odi profanum vulgus & procul arceo.

Hæc pergula ædes eſt, ſacellum eſt: hîc herus
Studiorum habet domicilium, habet ſapientiæ:
Naturæ in hoc arcana ſcrutari ſolens,
Noua, mira quærens, antè nulli cognita.
Sed & otii ſedem hic, ſed & requieris hic,
Atq; hilaritatis ſedem habet lætiſſimam.
Hic ſuetus animum ſolus, hîc cum æqualibus,
Hîc cumq; amicis, cumq; longinquo hoſpite
Laxare doctis muſicis ſermonibus.
Locus hic ioci, conuiuii quin hic locus,
Modici & modeſti ſed tamen conuiuii:
In quo ſit vnà Phœbus, in quo Virginum
Cœtus ſororum ter trium, atq; iterum trium
Accumbat vnà: queis & interdum ſimul
Admitto Comum, admitto Bacchum; at ſobrios,
Aut limites intra pudentes ebrium hunc,
Illum verecundè iocoſum & garrulum.
Sin fabulis, ſin poculis, laſciuius,
Liberius indulgere video; mox foras
Illum, vel hunc, vel vtrumq; ſimul elimino.
Monitum memineris, quiſquis hîc conuiua eris.
De Pergulà tantum eſt, quod edictum omnibus
Cupio, minutis, maximis, medioximis:
Et ſi alia ſunt, quæ perſequi haud opus arbitror,
Dignum loco, dignumq; ſe quid ſit, putet
Sibi quiſq; ſecum: nunc dabo legem Hortuli.
Primum initus huc liberior eſt, eſt ambitus,
Sed nec cuiuis, ſed nec omni tempore,
Sed nec cuiq; ex arbitratu adeò ſuo.
Ne qui inſciens pecces, habe cuncta ordine.
Licet & virili & ſequiori ſexui
Introire, dum liceat per ætatem tamen.
Quibus hæc negat, cuſtos ſit & dux additus:
Ita & his licuerit. ſi aliter admitti volent,
Pueri, an puellæ venerint; fruſtrà volent.

Maturio-

Maturiores, niſi familiares erunt,
Niſi erunt amici, niue notorem dabunt,
Niue hoſpites hic teſſeram ſecum adferent;
Excludo & ipſos. Virgo, matrona, inſtitam
Induta, pallamve, aut ſtolam, aut aliud genus,
Cui ſyrma poſt tergum trahatur longius.
Tragicam abice veſtem protenus. ſi id rennuis,
(Vt gratiam faciam hanc pudori:) ſaltem age
Attolle caudam pendulam: aut i in rem malam,
Mala peſtis horti vos & exitiabilis.
Iam tempus aduentus & horam commodam
Vis ſcire de me? equidem ipſe non planè ſcio.
Hora alia & alia eſt, certa finiri nequit:
Eadem nec omni eſt tempore opportunitas.
Ab Hero iſta pendent: i, pete illinc tempora,
Et temporum articulos, ita iniunxit mihi
Iniungere aliis. cùm hic dabit veniam, veni.
Sed iam venis? ingredere felici pede.
Dum ingrederis Horto benè precare, & Hero benè,
Benè mihi quoque etiam: aut te retrorſum abigo malè.
Ingreſſus, hîc quadrata vel per compita,
Puluillulorum vel per alios ordines
Licet ambules, errantibus veſtigiis
Multiplicis anfractus legens relegens viæ,
Sed pendula planta atque ſollicito gradu,
Ne fortè temerè hîc quod ſatum aut natum obteras.
Nimio labore & ſumtibus nimiis hero
Ipſæ herbulæ ac cultura earum conſtitit.
Nam quod vides cunque, omne pænè exoticum,
Aduectum ab oris orbis amoti procul,
Procul orbe noſtro, procul & hoc ſole & ſolo:
Ex Italorum tranſditum viridariis,
E Græciæque, Hiſpaniæque, & Galliæ,
Ex Indiæ penitiſſimæ, atque ex Arabiæ.
Tum quidquid eſt, Domini laborauit manus;

Herus

Herus ipſe ſæuit, coluit ipſe. hinc ſcilicet
Vegeta illa vis ortûs, & auctûs facilitas,
Felicitas hinc illa florum & fructuum,
Hinc nitor & ordo, hinc omnis Horti eſt indoles,
Hinc maius herbis pretium, & hnc pretium hortulo.
Cautè ergo. cautè ne quid oblædas caue.
Tranſcurrere hinc inde immodeſtè, atque in modum
Laſciuientis peruagari hœdi abſtine.
Cui pruriunt magè liberum ad motum pedes,
Alium ſibi reperito curſuræ locum:
Niſi vult fricari ſic benignè & molliter,
Pruritus vt tandem in dolorem tranſeat.
Hæc dicta lex, hæc dicta pedibus pœna ſit:
En manibus etiam hanc accipe. Etenim quòd putes,
Si quid placebit, tangere hoc aut tollere:
Caue fueris auſus. nil tibi vti. nil frui
Fas, niſi vel oculis, niſi vel ipſis naribus,
Qui doctus herbas carpere, & flores tamen
Non imperitus legere fors aduenerit,
Vni liceto carpere & legere vnico;
Verùm apta, verùm pauca, verùm haut optima.
Auguſta ſunt hîc ſpolia ſpoliatori huic:
Anguſta ſed ſat præda prædatori huic.
Reliqui manum intra togulam habento. Si tagax
Extuleris ad tactum quis, aut raptum rapax;
Rapieris & tangeris, vt tetigiſſe nil,
Rapuiſſe nil, veniſſe ſed nec mauelis.
Neq; moliens quid me latebis neſcium.
Non ſum Argus equidem, ſic ſat oculatus tamen:
Quócunque agis te, video te, & quodcunque agis.
Non ſum Draco Maſſylus, aduigilo tamen:
Quandoq; vis, conare; nunquam obrepſeris.
Vos moneo, vos præ ceteris iterum ó meæ
Moneo puellæ, parcite horto, parcite
Vobiſmet ipſis. noui ego, vt ſitis malæ

Merces auaræ mercium iſtiuſmodi:
Suetæ quidem, quas fertis intrò ad nos ſinus
Dextraſq; ſteriles, ferre pòſt grauidas foràs.
De more caprarum omnicarparum omnia
Sæuo inuolantes vngue ſine more & modo.
At nil corollis hîc, nihil ſtruppis ſatum:
Nullo hinc amator, ſponſus hinc nullo poteſt
Munuſculo gratiuſculo donarier.
Si quam cupido, ſi lubido coëgerit
Audaciter tentare quid nihilominus:
Iam pœna præſeſt. Pœna quæ ſit, quæritis,
Cùm hîc nulla vobis pareat, quæ alibi aſſolet,
Obſcena virga hortenſis obſceni Dei?
Nil ſanè habere iſtum hîc herus voluit loci.
Penîta namq; hæc pœna, pœnæ nil habet
Conſimile penitus, quam vel vltrò multæ ament.
Neq; talis aut vos, aut herum ſat decuerit.
Sed pœna præſtò eſt & alia: me, me cernite,
Hoc ore ego vos quadriformi per vices,
Hoc tam ore vario tamq; deformi ſenex
Veſtra iſta formoſa & nimis lepida oſcula
Sic baſiando ſuauiando conteram,
Feciſſe vti pœniteat ex animo ſtatim:
Nec baſiandi ſuauiandi pauſa erit
Tamen antè, quàm iuretis vrgenti mihi
Venerem per ipſam, perq; Amorem ipſum ſimul,
Veſtros per oculos perq; amatoris ſimul,
Non facinus vnquam deinde facturas idem.
Iamq; autumo edictum ſatis, queis legibus
Tenuiſſe ſeſe aduentor omnis debeat.
Vos modè tenete: atq; oribus iam ſingulis
Vt ſiniens moneam iterum & iterum ſingulos:
Vir, iuuenis, adoleſcens, puer; tum deinde tu
Matrona, virgo puera; quiſquis, quæq; eris;
Factum bonum, hæc edicta vti ſerues mea.

DE HOR-

De Horto Scholtziano.

Liquerat antiquas nuper VENVS aurea ſedes,
 Viſura Arctoas coram aliquando plagas:
Et veniens ſpiſſa comitum ſtipata caterua,
 Secum in iter Diuos traxerat atq; Deas.
Ibat Apollo ſimul, Muſæ ſimul, & ſimul Horæ,
 Flora ſimul, ſimul & Gratiæ, Amorq; ſimul:
Turbaq; magna Deûm mihi non numeranda minorum,
 Semper Heræ Veneris ſueta ſatellitio.
Dumq; viam faciunt pariter, dumq; omnia luſtrant,
 Et ſi culta minus, ſat tamen ora placet.
Nec crudeli adeò damnata rigore videtur
 Frigoris, aut triſti ſquallida ſic habitu.
Néve foret, vitalem auram, vegetumq; calorem
 Afflantes, facie cuncta nouâ exhilarant.
Quà poſuêre pedem, ſentit ſua munera tellus,
 Sentit & ipſe aër, ſentit & omne animans.
Tandem agros vrbéſq; emenſi exordine plures,
 Attingunt terræ rura SILESIACÆ.
Hæc quoq; terra placet. Veniunt ad mœnia BRESLÆ;
 BRESLÆ, quam caput hæc cetera terra colit.
Vix illò ingreſſis nimis ac nimis Vrbs placet: vna hæc
 Omnibus ante omnes digna videri alias
Viſa: magiſq; magiſq; hæc merces ſola laboris,
 Et tantæ pretium cenſa lucrumq; viæ:
Vnaq; præ cunctis cunctorum dona mereri:
 Quæ dant munificâ maxima quiſq; manu.
Dona ſed hîc memorare breui non omnia verſu
 Fas mihi: ſed nec fas hoc memorare loco.
Vnius ipſa adeò Veneris ius faſq; referre:
 Bellipuelliparæ quæ ſubitò eſſe dedit
Primo etiam aſpectu: mox dein reliquiſq; ſibiq;
 Certans plura dedit plura datura fuit:
Cùm tandem exhauſto, fuerat quodcunq; venuſtum,

M

Te qu

Eſſc

Fatum

Qu

Q

Qui t

Qu

O cœ

Qu

Flos ô

Q v

Ecqu

Ca

Non

Ne

Quid

Vn

Quod

La

VIs

P

PET

In no

Iam p

Nam

Vene

Relg

Atq; Hortum illum adeò, veſterq; meuſq; ſacerdos
  Vrbe hic quem media SCHOLTZIVS ille colit:
SCHOLTZIVS ille, mihi vobiſque meæque cohorti,
  Et reliquis Diuorum omnibus ordinibus
Communis cultor, communi idem omnibus vnus
  Carus amore ſimul, clarus honore ſimul.
Nec dum finierat, & plura parabat Apollo:
  Sermonem rumpens cui medium ipſa Venus:
Sat de vtroque, inquit, nec plura moramur. habemus.
  Et mihi iam notus SCHOLTZIVS & reliquis:
Nec cuiquam ignotus vel per famam illius HORTVS,
  Quem iam illa Eois didit & Heſperiis.
Sed dum vrbē ipſam adeò atq; alia hic opera admiramur
  Noſtrum illud nobis excidit obſtupidis.
Tu verò memor vnus age ò, habitacula iam nunc
  Monſtra, & ad optatum dux celer eſto locum.
Dum Venus hæc, reliqui aſſenſu fremuere ſecundo:
  Nec mora, præcipiti curſu inière viam.
Prouolat extra aliam turbam plaudentibus alis
  Hei leuis ille Puer, ſed grauis ille Puer.
Iamque propinquantes horto, cuncti agmine denſo
  Feſtinant cupidis greſſibus irruere.
Sed retinet dux Phœbus, & ordine quemque decente
  Admittens, tribuit mox ſua cuique loca.
Prima VENVS regina Horti fit, proxima FLORA,
  Deinde Horæ & Charites, deinde Amor & reliqui.
Ipſe ſibi Muſiſque magis ſecreta reſeruans
  Eligit anguſtum Cynthius atriolum.
Et præ Parnaſſo præque omnibus ante-viretis
  Hic porrò inſtituit docta cohors colere.
Tum choreæ plauſuſque & totum feſta per hortum
  Gaudia: lætitiæ perpetis auſpicium.
Huc veniſſe iuuat, porrò hic habitare iuuabit:
  Hic DEVS, hic DEA ſum, quilibet ingeminant.
Hic Venus ipſa ſibi placet: hæc viridaria cœlo

Theſauro è tanto nil ſupereſſe videt.
Et videt, & ſimul hæc: Quando nihil ergo venuſtum
Iam Veneri ſupereſt, eſt ſuper ipſa Venus.
Ipſa Venus mihi ſola ſuperſum, & denique totam
Me quoque donaui, cui mea cuncta dabo.
Me ſibi BRESLA habeat: porrò hic habitare, per orbem
Et reliquum populis hinc dare iura iuuat.
Idalium, Paphos, atque Amathus, atque alta Cythera,
Et vos cetera nunc regna valete mea.
BRESLA mihi iam dehinc regnum. Voſque ipſa valete
Nomina priſca: nouo nomine macta cluam.
Sum BRESLÆA VENVS, VENVS & BRESLÆA vocari
Gaudeo: & agnoſci, & dici ea ſola volo.
Dixerat: & reliquos pariter dicentis ab ore
Pendentes miro mouerat eloquio:
Affectuque adeo illo eôdem ſuccenderat omnes,
Capta ſuo capiens rurſus amore ſuos:
Nullus vt hac porrò vellet diſcedere ab vrbe,
Perpetuus Veneri ſed remanere comes.
Certatim ergò igitur plaudunt, atque ore manuque
Signa animi iſtius dant manifeſta ſui.
Iamque omnes ſtudioſo oculo vnà cum Venere ipſa,
Solliciti Veneri ſollicitique ſibi,
Sedem aptam circumſpiciunt, & idonea Diuis
Hoſpitia, imò ædes perpetuamque domum.
Tum Phœbus: Quid opus trepidâ ſic quærere cura
Quod præſtò eſt? præſtò eſt certaque & apta domus.
Prouida nimirum hanc iam pridem fata pararunt:
Quam noſtro tandem noſcite ab indicio:
Ni tamen & plures veſtrûm iam noſtis inantè,
Quod reor: & cauſſa eſt cur ita iure rear.
Namque tibi Venus, & tibi Flora, & denique vobis
Horæ & cognata his Numina vos alia:
Vobis, hortorum cura eſt queis propria, credam
Hortum notum vnum ſcilicet eſſe minus?

Atque

Atq; Hortum illum adeò,veſterq́; meuſq́; ſacerdos
 Vrbe hic quem media SCHOLTZIVS ille colit:
SCHOLTZIVS ille, mihi vobiſque meæque cohorti,
 Et reliquis Diuorum omnibus ordinibus
Communis cultor, communi idem omnibus vnus
 Carus amore ſimul, clarus honore ſimul.
Nec dum finierat, & plura parabat Apollo:
 Sermonem rumpens cui medium ipſa Venus:
Sat de vtroque, inquit, nec plura moramur, habemus.
 Et mihi iam notus SCHOLTZIVS & reliquis:
Nec cuiquam ignotus vel per famam illius HORTVS,
 Quem iam illa Eois didit & Heſperiis.
Sed dum vrbē ipſam adeò atq; alia hîc opera admiramur
 Noſtrum illud nobis excidit obſtupidis.
Tu verò memor vnus, age ò, habitacula iam nunc
 Monſtra, & ad optatum dux celer eſto locum.
Dum Venus hæc, reliqui aſſenſu fremuére ſecundo:
 Nec mora, præcipiti curſu iniére viam.
Prouolat extra aliam turbam plaudentibus alis
 Hei leuis ille Puer, ſed grauis ille Puer.
Iamque propinquantes horto, cuncti agmine denſo
 Feſtinant cupidis greſſibus irruere.
Sed retinet dux Phœbus, & ordine quemque decente
 Admittens, tribuit mox ſua cuique loca.
Prima VENVS regina Horti fit, proxima FLORA,
 Deinde Horæ & Charites, deinde Amor & reliqui.
Ipſe ſibi Muſiſque magis ſecreta reſeruans
 Eligit auguſtum Cynthius atriolum.
Et præ Parnaſſo præque omnibus ante-viretis
 Hîc porrò inſtituit docta cohors colere.
Tum choreæ plauſuſque & totum feſta per hortum
 Gaudia: lætitiæ perpetis auſpicium.
Huc veniſſe iuuat, porrò hîc habitare iuuabit:
 Hîc DEVS, hic DEA ſum quilibet ingeminant.
Hîc Venus ipſa ſibi placet: hæc viridaria cœlo

 Mutare

Theſauro è tanto nil ſupereſſe, videt.
Et videt, & ſimul hæc: Quando nihil ergo venuſtum
Iam Veneri ſupereſt, eſt ſuper ipſa Venus.
Ipſa Venus mihi ſola ſuperſum, & denique totam
Me quoque donaui, cui mea cuncta dabo.
Me ſibi BRESLA habeat: porrò hic habitare, per orbem
Et reliquum populis hinc dare iura iuuat.
Idalium, Paphos, atque Amathus, atque alta Cythera,
Et vos cetera nunc regna valete mea.
BRESLA mihi iam dehinc regnum. Voſque ipſa valete
Nomina priſca: nouo nomine macta cluam.
Sum BRESLÆA VENVS, VENVS & BRESLÆA vo-
Gaudeo: & agnoſci, & dici ea ſola volo. (cari
Dixerat: & reliquos pariter dicentis ab ore
Pendentes miro mouerat eloquio:
Affectuque adeò illo eôdem ſuccenderat omnes,
Capta ſuo capiens rurſus amore ſuos:
Nullus vt hac porrò vellet diſcedere ab vrbe,
Perpetuus Veneri ſed remanere comes.
Certatim ergò igitur plaudunt, atque ore manuque
Signa animi iſtius dant manifeſta ſui.
Iamque omnes ſtudioſo oculo vnà cum Venere ipſa,
Solliciti Veneri ſollicitique ſibi,
Sedem aptam circumſpiciunt, & idonea Diuis
Hoſpitia, imò ædes perpetuamque domum.
Tum Phœbus: Quid opus trepidâ ſic quærere cura
Quod præſtò eſt? præſtò eſt certaque & apta domus.
Prouida nimirum hanc iam pridem fata pararunt:
Quam noſtro tandem noſcite ab indicio:
Ni tamen & plures veſtrûm iam noſtis inantè,
Quod reor: & cauſſa eſt cur ita iure rear.
Namque tibi Venus, & tibi Flora, & denique vobis
Horæ & cognata his Numina vos alia:
Vobis, hortorum cura eſt queis propria, credam
Hortum notum vnum ſcilicet eſſe minus?

Atque

Atq; Hortum illum adeò, veſterq; meuſq; ſacerdos
  Vrbe hic quem media SCHOLTZIVS ille colit:
SCHOLTZIVS ille, mihi vobiſque meæque cohorti,
  Et reliquis Diuorum omnibus ordinibus
Communis cultor, communi idem omnibus vnus
  Carus amore ſimul, clarus honore ſimul.
Nec dum finierat, & plura parabat Apollo:
  Sermonem rumpens cui medium ipſa Venus:
Sat de vtroque, inquit, nec plura moramur. habemus.
  Et mihi iam notus SCHOLTZIVS & reliquis:
Nec cuiquam ignotus vel per famam illius HORTVS,
  Quem iam illa Eois didit & Heſperiis.
Sed dum vrbē ipſam adeò atq; alia hic opera admiramur
  Noſtrum illud nobis excidit obſtupidis.
Tu verò memor vnus, age ò, habitacula iam nunc
  Monſtra, & ad optatum dux celer eſto locum.
Dum Venus hæc, reliqui aſſenſu fremuére ſecundo:
  Nec mora, præcipiti curſu inière viam.
Prouolat extra aliam turbam plaudentibus alis
  Hei leuis ille Puer, ſed grauis ille Puer.
Iamque propinquantes horto, cuncti agmine denſo
  Feſtinant cupidis greſſibus irruere.
Sed retinet dux Phœbus, & ordine quemque decente
  Admittens, tribuit mox ſua cuique loca.
Prima VENVS regina Horti fit, proxima FLORA,
  Deinde Horæ & Charites, deinde Amor & reliqui.
Ipſe ſibi Muſiſque magis ſecreta reſeruans
  Eligit auguſtum Cynthius atriolum.
Et præ Parnaſſo præque omnibus ante-viretis
  Hic porrò inſtituit docta cohors colere.
Tum choreæ plauſuſque & totum feſta per hortum
  Gaudia: lætitiæ pērpetis auſpicium.
Huc veniſſe iuuat, porrò hic habitare iuuabit:
  Hic DEVS, hic DEA ſum, quilibet ingeminant.
Hic Venus ipſa ſibi placet: hæc viridaria cœlo

 Mutare

Theſauro è tanto nil ſupereſſe videt.
Et videt, & ſimul hæc: Quando nihil ergo venuſtum
Iam Veneri ſupereſt, eſt ſuper ipſa Venus.
Ipſa Venus mihi ſola ſuperſum, & denique totam
Me quoque donaui, cui mea cuncta dabo.
Me ſibi BRESLA habeat: porrò hîc habitare, per orbem
Et reliquum populis hinc dare iura iuuat.
Idalium, Paphos, atque Amathus, atque alta Cythera,
Et vos cetera nunc regna valete mea.
BRESLA mihi iam dehinc regnum. Voſque ipſa valete
Nomina priſca: nouo nomine macta cluam.
Sum BRESLÆA VENVS, VENVS & BRESLÆA vocari
Gaudeo: & agnoſci, & dici ea ſola volo.
Dixerat: & reliquos pariter dicentis ab ore
Pendentes miro mouerat eloquio:
Affectuque adeò illo eôdem ſuccenderat omnes,
Capta ſuo capiens rurſus amore ſuos:
Nullus vt hac porrò vellet diſcedere ab vrbe,
Perpetuus Veneri ſed remanere comes.
Certatim ergò igitur plaudunt, atque ore manuque
Signa animi iſtius dant manifeſta ſui.
Iamque omnes ſtudioſo oculo vnà cum Venere ipſa,
Sollicitì Veneri ſollicitique ſibi,
Sedem aptam circumſpiciunt, & idonea Diuis
Hoſpitia, imò ædes perpetuamque domum.
Tum Phœbus: Quid opus trepidâ ſic quærere cura
Quod præſtò eſt? præſtò eſt certaque & apta domus.
Prouida nimirum hanc iam pridem fata pararunt:
Quam noſtro tandem noſcite ab indicio:
Ni tamen & plures veſtrûm iam noſtis inantè,
Quod reor: & cauſſa eſt cur ita iure rear.
Namque tibi Venus, & tibi Flora, & denique vobis
Horæ & cognata his Numina vos alia:
Vobis, hortorum cura eſt queis propria, credam
Hortum notum vnum ſcilicet eſſe minus?

Atq; Hortum illum adeò, veſterq; meuſq; ſacerdos
  Vrbe hic quem media SCHOLTZIVS ille colit:
SCHOLTZIVS ille, mihi vobiſque meæque cohorti,
  Et reliquis Diuorum omnibus ordinibus
Communis cultor, communi idem omnibus vnus
  Carus amore ſimul, clarus honore ſimul.
Nec dum finierat, & plura parabat Apollo:
  Sermonem rumpens cui medium ipſa Venus:
Sat de vtroque, inquit, nec plura moramur. habemus.
  Et mihi iam notus SCHOLTZIVS & reliquis:
Nec cuiquam ignotus vel per famam illius HORTVS,
  Quem iam illa Eois didit & Heſperiis.
Sed dum vrbē ipſam adeò atq; alia hîc opera admiramur
  Noſtrum illud nobis excidit obſtupidis.
Tu verò memor vnus, age ò, habitacula iam nunc
  Monſtra, & ad optatum dux celer eſto locum.
Dum Venus hæc, reliqui aſſenſu fremuére ſecundo:
  Nec mora, præcipiti curſu iniére viam.
Prouolat extra aliam turbam plaudentibus alis
  Hei leuis ille Puer, ſed grauis ille Puer.
Iamque propinquantes horto, cuncti agmine denſo
  Feſtinant cupidis greſſibus irruere.
Sed retinet dux Phœbus, & ordine quemque decente
  Admittens, tribuit mox ſua cuique loca.
Prima VENVS regina Horti fit, proxima FLORA,
  Deinde Horæ & Charites, deinde Amor & reliqui.
Ipſe ſibi Muſiſque magis ſecreta reſeruans
  Eligit auguſtum Cynthius atriolum.
Et præ Parnaſſo præque omnibus ante-viretis
  Hîc porrò inſtituit docta cohors colere.
Tum choreæ plauſuſque & totum feſta per hortum
  Gaudia: lætitiæ perpetis auſpicium.
Huc veniſſe iuuat, porrò hîc habitare iuuabit:
  Hîc DEVS, hic DEA ſum, quilibet ingeminant.
Hîc Venus ipſa ſibi placet: hæc viridaria cœlo

Merces auaræ mercium iſtiuſmodi:
Suetæ quidem, quas fertis intrò ad nos ſinus
Dextraſq; ſteriles, ferre pòſt grauidas forâs.
De more caprarum omnicarparum omnia
Sæuo inuolantes vngue ſine more & modo.
At nil corollis hîc, nihil ſtruppis ſatum:
Nullo hinc amator, ſponſus hinc nullo poteſt
Munuſculo gratiuſculo donarier.
Si quam cupido, ſi lubido coëgerit
Audaciter tentare quid nihilominus:
Iam pœna præſeſt. Pœna quæ ſit, quæritis,
Cùm hîc nulla vobis pareat, quæ alibi aſſolet,
Obſcena virga hortenſis obſceni Dei?
Nil ſanè habere iſtum hîc herus voluit loci.
Penita namq; hæc pœna, pœnæ nil habet
Conſimile penitus, quam vel vltrò multæ ament.
Neq; talis aut vos, aut herum ſat decuerit.
Sed pœna præſtò eſt & alia: me, me cernite,
Hoc ore ego vos quadriformi per vices,
Hoc tam ore vario tamq; deformi ſenex
Veſtra iſta formoſa & nimis lepida oſcula
Sic baſiando ſuauiando conteram,
Feciſſe vti pœniteat ex animo ſtatim:
Nec baſiandi ſuauiandi pauſa erit
Tamen antè, quàm iuretis vrgenti mihi
Venerem per ipſam, perq; Amorem ipſum ſimul,
Veſtros per oculos perq; amatoris ſimul,
Non facinus vnquam deinde facturas idem.
Iamq; autumo edictum ſatis, queis legibus
Tenuiſſe ſeſe aduentor omnis debeat.
Vos modè tenete: atq; oribus iam ſingulis
Vt finiens moneam iterum & iterum ſingulos:
Vir, iuuenis, adoleſcens, puer; tum deinde tu
Matrona, virgo puera; quiſquis, quæq; eris;
Factum bonum, hæc edicta vti ſerues mea.

DE HOR-

De Horto Scholtziano.

Liquerat antiquas nuper VENVS aurea ſedes,
  Viſura Arctoas coram aliquando plagas:
Et veniens ſpiſſa comitum ſtipata cateruâ,
  Secum in iter Diuos traxerat atq; Deas.
Ibat Apollo ſimul, Muſæ ſimul, & ſimul Horæ,
  Flora ſimul, ſimul & Gratiæ, Amorq; ſimul:
Turbaq; magna Deûm mihi non numeranda minorum,
  Semper Heræ Veneris ſueta ſatellitio.
Dumq; viam faciunt pariter, dumq; omnia luſtrant,
  Et ſi culta minus, ſat tamen ora placet.
Nec crudeli adeò damnata rigore videtur
  Frigoris, aut triſti ſquallida ſic habitu.
Néve foret, vitalem auram, vegetumq; calorem
  Afflantes, facie cuncta nouâ exhilarant.
Quà poſuêre pedem, ſentit ſua munera tellus,
  Sentit & ipſe aër, ſentit & omne animans.
Tandem agros vrbéſq; emenſi ex ordine plures,
  Attingunt terræ rura SILESIACÆ.
Hæc quoq; terra placet. Veniunt ad mœnia BRESLÆ:
  BRESLÆ, quam caput hæc cetera terra colit.
Vix illò ingreſſis nimis ac nimis Vrbs placet: vna hæc
  Omnibus ante omnes digna videri alias
Viſa: magiſq; magiſq; hæc merces ſola laboris,
  Et tantæ pretium cenſa lucrumq; viæ:
Vnaq; præ cunctis cunctorum dona mereri:
  Quæ dant munificâ maxima quiſq; manu.
Dona ſed hic memorare breui non omnia verſu
  Fas mihi: ſed nec fas hoc memorare loco.
Vnius ipſa adeò Veneris ius faſq; referre:
  Bellipuelliparæ quæ ſubitò eſſe dedit
Primo etiam aſpectu: mox dein reliquiſq; ſibiq;
  Certans plura dedit plura datura fuit:
Cùm tandem exhauſto, fuerat quodcunq; venuſtum,

Theſauro è tanto nil ſupereſſe, videt.
Et videt, & ſimul hæc: Quando nihil ergo venuſtum
Iam Veneri ſupereſt, eſt ſuper ipſa Venus.
Ipſa Venus mihi ſola ſuperſum, & denique totam
Me quoque donaui, cui mea cuncta dabo.
Me ſibi BRESLA habeat: porrò hic habitare, per orbem
Et reliquum populis hinc dare iura iuuat.
Idalium, Paphos, atque Amathus, atque alta Cythera,
Et vos cetera nunc regna valete mea.
BRESLA mihi iam dehinc regnum. Voſque ipſa valete
Nomina priſca: nouo nomine macta cluam.
Sum BRESLÆA VENVS, VENVS & BRESLÆA vo-
Gaudeo: & agnoſci, & dici ea ſola volo. (cari
Dixerat: & reliquos pariter dicentis ab ore
Pendentes miro mouerat eloquio:
Affectuque adeo illo eôdem ſuccenderat omnes,
Capta ſuo capiens rurſus amore ſuos:
Nullus vt hac porrò vellet diſcedere ab vrbe,
Perpetuus Veneri ſed remanere comes.
Certatim ergò igitur plaudunt, atque ore manuque
Signa animi iſtius dant manifeſta ſui.
Iamque omnes ſtudioſo oculo vnà cum Venere ipſa,
Sollicitì Veneri ſollicitique ſibi,
Sedem aptam circumſpiciunt, & idonea Diuis
Hoſpitia, imò ædes perpetuamque domum.
Tum Phœbus: Quid opus trepidâ ſic quærere cura
Quod præſtò eſt? præſtò eſt certaque & apta domus.
Prouida nimirum hanc iam pridem fata pararunt:
Quam noſtro tandem noſcite ab indicio:
Ni tamen & plures veſtrûm iam noſtis inantè,
Quod reor: & cauſſa eſt cur ita iure rear.
Namque tibi Venus, & tibi Flora, & denique vobis
Horæ & cognata his Numina vos alia:
Vobis, hortorum cura eſt queis propria, credam
Hortum notum vnum ſcilicet eſſe minus?

Atque

Atq; Hortum illum adeò, veſterq; meuſq; ſacerdos
  Vrbe hic quem media SCHOLTZIVS ille colit:
SCHOLTZIVS ille, mihi vobiſque meæque cohorti,
  Et reliquis Diuorum omnibus ordinibus
Communis cultor, communi idem omnibus vnus
  Carus amore ſimul, clarus honore ſimul.
Nec dum finierat, & plura parabat Apollo:
  Sermonem rumpens cui medium ipſa Venus:
Sat de vtroque, inquit, nec plura moramur. habemus.
  Et mihi iam notus SCHOLTZIVS & reliquis:
Nec cuiquam ignotus vel per famam illius HORTVS,
  Quem iam illa Eois didit & Heſperiis.
Sed dum vrbẽ ipſam adeò atq; alia hîc opera admiramur
  Noſtrum illud nobis excidit obſtupidis.
Tu verò memor vnus, age ò, habitacula iam nunc
  Monſtra, & ad optatum dux celer eſto locum.
Dum Venus hæc, reliqui aſſenſu fremuére ſecundo:
  Nec mora, præcipiti curſu iniêre viam.
Prouolat extra aliam turbam plaudentibus alis
  Hei leuis ille Puer, ſed grauis ille Puer.
Iamque propinquantes horto, cuncti agmine denſo
  Feſtinant cupidis greſſibus irruere.
Sed retinet dux Phœbus, & ordine quemque decente
  Admittens, tribuit mox ſua cuique loca.
Prima VENVS regina Horti fit, proxima FLORA,
  Deinde Horæ & Charites, deinde Amor & reliqui.
Ipſe ſibi Muſiſque magis ſecreta reſeruans
  Eligit auguſtum Cynthius atriolum.
Et præ Parnaſſo præque omnibus ante-viretis
  Hîc porrò inſtituit docta cohors colere.
Tum choreæ plauſuſque & totum feſta per hortum
  Gaudia: lætitiæ perpetis auſpicium.
Huc veniſſe iuuat, porrò hîc habitare iuuabit:
  Hîc DEVS, hîc DEA ſum, quilibet ingeminant.
Hîc Venus ipſa ſibi placet: hæc viridaria cœlo

 Mutare

Mutare exhinc iam nolit & ambroſia.
Hîc florere ſibi, hîc verè ſibi Flora videtur,
Et Zephyrei horti iam meminiſſe pudet.
Hîc Horæ ſibi gratantes tempe omnia ſpernunt:
Hîc & ouant Charites, hîcq; triumphat Amor.
Hîc vulgus reliquum non iam ſe vulgus haberi,
Iamq; Deûm nulli hac cedere ſortè putat.
Hîc omnes quæcunq; alibi tenuére per orbem
Singula, in vno vnà cuncta loco inueniunt.
Quandoquidem hîc Natura ſimul paruo omnia gyro
Cluſit, quæ vario ſparſit vbiq; ſolo.
Nam quid ego per ſingula eam prolixius? aut quid
Summa adeò vlterius iam capita ipſa ſequar?
Non mihi ſedem ipſam atq; hortum deſcribere talem
Mens fuit: in quod nec vis ſiet vlla mihi:
Saltem cultores vrbiſq; hortiq; referre,
Indigetes porrò dehinc vtriuſq; DEOS.
Quos, vt poſſem cunq;, mei mihi nominis auctor
Sic narrare fuit auctor ACIDALIA.
Et iam nil reliquum, niſi corde atq; ore fauere
Vrbi, vrbiſq; Horto, hortiq; ſimul Domino.
BRESLAM igitur felicem, vrbs quæ vna ita Numina a-
Tot cepitq; ſui, capta tenetq; ſui! (more
Atq; HORTVM felicem, vrbis qui totius vna
Digna tot eſt ſedes atq; ita grata Diis!
Et DOMINVM felicem, horum hæc collegia Diuûm
Hîc ſtatuére ſuum quem ſibi ſemper-Herum!
Sis felix ô BRESLA tuâ VENERE vſq; venuſta,
Et dio reliquûm dia Deûm hoſpitio.
Sis felix ô HORTE tuâ Venere vſq; venuſte,
Et FLORA flore floridus vſq; tuâ.
Tuq; HERE ſis felix: ter felix, terq; beate
Hac Patria, hoc Horto, Diiſq; tot hiſce tuis.

FINIS.

MELCHIO-

MELCHIORIS ACONTII, VRSELLANI.

In Nuptias Georgii Sabini.

GAudia Melpomene noua dum celebramus adeſto,
Te ſine non vllum ſuſcipiemus opus.
Pone ſupercilii ſanctum grauioris honorem,
Vt cithara carmen liberiore canas.
Sume nouas frondes capiti, ſic poſtulat vſus:
Impediantq; leues florida ſerta comas.
Mollia de tenui faciamus carmina filo,
Qualia vel ſponſus, vel noua nupta, legat.
Venit enim tempus, quo nata Melanchthone virgo
Ducitur in thalamos docte SABINE tuos:
Quam toties votis ardentibus antè petebas,
Vt leuis æſtiuo tempore ceruus aquas
Hanc tibi iam lucem nitido produxit ab axe,
Per cœlum volucres qui moderatur equos,
Quæq; tui ſemper caſto flagrabat amore,
Iam venit in thalamos Anna SABINE tuos.
Cur Hymenæe faces aſſuetaq; munera ceſſant?
Sume tuos cultus atq; Hymenæe veni.
Te ſine non vlli bene coniunguntur amantes,
Nullus ad extremum te ſine perſtat amor.
Ille parum felix merito torus eſſe putatur,
Qui caruit tædis ô Hymenæe tuis.
Quare age; cinge comam ſertis, cape flammea tecum,
Sume tuas tædas atq; Hymenæe veni.
Vt noua præſenti connubia numine firmes,
Quàm primum veniens Heſperus ortus erit.
Fallor? an excelſis ſub turribus æra dederunt
Tibiaq; & rauca tympana voce ſonum?
Inſonuere, vocant ſtantis procul agmina turbæ,
Vtq; petat ſponſus lucida templa monent.

Digitized by Google

Ite, quid hic ſtatis iuuenes, deducite ſponſum?
Et vos longæui turba verenda ſenes.
Tu quoq; virginibus comitantibus Anna ſub ædem
Pauca ſacerdotis voce monenda veni.
Vt rata ſint, coram populo ſanctiſſima fient
Fœdera, conſuetæ relligionis opus.
Dextera iam dextræ iungetur, & ante deorum
Ora, ſacras veſtrûm fundet vterque preces.
Numine placato feliciter omnia cedent,
Euenit aduerſo nil niſi triſte Deo.
Eſt aliquid ſuperis cœpiſſe fauentibus illud,
Stare quod illæſum perpetuumque velis.
Ite igitur quo ſacra iubent, ſuperiſque vocatis
Auſpicium fauſti ſumite coniugii
Hic etiam vitæ præcepta ſalubria vobis
Dantur, quos licito iungit amore Deus.
Vt viridi ſeſe vitis noua ſubiicit vlmo,
Et quo ſe teneat, quodque ſequatur habet:
Sic pia dilectum conſueſcet amare maritum
Vxor, & illius iuſſa benigna ſequi.
Fidus amor paribus conſtringat pectora nodis,
Diligat illa ſuam, diligat illa ſuum.
Hæc vbi diuino perlegerit ore Sacerdos,
Actaque res ſacræ relligionis erit,
Linquite cum templis ſuperos, iam tecta ſubire
Tempus, & inſtructæ limina celſa domus.
Ordine diſpoſiti longis accumbite menſis,
Quiſque ſuo, iuuenis, fœmina, virgo, loco.
Corpora quid prohibet dapibus recreare cibiſque
Dulcibus, & ſumto corda leuare mero?
Quiſquis ades, cupidè præſentibus vtere rebus,
Vtilis in menſa non ſolet eſſe pudor.
Qui ſapit è multis ſibi conuenientia ſumet,
Siue Ceres cordi, ſiue Lyæus erit.
Hæc duo ſi deſint, hilares qui ſumere vultus,

Quiſue iocis poterit lætitiaque frui?
Pocula lætitiam mortalibus addere norunt,
Cum biberit, triſtis deſinet eſſe, Cato.
Nunc igitur, quoniam ſunt omnia læta, bibatis,
Si modo Germano viuere more iuuat.
Ecce quid hoc? ſurgunt poſt prandia longa puellæ,
Forte parant ſolito duc ere more choros.
Tibia iam ſonuit, poſcuntque ſonora choreas
Tympana de validi tergore facta bouis.
Surgite vos contra iuuenes, quibus integer æui
Sanguis, & in forti corpore robur ineſt,
Dum licet & tempus ſinit, indulgete choreis,
Nulla puellarum res magis apta gregi.
Veſtraque non Marti tantummodo conuenit ætas,
Eſſe etiam Veneris luſibus apta ſolet.
Nec tamen iccirco leges ſoluiſſe pudoris,
Atque pudicitiæ vincula ſancta velim.
Abſint nequitiæ ſcelerumque libido creatrix,
Quæque ſolet fines tranſiliiſſe Venus.
Ite pares animis, cum caſtis ludite caſtè,
Hoc licitus veſter nomine luſus erit.
Eligat è medio, quam quiſque probauerit antè,
Inter enim multas vna placere poteſt.
Non eadem facies eſt omnibus, aſpice, dices
In tamen his faciem quamque decere ſuam.
Colla niuem poterunt, aurum ſuperare capilli,
Ora roſas, molles alba liguſtra manus.
Roma tot ac tales vix educat alta puellas:
Ipſa ſua quamuis regnat in vrbe Venus.
Magnificæ variis incedunt cultibus omnes,
Nec leuis hac formæ iungitur arte decor.
Illa niuem Scythicam referentes ſumit amictus,
Illa roſis ſimiles induit, illa croco.
Hæ virides herbas cultu ſimulante teguntur:
His maris arridet cœruleúſue color.

Eſt etiam pullæ non infima gratia veſtis,
Sæpe tegunt niueum ſyrmata pulla latus.
Delectant alias alia, & ſua cuiq; probantur:
Totaq; plebs cultu verſicolore nitet.
Sic varii pingunt viridantia prata colores,
Frigida cùm Zephyro flante recedit hyems.
Sponſa tamen reliquis formoſior omnibus vna
Incedit medio conſpicienda choro:
Cuius & ingenui mores, vultuſq; decori
Vix poſſunt numeris, vt meruêre, cani.
Aſpice purpurei decus oris, vt æmula certent
Cum cœli nitidis lumina ſideribus.
Aſpice lucentum ſit gratia quanta genarum,
Ac ſi quis niueum ſanguine tingat ebur.
Quantus ineſt membris decor omnibus: aut ego fallor,
Aut Venus huic ceſton tradidit ipſa ſuum.
Iuppiter hanc Ledæ præponeret, optima quamuis
Leda puellarum dicta ſit eſſe decus.
Huius in amplexus quam Daphnes mallet Apollo
Ire, licet Daphnes optima forma fuit.
Redderet Atridæ, quam ſuſtulit ante, Lacænam,
Si præſens huius cerneret ora Paris.
Hanc peteret certè per mille pericula Ponti,
Cui toties nandi cauſſa puella fuit.
O quoties aliquis iuuenum ſuſpiria ducit,
Inſcius aſpectu cum ſtupet, Anna tuo.
Immotoſq; tenens oculos miratur, & hærens
Cogitat an ſimilem viderit antè tibi.
Digna potes certè genitore Melanchthone dici,
Nataq;. qua genetrix eſſe ſuperba queat.
Coniuge præterea digniſſima vate Sabino,
Quo nihil hic noſter pulcrius Albis habet.
Cui generoſa fauens aſpirat carmina Phœbus,
Plenaq; Caſtaliæ pocula donat aquæ,
Ante miniſtrauit vel qualia ſæpe Maroni,

Vel tibi

Digitized by Google

Vel tibi Pelignis orte Poëta iugis.
Huic nuptura viro, fortunatiſſima iure
Diceris ô ſummo digna puella Ioue.
Iam prope veſter adeſt, lætiſq; exacta choreis
Candida feſtino cedit ab axe dies.
Nox ruit & toto deſcendit plurima cœlo,
Inq; polo latè ſplendida ſigna micant,
Iamq; faces pueri manibus præferre iugales
Incipiunt, crebro lucet ab igne domus.
Nunc Hymenæe veni, cupidi iungantur amantes,
Officio præſens indiget hora tuo.
Ecce venit, date cuncta locum, Deus ecce vocantes
Audiit, ad munus lætus it ipſe ſuum,
Sidereus natum cœleſti ſemine ſplendor,
Et magnum facies arguit eſſe Deum.
Prima genas ſignat niueas lanugo, nec illi
Vlla vetuſtatis tempora longa nocent:
Semper enim iuuenis, ſine barba ſemper, & idem
Qua fieri poſſit, neſcit ab arte ſenex.
Sic etiam perhibent te Phœbe ſeneſcere nunquam,
Et tibi perpetuò Bacche iuuenta manet.
Eſt & in ornatu decor haud vulgaris, habetq;
Non dubias magni numinis ille notas.
Aurea flauentes innectunt ſerta capillos,
Quæ digitis Charitum nexa fuere trium.
Dextra facem puro rutilantem concutit igne,
Læua tenet laxos veſte fluente ſinus.
Vocibus vt graditur, quas accipit vndiq;, lætus,
Qua venit ambroſio ſpirat odore locus.
Ante Poëtarum thalamos ſic iuit ad altos
Siue tuus Naſo, ſiue Eobane tuos.
Iamq; facem quaſſans, medium circumſpicit agmen,
Virgineos tandem deſere ſponſa choros.
Non opus eſt lacrimis. Ah parce tenerrima parce,
Pulcra quid effuſis fletibus ora rigas?

Et tre-

Digitized by Google

Et trepidas, veluti conſpecto territa quondam
Agna lupo, matri quando relicta ſuæ eſt.
Quid ſubitò auerſans ſperatæ gaudia noctis,
Iam ſterili malles virginitate frui?
Ne tener ah tanti tibi ſit pudor, i, pete lectum,
Quo Deus & mater nomina fida vocant.
Ipſe toro reſidens, Ades ô pulcherrima, clamat
Sponſus, & ô noſtri pectoris ardor ades.
Quid iuuat ardentem multum torquere morando?
Tradite iam ſponſam, tradidit antè parens.
En Hymenæus abit, thalamus iam clauditur, intus
Molliter amborum pectora iunget Hymen.
At vos legitimo quos fœdere numina iungunt,
Egregium lætæ munus obite deæ.
Soluite primitias Veneri, ſic dulcia vobis
Mutuus aſſiduo bella mouebit amor.
Nomen vt optatum contingat vtrique parentis,
Non tantum ſuperi crebraque vota dabunt.
Veſter erit potius labor hic. Iam deſine plura
Melpomene, caſtis hæc cecinſſe ſat eſt.
Cætera, qui thalamum ſimul eſt ingreſſus, amantes
Omnia præſenti voce monebit Hymen.
Nunc igitur poteris conſueta reuiſere Tempe,
Siue ea Parnaſſus, ſiue ea Pindus habet.
Ante tamen, quam diua abeas, optabis vtrique,
Poſſit vt exactis menſibus eſſe parens.
Auſpicibuſque Diis peragendos molliter annos,
Illa Sibyllinos, Neſtoris ille, ferat.

In eaſdem Nuptias.

NVper ad Aonii loca formoſiſſima montis
Diua ſub ingenti platano Cytherea ſedebat,
Hic vbi Dædaleis conſtruxerat artibus illi
Lemnius auratis circundans ſæpibus hortum,
Coniugis inductus precibus; Silueſtria circum

Numina

Numina nympharum ſtabant. paſſimque per herbas,
Ludebant teneri, grex inſidioſus, amores,
Miſta quibus comitem ſe læta virago Iuuentus
Addiderat, leuitaſque, & mollis numen Iacchi,
Ridiculuſque furor, ſtultæque inſania mentis,
Et plures alii cognati Diique Deæque,
Ipſa Venus nitido texebat pollice ſertum,
Ac niueis virides miſcebat floribus herbas,
Quas neque contigerant immitis frigora brumæ,
Feruidus ardenti neque ſol exuſſerat igne
Dum ſedet, & cœpto fauet irrequieta labori,
Exaudit ſtrepitum nati venientis, & arcus
Agnoſcit ſonitum, quem dextera geſtat Amoris,
Ille volans ſummi per inania nubila cœli,
Aëra ſcindebat vibrantibus impiger alis.
Iamque ſuæ gremio, demiſſus ab æthere, matris
Factus erat propior: pharetram proiecit & arcum,
Paruaque materno circumdans brachia collo,
Accipe mater ait, quæ iam mihi gloria rurſus
Parta ſit his ipſis, quibus omnia vincimus, armis.
Illa ſui quamuis pueri crudelia norat
Facta, tamen ridens placido ſic incipit ore:
Quos iterum refers ô audaciſſime nobis
Nate dolos adeo qui te fecêre ſuperbum?
Num meus eſt iterum genitor conuerſus in aurum?
Num faciem tauri rugoſaque cornua ſumſit?
Num Cybelen. quamuis anus & veneranda deorum
Sit genitrix, lentis ſuccendis amoribus audax?
Perque nemus Phrygia diſcurrere cogis in Ida
Oblitam decoris, Gallis comitantibus ipſam?
Forſan vt es ſemper nimium temerarius, aſtu
Auſus es Aonias aliquo turbare ſorores,
Quæque tuæ ſemper ſpreuerunt vulnera dextræ,
Fallor, an has etiam peregrina fraude, dolóve
Dura coëgiſti ſub regna Cupidinis ire?

Digitized by Google

Quicquid id eſt, certè metuo vereorq; Cupido,
Ne malè te ſubitò tanta hæc audacia perdat.
Cui puer: Eſt aliud quod me facit eſſe ſuperbum
Cara parens. multos deuicimus, boſq; Poetas,
Qui mea dicebant fruſtra ſibi tela parari,
Quandoquidem Muſas colerent caſtoſq; liquores
Pegaſei fontis gelida ſub valle bibiſſent.
Scis puto quale ſit hoc hominum genus, æthera iactant
Ingeniis ſeruire ſuis innataq; ſeſe
Semina neſcio quæ diuinæ mentis habere.
Et quia Muſarum pulcris operentur in hortis,
Meq; meoſq; arcus & tela potentia ſpernunt,
Turba Cupidineo cum nulla ſit aptior igni.
Hos ego iam docui qui ſint, & qualia iactent:
Nam neq; Pierides, neq; ſpiritus ille ſuperbis
Profuit ætherea quem ſede venire ferebant.
Omnibus ardor ineſt idem mea caſtra ſequendi,
De tot adhuc Muſas vix aſpicit vnus & alter.
Vtq; ſuis alii domiti nunc ignibus ardent,
Sic decus Aonidum fore quem prædixerat Heſſus,
Non leue vulnus habet transfixo corde Sabinus.
Hunc mihi præ cunctis ſuccumbere glorior vnum:
Si qua fides etenim, præſtantior omnibus hic eſt.
Vix alius verſu meliora poëmata ſcribit.
Iamq; licet reges ac fortia dixerit antè
Facta ducum, noſtro meditatur carmina ludo
Digna, ſuamq; canit non duris verſibus Annam:
Annam quam genuit celeberrimus ille Melanthon,
Sidereis flagrantem oculis, quæ vincere cygnum
Sithoniaſq; niues, & candida lilia poſſet.
Inſuper illius petiit connubia nuper
Impatiens, fructumq; ſui quæſiuit amoris.
Et niſi decipior, cras cùm fugientibus aſtris
Sidereus nitido radiabit lumine Titan,
Anna bonis auibus docto nuptura SABINO,

Ducetur

Ducetur pompa celebri per amœna deorum
Templa. Camœnarum chorus vndiq; cinget euntem,
Non aberunt Charites: non carminis autor Apollo:
Tu quoq; deducens Hymenæum, mane per auras
Mater ad hanc venies cras cum lux alma redibit,
Formoſamq; aliquo decorabis munere ſponſam.
Sic ait. At genitrix iamdudum certa futuri
Surgit, & ad iuuenem cui ſunt ſponſalia curæ
Flectit iter: paruis hic miſtus amoribus ibat,
Longaq; fraterno ducebat tempora luſu.
Quem dea compellans, placido ſimul edocet ore
Quid velit, & quæ ſint venturæ gaudia lucis.
Non ignarus erat, comes ibo dixit eunti,
Perq; leues illuc tecum dea transferar auras,
Nec tibi fas nec abeſſe mihi, veniemus vterq;,
Ipſe faces, tu ſerta gerens ceſtumq; potentem.
  Poſtera vix cœlo ſtellas dimouerat Eos,
Ingrediuntur iter dea Cypria, cumq; Hymenæo
Paruus Amor, plenam geſtans de more pharetram,
Contigerant Albim, iam non velut ante ruentem,
Sed virides placido ſtringentem flumine ripas.
Senſit adeſſe deos ſubitò pater Albis, & antro
Extulit os madidum. gelidoſq; ſeniliter artus
Suſtentans baculo, viridantis margine ripæ
Conſtitit, atq; vdo ſummam pede preſſit arenam,
Plurima muſcoſo de vertice gutta cadebat
Humectans humeroſq; Dei, barbamq; ſenilem.
Vt prope conſpexit tria numina, talibus infit:
Cur vos, ô ſuperi, cœlo meliore relicto,
Huc veniſſe putem? venerunt huc quoq; Muſæ,
Feſſus heri peteret cum pronior Oceanum ſol.
Quo properatis? An eſt veniendi cauſſa Sabinus
Ille meus vates, cui nata Melanchthonis Anna
Iam dabitur iungenda toro, lectoq; iugali?
Dicite, nam rutilo vix ſummos lumine montes

Sol ferit,

Sol ferit, & pleno nondum caput extulit orbe,
Excipiens ſuperos ſic dicitur ille locutus.
Nec tacuit Cytherea diu, ſed protinus omnem
Rem docet, & blandis cupido ſermonibus aſtat,
Interea variis de montibus vndique Nymphæ
Conueniunt, ſecum cœleſtia dona ferentes,
Ambroſios ſuccos, gemmas, precioſaque ſerta,
Qualia vix aliis dederant mortalibus vnquam.
Pars è Saxoniæ properantes finibus aſſunt,
Arboreis pariter præcinctæ frondibus omnes.
Aſt aliæ linquunt te Marchia, quas vel Hauelus,
Vel Sprea muſcoſis, aut Odera detinet antris.
His Comites aliæ vicinis ſaltibus ibant,
Longa quibus tergo coma dependebat, vt olim
Virginibus Tyriis, quæ per nemora alta Dianæ
Exagitare feras patrio de more ſolebant.
Miſit & ipſe Salis Duringo rure profectas
Naiades inſignes facie, calathoſque tumentes
Floribus addiderat, telluris nobile donum,
Quos ſponſo ſponſæque ferant: ſed verſibus omnes
Enumerare nec eſt hominis: nec temporis huius
Permittit breuitas: tot conuenêre puellæ,
Omnes viſuræ thalamum ſponſamque Sabini.
Et iam protulerat totum ſol aureus orbem,
Conſpicuoq; diem reuehebat clarior axe.
Quod Cytherea videns: Quid ſtamus, & ocyus inquit
Arripiamus iter? ſupereſt breue tempus eundi.
Albi vale: ſic fata, Deum Dea deſerit: illam
Vndiq; Hamadryadum circum leue panditur agmen,
Et ſequitur greſſu per agros ad mœnia tendens
Vrbis Leucoreæ, cuius ſuper æthera nomen
Iuit. & extremum terræ penetrauit ad orbem.
At formoſa domi tenera cum matre ſedebat
Sponſa, pudicitiæ diſcens exempla priorum,
Multa ſubinde rogans genitricem, multa requirens,

Et ſimilem

Et ſimilem quondam fieri ſe talibus optat.
Dum rogat admirans præceptaque diſcere gaudet,
Fida dat interea nutrix,quos legerat ante,
Ornatus capiti varios,auroque reuincit
Sedula flauentes per candida tempora crines.
Quod ſit ſplendidius dubitares,crinis an aurum.
Lintea ſumta cutis ſuperaret candida,ſi non
Tincta rubore foret.ſuperant tamen omnia cultum;
Et natura potens vix vlla vincitur arte.
His ſuper ingreſſa eſt ſubitó venus alma cubile,
Nec non Naiades.ſtupuit cum virgine mater,
Ornandique ſimul cecidit labor ora dearum
Mortales vix ferre queunt,oculosque remittunt,
Voce metus adimens:quibus hæc Dea Cypria fatur:
Cara diis,hominum generi veneranda propago,
Perpetuum latura decus,digniſſima cœlo,
Sic tibi quo cœpit faueat ſors æqua tenore
Semper.in immenſum generis ſic gloria creſcat,
Parua deæ Veneris pro tempore dona benignè
Accipe,quæque ferunt ex ordine munera Nymphæ,
Serta,roſas,aurum,diſtincta monilia gemmis,
Quicquid præterea eſt.Sed enim meliora dediſſem,
Si meus ille domi coniunx præſensque fuiſſet
Mulciber,in cœlum Ioue ſic cogente profectus:
Qui mihi iam toties manibus pulcerrima fecit
Ornamenta ſuis,quibus & cœleſtia ſæpe
Numina demerui,Iunonem,Pallada,Muſas,
Innumeroſque homines.Nunc hoc tibi ſponſa Sabini
Quale vides,ſertum Cythereæ munus habeto.
Pro quo, nulla mei niſi gratia numinis hic eſt;
Vt decet,optatum complectere læta maritum.
Diſce tori leges me præcipiente,nec illum
Virgo time,cui te iam deſpondêre parentes:
Quod volet ille velis,placeat mens vna duobus:
Sic cito mater eris,ſic ſemper amaberis illi,

Cui modó ſi la places; ſic gaudia ſemper habebis.
Hæc & plura Venus, laudantibus omnia Nymphis
Fata, coronauit cœleſti munere ſponſam,
Afflauitq; nouum membris decus; vnde puellas
Inter Leucoreas hac formoſiſſima luce
Sponſa fuit, tantum Venus aſpirauit honorem.
Nec minus interea ſponſum ornauêre Camœnæ,
Vt iuuenes inter longè pulcerrimus omnes
Illa luce foret, qua vincla iugalia primum
Accipiens, licitos erat amplexurus amores.
Nobile præterea cecinerunt carmen alumno
Vnanimes ac dulce melos, quod Phœbus & ipſæ
Miratæ Charites ſtupuerunt, quo ſtetit Albis
Lentus & attoniti repreſſit gurgitis vndam.
Illius vt poſſent ſeri meminiſſe nepotes,
STIGELIVS, vatum non infima gloria, fecit:
Qui dictante ſacros conſcripſit Apolline cantus
Aonidum, paſſimque dedit volitare per orbem,
Perpetuâ dignum celebrari laude poëma.

QVINTII ÆMILIANI CIMBRIACI.

Epicedion in Fridericum. III. Imp. ad Maximilianum Romanorum Regem.

NOſtræ ſi tibi næniæ placebunt
Cæſar, lux hominum, & decus Quiritum,
Quas nunc fleuimus ad patris ſepulchrum;
In quo ſic cineres iacent, & oſſa,
Vt nil inuideant laborioſas
Regum Piramidas Phari potentum,
Debebo tibi plurimum, quod olim
Nugas ſic potui meas probare.
Quod mi ſi dabis ocium, tuorum

Cœlo

Cœlo laudibus efferam triumphos:
Et tu maximus in meis camœnis
Quondam perpetuò legere Princeps:
Quem cunctis Deus imperare terris
Vult paci facilem & timentum in armis.
Verùm has ne legito graues querelas,
Vxor cùm tibi blandietur; vxor
Sfortiadum genus & decus decorum:
Nec cùm Strimonium fures furorem,
Alter iam merito Hercules & Euan,
Annos cui tribuant Iouis puellæ
Vltra Neſtoris & dies Sibyllæ.
Sed quum iuſta feres patri quot annis,
Et manes poſita euocabis vrna;
Donec flammigeros ſubibis orbes,
Terris gloria, cognitumq; Numen.

Nænia Prima.

NVnc Age, dum queſtus, & lamentabile carmen
Præmœſti flemus ſub triſtia funera magni
Cæſaris, vt quondam philomela dolentius ipſa
Matre ſuum queritur replicatis ſæpe nepotem
Fletibus: eſte procul, ſanctiſſima Numina vatum,
Caſtalides, quibus & lucus blanditur, & antrum
Fundit honoratos ſacro de fonte liquores:
Quas ſacræ Dirces, quas ſacræ Heliconides vndæ
Coryciumq. nemus, quas & Parnaſus honorat.
Tu quoq ab Iſmariis ſolitus mihi collibus Euan,
Plectra mouere manu, & grandem ſpirare furorem.
Et tu quoi Tripodes parent, quoi Delphica ſerta,
Phœbe, ſacros circum paſcuntur tempora crines,
Eſte procul: non bella modò, non Cæſaris arma,
Victriceſve aquilas, non læto carmine laudes
Ordior, vt quondam, non hic Parnaſia laurus,
Non hederæ Bacchi circum mihi tempora ſerpunt:

L 2 Verùm.

Verùm taxus iners,lachrymiſque dicata cupreſſus,
Tam grandi in luctu,ſubnectit fronde capillos.
Non aurata ſonat fidibus Pæana canoris,
Inter odoratas lauros Venerisque iugales
Myrtos,noſtra chelis,ſed acutas præfica voces
Et tuba lugubris prædictat mœſta tenores,
Ac vocat in lachrymas;dum triſtia funera flemus
Cæſaris,& magno viduatas Numine terras:
Ac rapto imperii triſtes rectore quadrigas
Satque ſuperque mihi ,laceris Elegia capillis
Flet mecum,nigraque ſinus in veſte recincta:
Qualis erat poſitæ nigri cùm Memnonis vrnæ
Aſtabat fœdata comas Tithonia coniunx,
Aut qum Peliden fleuit Nereis Achillem
Ipſa fides mœrore pigras in vota mouebit
Attonitaſque manus,& triſtia pectora luctu,
Non expectato dum Cæſaris oſſa ſepulchro
Conduntur,maneſque æterna nocte vagantes
Ad buſtum,& cineres iterum capit vrna vocatos:
Si qua potes miseræ cantus ſolatia mortis
Flebilis aut vllam lachrymis afferre quietem
MAXMILIANE tuis,ſi non auertitur aures
Hinc tuc maieſtas,mecum partita dolorem
Tam grandem,maiorque velis in morte parentis
Nunc obita,& laudum plus ſic meruiſſe videri:
Quam quum terribiles proſternis marte Sicambros,
Extremoſque hominum Morinos,Galloſque minaces,
Immites Brencos,immites Pannonas armis:
Auditiſque tubis tremit horrida prælia Dacus.
Non equidem Auſoniæ victricia ſigna ferentem
Flere decet regem,quamuis ſanctiſſima cogat
In fletu pietas & amati cura parentis,
Debentiſque animam Superis,& in aſtra recepti,
Nec longum ſperare diem:quum vulnera poſſint
Aſtringi ſubito medicata potentibus herbis,

Quin

Digitized by Google

Quin potius fas eſt monitus audire medendo
Auxiliis adhibere manus, curare recentem.
Ac viuam plagam, ne ſi neglecta ſubinde
Horreat, & ferrum, & Chironis reſpuat artes;
Quum deſperato cœpit putreſcere morbo.
Quod ſi flere iuuat, lachrymiſque leuare dolorem
Et patrios cineres, & ſpargere fletibus vrnam,
Ac manes Siculis quales iacuere ſepulchris
Quales Dicteis Cretes venerantur in oris;
Iungamus lachrymas, ac triſtia corda feramus:
Et nos mœror habet; merito debemus honorem
Hunc illi, ſacro cuius de munere venit,
Vt mea Daphneis frondeſcant tempora ramis,
Ac liceat flauum digitis geſtare metallum,
Auratoque ſinus cinctu ſubnectere, & auro
Palladio, ſacros inter ſplendeſcere vates;
Quum læti canimus. non tu ſine vate querelis
Cinbriaco inuidiam facies fulgentibus aſtris,
Non ſcelus obiicies ſuperis, cœlumque laceſſes:
Sed nec pallentem mortem, licet altius ipſum
Et tibi nunc propius ſubierunt vulnera pectus.
Me tamen in lachrymas licet effrenatius ire
Et clamare palam (tibi quod tua ſacra negaret
Maieſtas) laudeſque meis miſcere querelis.
Tu flebis (ſi flere libet) rex magne, ſeorſum:
Ipſe ego publicitus, ſic triſtia munera inibo.

Nænia Secunda.

QVos mihi ſingultim præſumet Nænia cantus
Flebilis? infœlix vates querar aſtra Deorum,
Et nimium humanæ properantia ſtamina vitæ?
Si tot vel pauidi tranſmittunt ſæcula cerui,
Garrula tam longos ſi cornix exigit annos,
Serpenteſque nouo deponunt vere ſenectam
Exuti, ac totiens terris renouatur Eois

In melius, viuitq; iterum noua ſæcula Phœnix
Hoc magis inuidiam Superi meruere, quod horum
Nulla queunt reſcire Deos, non ignibus aras
Supplicitet ſacras venerando adolere Sabæis.
Tam longo annorum ſpacio, tot curſibus actis
Signorum nullaq, homini mercede negatis
Quoi fas ſidereas cœli ſpecularier arces;
Vnum ſcire Deum, templiſq; imponere honorem;
Speratasq; domos in ſidera tollere vultus.
Et tamen accelerant Stygiæ ſic fata ſorores
Ceu læti videas biferiq; roſaria pæſti
Fundere mane roſas, ferro ſepelire cadentes.
Principium ſic mortis habet quæ protulit aſtris
Prima dies hominem ac vitalibus addidit auris.
Namq; colo tantum decreſcunt penſa ſeueræ
Quantum fatali fuſo adneuere ſorores.
Noſtra breuis nimium variiſq; obiecta procellis
Vita, nec in melius quondam reparabilis ætas.
Atq; vtinam in totum ſaltem viuenda ſed eius
Pars rapitur ſomno, gelidæ ſub imagine mortis:
Triſtibus aufertur vitæ pars maxima curis.
Nunc ſubeunt morbi (ne quis ſe viuere credat
Ad plenum) tacitis nunc & rugoſa ſenectus
Aggreditur pedibus: nec viuit paruulus infans
Compoſitus cunis quamuis fulgentibus auro
Et ſegmentatis reuolubilis inſtar Olimpi
Quum petit eſuriens vagitibus vbera matris,
Aut maior factus, ſed ad huc ſub turbine ludit.
Heu quota pars igitur vitæ numerabitur annis?
Vel ſi quod raro cecidit nos viuere centum
Fata ſinant annos, cur non tibi Neſtora Cæſar
Fas æquare ſenem, cur non æquare Sibyllam
Conceſſere Dei? cùm tu ſapientior eſſes
Neſtore, & Euboicis longè diuinior antris;
Quamuis ille ſenex ter centum vixerit annos;

Innumeroſq; dies tam longo exegerit æuo,
Et foliis vates, & Apollinis ore locuta.
An quia cœlorum inuiderunt ſidera terris
Tam præſens numen? ſub quo iam bella quierant
Triſtia, nec Getico Mars horridus arma furore
Tractabat, ſed erat requies tranquilla per orbem.
Sic poſtquam cœli translatus in aſtra Quirinus
Conceſſit, Curibus paruis ad regna vocatus
Pauper Romulidum placidæ Numa ſceptra tenebat:
Sic poſtquam Æmathii ſudarunt ſanguine campi,
Et victa Actiaco fugit regina profundo
Imperium Auguſtus longa ſub pace regebat,
Ergo te Cæſar meritis iam laudibus omnes
Certatim efferre, & tanquam venerabile numen
Demiſſum terris cæleſti ex arce Deorum
Excolere, & caſtos impendere ſemper honores;
Quod per virtutum poſitos tibi currere fines
Et fidei ſacrum & ſanctos pietatis amores
Mens erat & largè rebus ſuccurrere egenis:
Quorum nunc meritis cæleſtes reſpicis orbes,
Vanaq; ſublimis terræ ludibria rides.
Et meritò: quoniam tu ſeruantiſſimus æqui:
Tu pacis ſtudioſus eras, non bella probabas
Sæua, nec humano pollutas ſanguine cædes;
Non mortes hominum, non capta euertere regna:
Non ſanctos ſpoliare Deos, non trigide natus
(Vt multi) ſæuire animis: non corde ſub ipſo
Aut ferrum aut chalybem, non horrida ſaxa gerebas.
Mitis eras, ſupra quam ſit credibile: & idem
Vægrandis largitor opum: maiora ſedendo
Feciſti, quam qui crudelia bella mouebant.
Sic & Belgarum poſſedit filius vrbes;
Et nunc Imperii diademata ſolus habebit.
Sic & Germanos in longa pace tenebas.
Et ſi quando fero ſurrexit in arma furore

Digitized by Google

Mauors,ſic etiam compoſta pace reſedit.
Hoſtibus euictis,hilari concordia vultu
Venit ad imperium,teſtis Panchirius eſto,
Auſus in expertos bellis miſcere tumultus,
Verùm ſtultitiæ precium tulit.ipſa fatetur.
Sic etiam per te depulſis Nuſsia bellis,
Se tibi debere æternas per ſæcula laudes:
Sic & Pontificem cogis deponere honorem
Ereptum,tituloſque ſtatim perferre minores.
Sedis Apoſtolicæ,rubrique inſigne galeri.

Nænia Tertia.

QVidîquod tu fidei Reges hortatus.vt irent
In Turcam,ac noſtro ſpoliarent Marte ſubactum;
Aſſererent Solymos,& templi nobilis aras,
Cantatum Salomonis opus,ſanctumque ſepulchrum:
Et Domini natale ſolum,quo paruulus olim
Editus in lucem non tacta virgine CHRISTVS,
Vagiit ante bouem rudis ad præſepia aſelli;
Myſtica quo reges retulerunt dona Sabæi,
Aurum,thus,myrrham, ſtellæ data ſigna ſecuti.
At furor Auſoniæ,cœcaſque inſania mentes.
Exagitans,regnumque amens.& dira Cupido
Tam magnum turbabat opus.tu Cæſar in arma
Excieras populos,quà currunt flumina Rheni;
Quà Rhodanus pigrum veloci gurgite raptum
In mare fert Ararim;qua ditia regna Britanni
Orbe tenent alio;qua cærulus æquora pulſat
Danubius,pigrique trahunt qua plauſtra triones
Frigida bellum ingens,communi ſorte ferebant
Maumethi in gentem ſanctiſſima iuſſa ſecuti.
Hortatuſque tuos .quod ſi fortuna fuiſſet,
Vt caderent hoſtes vno certamine victi,
Non ſic Auſonias vexaret barbarus oras.
Turca,nec innumeras faceret cum cæde rapinas.

Teſtamur

Teſtamur manes,& adhuc in morte vagantis
Pallenteſque vmbras,qua currit Sontius amnis.
Et quà ſepteno quum primum ex Alpibus exit
In freta prorumpit demiſſus fonte Timauus.
Hic ingens hominum cædes,ac ſæpius hoſtis
Italiam aggreſſus, Carnorum terruit vrbes.
Prædatos vicos, grandeſque exercuit iras:
Ne querar Euboicoſque ſinus, Bizantiaque arua,
Tot magna imperia,ac populos,tot regna,tot vrbes,
Ereptas nobis, dum ſic bacchatur & ingens
Noſtrorum miſeras diſcordia ſuſcitat iras.
Ne querar Hydruntis, ne triſtia funera Scodræ
Et modo proſtratas ingenti cæde cateruas.
Ad Vunnam,totis animis in prælia curſum eſt,
Certarumque diu neutro victore ſub armis.
Proh ſcelus infandum! vicit numeroſior hoſtis:
Non impune tamen; nam grandi cæde cruenta
Venit ad hoſtiles ægre victoria turmas.
Non hæc acciderent,tua ſi,iuſtiſſime Cæſar,
Hortamenta ſequi voluiſſent ſceptra minora,
Communemq; hoſtem fidei compeſcere bello,
Auxiliis iunctis, ſæuoſque arcere furores:
Ac non Italiam potius vexare ſub armis,
Ciuiles miſcere manus, ſpectare ruentes
Finitimas gentes. quo tanta amentia quæſo?
Quis furor eſt animis? æſtu cùm proxima feruet
Iam propiore domus, cur non vicinia tota
Surgat in auxilium properans reſtinguere flammas?
Ne quum forte domum vicini abſumpſerit ignis,
Tum propria petens paullatim ſerpit in omnem
Vicum flamma rapax,& non reſtincta ſub ortu.
Aut cum Getuli rapiunt armenta Leones:
Proxima quiſque ſibi paſtores agmine facto
Cur non vnanimes communi ſorte ruentes
Concurrant, armiſque premant ſocialibus hoſtem?

Sed videant quorum non hæc vidiſſe nocebit
Imperiis quondam.nunc inter ſidera Cæſar
Lucida terrarum ſecurus viuit.& axes
Æthereos curſuſq; videns miratur Olimpi
Cœleſteiſq; choros,concordi voce canentes,
Sidereum patrem trina ſuper aſtra ſedentem
Maieſtate Deum,cuius pia iuſſa ſequuntur
Quæcunq. erranti labuntur ſidera curſu,
Et quæ centena raptat vertigine mundus,
Quem cœli rerumq. vices, quem menſis,& annus
Obſeruat,regemq; ſuum diſcreta fatentur
Vnum elementa Deum,per quem freta vaſta cucurrit
Nobilis illa ratis;ſeruataq; ſemina rerum:
Vectoreſq; ſuos,iam diſcreſcentibus vndis
Diluuio ex illo quæſitis ſoſpita terris
Reddidit incolumes.& aquis illæſa reſedit.
Quo duce Iudæos fugientes regna tyranni
Aſſertos ſenior diducta per æquora Moſes
Ferre pedes iuſſit,quibus & ſitientibus vndam
Elicuit largam rigidis (mirabile viſu)
De ſaxis.cœlo cuncta hæc ſpeculatur in alto
Spiritus æterno Cæſar deuinctus amore:
Nec vellet terris,ſinerent,ſi fata,redire.
Quos igitur flemus?ſi nil iam contigit olli
Quod nunc horreſcat,ſi gaudia ſumma per æuum
Nunc habet,& vita fruitur meliore ſub axe.
Nos flendi potius,quorum ſubiecta periclis
Tam variis vita eſt,fatiq; ignara futuri.
Ille tenet portum:nos cærula vaſta ſubimus
Incerti quo fata ferant,quo ventus,& vnda
Ire velint dubio furibunda per æquora curſu.
Securus tenet ille polos,nos terra moratur,
Et quantum æthereis hæc tellus diſſidet oris,
Hoc magis eſt fœlix,Cæſar dum poſſidet aſtra.

Nania

Digitized by Google

Nænia Quarta.

PONE igitur lachrymas iam triſtes, pone querelas
MAXMILIANE tuas, gemitus depone furentes;
Ductaq; ſingultim longo ſuſpiria tractu:
Ac ſic compoſitus tranquilla mente perennis
Virtutes imitare patris. fuit ille benignus
Imperii rector, ſtudioſus pacis, & æquus
Iuſtitiæ cultor, qualis Rhadamantus, & ipſe
Æacus, & Minos Creteis fertur in oris:
Defenſor fidei, cuius ſtudioſus in æquor
Aſcendit dubium Solymos viſurus & Vrbem.
Vidit, & attonitus ſanctis dedit oſcula terris,
Tantæ illi curæ pietas, & caſta parentum
Religio, cultuſq; Dei, ritusq; perennes.
Non alia cauſa ſuperatis alpibus olim
Alpiniſq; iugis Romam bis venit in vrbem
Cæſar Apoſtolici ſanctiſſima limina templi
Viſurus, faciemq; Dei, rupeſq; verendas.
Non his miſcebo lachrymis, quæ floridus æuo
Geſſit, ſi quando deſcendit in arma vocatus
Extra propoſitum vitæ moreſq; probatos.
Non genus & veterum longiſſima ſtemmata auorum
Quos ſupereſt greſſus, quantum ſupereminet aſtra
Lunaremq; globum Titanis nobile lumen.
Nunc ſileatur amor, quo Cæſar ſacra ſubibat
Virtutum, & magnas orbis flectebat habenas:
Nunc morum probitas, longo maturior æuo;
Ac digni imperio maieſtas plurima vultus;
Et caſtigatæ dulcis facundia linguæ;
Quæ grauitas fuerit, vel quæ prudentia rerum,
Et quum ſepoſitæ præſtabant ocia curæ:
Quam læti riſus, & cum grauitate lepores,
Compoſitique ſales, & gratia mixta pudori.
Non fatui placuere ioci, non moribus horror,
Non frons triſte rigens, ſed lætæ gaudia vitæ:

Sed

Sed ſimplex hilariſque fides, ſed verba loquenti
Hybleis condita fauis, condita ſapore,
Qualem condit apis dulci Theſeis Hymetto.
Nunc menſas, parcaſque dapes, nunc ſobria ferrem
Pocula, nec lacubus quæſita expreſſa Lyei:
Sed nos impediunt lachrymæ, & manantia fletu
Ora vetant vix auſa loqui, quod triſte leuare
Attentet vulnus, ſæuumque in corde furorem.
En ego qui monitus, & qui præcepta ferebam,
Vincor, & immenſum nequeo frenare dolorem;
Quum noſtrum aſpicio concuſſum fletibus orbem,
Præſertim quantum profert Germania fines
Solis ad occaſum, ſolis venientis ad ortum:
Ad Tanaim gelidum, & Meotica ſtagna paludis
Quum ſubit illa dies omnis mihi flenda per annos,
Quæ tam præſenti viduauit Numine terras:
Quum ſubit illa dies, quamuis non indigus æui,
Qua nos deſeruit, cœli regreſſus ad aſtra
Cæſar, & humano demiſit pectore vitam,
Linquens imperium, & corpus venerabile terris.
Tempus erat, quum ſolis equos videt hoſpita virgo
Liquiſſe Herculeum curru feruente leonem,
Quum mors triſte caput Stygiis adoperta tenebris
Falce armata manus, humeros armata ſagittis
Ingreſſa eſt mediam ægrotantis Cæſaris aulam,
Nuda pedes, macie corpus confecta ſuprema;
Trunca etiam nares, qualem finxere poetæ,
Eumenideſque vident vmbras habitare ſilentes;
Horrendum viſu gelido ſudore madeſcit.
Hanc faciem aſpiciens Cæſar numenque malignum;
Illa prope accedit, læuamq; ſuſurrat in aurem:
Ne fugias mea tela, ſenex, quæ nullus auorum
Vitauit prima quamuis ab origine mundi.
Quæras, nulli vnquam parſum, nec in omnia ſæcla
Parcetur; Superi nunc te conceſſa repoſcunt.

Hic Cæ-

Digitized by Google

Hîc Cæſar, cognouit enim veniſſe ſorores;
Stamina, fataleſq; colus: quos alloquor, inquit,
Extremum, Superi, Stygiis auertite lucis,
Ne me cæruleas tranſmittat portitor vndas,
Ne latret furuæ cuſtos mihi Cerberus aulæ,
Non Hecaten videam, non triſtia regna tyranni
Elyſiasve domos; ſed cœli ſpiritus aſtra
Sublimis repetam, ſummoq; repoſcar Olympo.
Sic pater omnipotens faxit, ſi debita poſco,
Diluat humanæ quicquid mihi labis adhæſit.
Sic meus imperium natus florentibus annis
Suſcipiat, longumq; precor genitoris in æuum
Sit memor, & claris nomen prætendere factis.
Nemo me lachrymet, longo de carcere euntem
In cœlum, nemo peragat mea funera fletu
Viximus ad plenum, gelidæ vocat vltima mortis
Nunc vox: non fugio fatum, non ire recuſo,
Æternum ſaluete (ait) æternumq; valete.
Sic memorans placido miſit de pectore vitam,
Et quicquid fuerat terris mortale reliquit,
Factus in æthereos conſcendit ſpiritus axes.
Qualis ſupremam ſera iam nocte lucerna
Paullatim exhalat conſumpto humore fauillam.
Tum quicunq; fuit præſens, dulcedine motus,
Haud tenuit lachrymas; ſed magnis fletibus aulam
Impleuit: nulli ſic defleuere parentes:
Triſtia non nati ſic fleuit funera mater
Dilecti, qui ſolus erat ſpes ſola ſenectæ,
Et tamen in primis cecidit florentibus annis:
Non viduum coniunx ſic lamentata cubile eſt.
Illum ego crediderim ſedem aſcendiſſe Deorum
Tam mira pietate ſenem, perq; omnia quondam
Sæcula victurum, fœlicia regna piorum,
Angelicos inter cœtus, & gaudia vitæ
Perpetuæ, donec tumulis ſurgemus apertis

Exciti,

Exciti, ad altiſonum litui clangore vocantis,
Auditu horrendam Chriſto ſub iudice cauſam:
Interea cineres & molliter oſſa quieſcant,
Quaſitique diu manes, & fletibus vrna,
Cui nihil inuideant Phariæ miracula molis,
Aut Mauſolæi monumenta audita ſepulchri.

Epitaphion in Fridericum III. Cæſarem.

QVamuis ſic properes, tamen hoc precor aſpice ſaxū,
Sub quo Friderici Cæſaris oſſa iacent.
Numen ineſt, ne læde Deum: ſine, pace quieſcat,
Cuius adhuc viuus grandis amator erat.
Audi virtutes: fecit plus ille ſedendo,
Quàm qui tractarunt arma cruenta manu.
Nam ſic Bergarum diuino robore natum,
Sic & Romolidum vexit ad imperium:.
Et ſic Germanos, longa ſic pace Quirites
Texit, & imperio præfuit Æneadum.
Sic viſit Solymos, fidei vexilla ſecutus
Et tandem ſerus, venit in aſtra ſenex.

PETRI AILBERI VARISCI.

Friderico Taubmanno.

QVod conſpecta Pharus vario dat lumine vaſta
Æquora ſulcanti cùm vaga Luna ſilet:
Et quod luſtratis Phœbi dat flamma tenebris,
Erranti in ſiluas dum manifeſtat iter:
Hoc noſtri præſtas ſecli, Taubmanne, poëtis.
Iure igitur vatum Cynthius eſſe potes.

Omnia Ieſus eſt nobis.

Sat Ieſus, Ieſus, Ieſus: capit omnia Ieſus:
Ieſus in ore mel eſt: Ieſus in aure melos.

Homo

Homo Beatus.

Praua fugis, Domini tabulas peccare vetantes
Perdius & pernox ſi meditaris homo:
Felix ſemper eris, totoque ex aſſe beatus,
Seu capiare ſolo, ſeu capiare polo.

Homo.

Natus humo, verſatur humi, per humumque fouetur,
Tractus humo, tumulo mox ſepelitur Homo.

De Theodoro Moſtelio.

Vin' ſpeculum, lector, virtutis, honoris & artis?
Moſtelii ſpeculum præbet imago tibi.

De Gulielmo Entero.

Corde ſub Enteri ſe bis tria Numina condunt,
Suada, Dice, Virtus, Pallas, Apollo, Themis.

Fero. & Spero.

Fata ferenda fero patiens, melioraque ſpero:
Sperantem neſcit deſeruiſſe Deus.

Aliter.

Aſpera fata fero patiens, ſpe diuite plenus:
Fors meliora feret craſtina fata dies.

Adhuc.

Comprimor aduerſis, non opprimor. ecce ferendo,
Sperando ſupero victor vbique malo.

Item.

Anxiferæ mordent me curæ; plurimus vrget
Cumque labore dolor, cumque dolore labor:
Dum patiens ſpero curarum examina ceſſant;
Diffugit atque labor, diffugit atque dolor.

De eodem.

Sortem ferre grauem, ſortem ſperare ſecundam,
Hæc eſt in mediis ancora tuta malis.

Me & te ſola mors ſeparabit.

Sum tuus. & mea tu: mortis nos ſola ſecabit,
Ah mihi dura dies! ah tibi dura dies!

De Bruin.

De Bruto.

Barbatus Brutus, Brutus quoq; barbarus: illi
Barbariem non eſt tolleræ; barba potis.

Ad Battulum.

Battale quid iactas hirſuto vellere barbam?
Mento nempe vales, Battule; mente cares.

In Saluagum.

Saluage, num quid agis? multum: puto: plurima tentas.
Multorum ſatagis, Saluage, nec ſat agis.

In album ſuum amicorum.

Illuſtribus ceu candidus
Amator hortus floribus:
Sic præ mihi vel omnibus
Eſt hic liber cariſſimus;
In quo flores velut, ſua
Ponunt Patroni lemmata;
In quo flores velut, ſua
Plantant Amici ſymbola,
Coloribus quæ ſplendidis
Ornant, ſuis inſignibus
Colore flos vt emicat,
Odore flos vt adiuuat:
Virtus Patroni ita eminet;
Et te clientem promouet.
Colore flos eſt fulgidus,
Virtute Amicus inclitus:
Odore flos inhalitans,
Candore Amicus albicans.

HENRICI ALBERTII HAFNIA-DANI.

De Sapientiâ, ad Chriſtianum V. Daniæ Regem Electum.

Non ita

Digitized by Google

NOn ita monſtrat iter Tegeæi dextra vialis,
Per varios ſectum tramitis orbe locos:
Non ita nauclerus Helice regit æquore vaſto,
Cùm furit hinc Aquilo, cùm furit inde Notus;
Vt populi Regem Sapientia rebus in arctis,
Cùm dubias turbas ſubdita turba mouet.
Hunc rapidis plumat præceps Audacia pennis;
Huic volat ad Stygium dira Libido latus:
Hüic alacris vibrat toruam Petulantia frontem;
Huic comes it tenebris Fraus adoperta caput.
Omnibus excantat mentem Phlegethontia Circe
Vipereis phyltris, omnibus arma placent.
Quis Labyrinthæis, Rex, his exire lacunis
Monſtret, quem Sophiæ non docet ipſa viam?
Nullus: & hoc cenſes, Rex, qui ſapienter ad omnes
Res populi, ſceptrum dirigis arte tuum.
Hinc eſt exul Eris regnis & Martia Mola
Templa tenet Iani clauſa tenace ſerâ.
Pax at vbique manet patriæ ſub partibus vna,
Vna manet Pietas, & manet vna Fides.

De Veritate, ad eundem.

Lydius vt verum limâ lapis indicat aurum,
Quem ſub gemmifero procreat amne Tagus:
Sic hominis veras virtutes arguit alma
Filia Alethoſyne temporis atq; Iouis.
Illa latere nequit ciuis ſtellantis Olympi;
Tecta patris clypeis illa perire nequit.
Hunc tibi Sapphyrum Sophiæ & Conſtantia collo
Suſpendunt, ò Rex, regis imago boni.
Verus es, & vero quod aberrat tramite veri,
Non ſinis in vero corde tenere locum.
Scis, cum mens voci, ſcis cùm cor conſonet ori,
Dulcius haut Orphei poſſe ſonare lyram.

Regna firmat Pietas. Symbolum Regis.

Fulcit Atlas humeris regnum radiantis Olympi:
  Fulcit Atlas firmo Danica regna pede.
At quis Atlas? Atlas cœleſti maior Atlante,
  Perpetuis Pietas accumulata bonis
Hac aſtante, nequit non inclita Dania ſtare,
  Dum ſtabit cœli mole grauatus Atlas.

In effigiem Chriſtiani IV.

Aſpicis hanc faciem? Danorum cernis Achillem.
Aſpice res geſtas: te Neſtora cernere dicas.
Sic viridi ſpirat Rex tantus pectore Achillem,
Cùm tamen anticipet ſapiendo Neſtoris æuum.

In armamentarium Hafniæ

Heîc adamantæis intus conſtricta catenis
  Bellona, arma ſui fratris omiſſa premit.
Heic iacet infrendens trux dentibus ira; cruentas
  Heic Eridos Ate ſauciat vngue genas.
Non datur egreſſus, non vlla potentia fertur;
  Pax oleâ ſeruat cincta virente fores.
Incluſit virtus, virtus Chriſtiania, cuius
  Empyreis radiis Danica regna micant.
Faxit Ioua potens cœlique ſolique ſalique,
  Exitus vt cauſſas haud reperire queant.
Sic non fax, ſed pax, non crux ſed lux pia regnet,
  Danorumque hoſtes terror & error agant.

Ad Ioan. Georgium. & Ioachimum Erneſtum Holſatiæ Duces.

Quis nouus hic Caſtor? quis Pollux? & quibus aſtra
  Tam noua virtutis ſigna ſub axe nitent?
Vos, o Cimbrorum ſanguis, vos eſtis; & ecce
  Sidera veſtra nitent, gloria veſtra micat.
Œbalis ex ouis illos: vos omine fauſto
  Protulit ex altis regius ortus auis.

Accilii Brahe Anagram. *Hic liber à caſu.*

Nil Fortuna poteſt, Stygio vel milite cincta,
  Cùm validas virtus promit ad arma manus.

Aufugiat,

Aufugiat, valeat, comitante ſatellite ſecta:
Brahiadæ, à caſtris caſtra mouere decet.
Liber hic à caſu, virtutis in arce locauit
Præſidium, quo depulſa Acheronta petat.
Hic leges, araſque, & iura tuetur, & æquum;
Regis & inuicti regia facta regit.
O ter felicem, cui virtus duxque comeſque,
Quem bona cuncta beant, quem mala cuncta timent!

Enualdii Cruſe Anagram. *Laude vires canus.*

Cruſiadum, Euſebiæ, Themidos, Virtutis, Athenæ
Gloria, promotor, cultor, alumne, decus:
Neſtorios annos, Parcarum lege fauente,
Curriculo vitæ tangere, magnus honos:
Magnus honos illis qui cum virtutibus annos
Amplificant: aliis res mala, nullus honos.
Magnus honos igitur niueis circumuolat alis
Te ſacro Sophiæ concomitante choro.
Nam tibi cygneo maturam vellere frontem
Veſtit in eximio læta ſenecta gradu.
Laude vires canus, præclarus laude virebis,
Nec Clothûs denſa nube nigrandus eris.
Condiet Eunomie te laudis aromate dulci,
Et virtus Famæ ponet inante fores.

Conradi Aslaci Anagr. *Duc nos cara Salus.*

Duc nos cara Salus, Paradiſi quæ colis hortos,
Inter delicias diuitiaſque tuas.
Tu potes infirmum corpus curare ſalubri
Temperie, vt peſſum peſtifer Auſter eat.
Tu facis vt noſtras optata Lubentia mentes
Incolat, & triplici robore cincta Charis.
En vmbrata genas intacta veſte Iuuentas,
Teque tuaſque ſibi ſemper amicat opes.
Te colit annorum ſeries quibus ambedit artus,
Ne ſpoliet dulci luce nefanda dies.

Digitized by Google

Duc nos cara Salus, quocunque ſub axe feramur,
Aslaciq; tui ſis ſine fine memor.

Leonardi Metſeneri Anagr. *Dura Sol mente ſerenus.*

Sit fortuna tibi comes, & ſit amica Minerua,
Sit tibi dux, Phœbus, ſit tibi ſerua Charis.
Sit tibi Mercurius conſultor, Iupiter vltor,
Eunomieque quies, Eunomieque Labor.
Sic Aulæ, & Muſis, *dura Sol mente ſerenus*;
Vt terræ & nitido Cynthius ipſe polo.

Gellii Saſcarii Anagr. *Alius Celſus ægris.*

Sis ægris alius, Phœbeo munere Celſus,
Et tuus ante alios celſius exſtet honos.

Iani Gruteri Anagr. *Gratus in verſu*: item,
Ter Argus in vſu.

Forte per Aonios ſpatiabar alacriter hortos;
Pone ſequebatur Momus hiante labro:
Cumq; trias Charitum properè ſpexiſſet euntem,
Muneribus mactis obuia fecit iter.
Obtulit Euphroſyne tua dia Pericula, peplo
Mnemoſynes Sophiæ ſcripta decente manu.
En, ait, exemplar veteris præluſtre nitoris!
Perlege; perlectum mentis in arce nota.
Cùm legerem, Momus naſum ducebat aduncum,
De facie cupiens te quoq; noſſe virum!
Mox aderat, rutilis tabulâ ſplendente pyropis,
Effigiei pandens Calliopeia tholos:
En hic eſt Ianus Gruterus, *gratus in* omni
Verſu, ter dixit, ter reſonante lyrâ.
En hic eſt omni *ter* prudens *Argus in vſu*;
Ter dixit, Neſtor, ter Charis, inquit, erit.
Interea Momus crepat omnibus inteſtinis,
Fitque ſuæ matris verſus in oſſa lapis.
Tunc ſibi tunc placuit Phœbi grex totus; & ille
Dum placet ipſe ſibi, tanta, Grutere, facis.

Ad eundem.

Digitized by Google

Ad eundem.

Dimidiata dies fulgit, Pyroiſque ſuprema
Fert Hyperionidem per tabulata poli:
Quis nouus hic claror? quos ſentio pectore motus?
Mercurius venit, magne Grutere, tuus
O quot ſermonis de te dat edulia! quanti
Promus honoris adeſt, promus amoris adeſt!
Quàm cupidè guſto tam dulcis mattya ſucci!
Talia vix Iuno miſcet honora Ioui.
Vos Heliconiades, iam veſtri claudite riuos
Nectaris: hoc nectar dulcius amne venit.

In effigiem Taubmanni.

Ecquid agis pictor? Taubmannum pingere tentas?
Ecquid agis vates? quid tua metra paras?
Anne illum tabulis, anne illum carmine claudas,
Claudere quem nullo limite Fama poteſt!

Muſæ noſter amor.

Quiſquis amat Venerem, rarò redamatur ab ipſa:
Fit ſociis crebrò fabula nota viris.
Quiſquis amat Muſas, Muſis redamatur ab ipſis,
Et ſibi perpetuum nomen ab orbe parit.
Qui ſapit, is Veneris Muſæ poſtponit amorem:
Stultus amat Cyprin, atque ex Helicone fugit.

Ad Ianum Gruterum.

Grutere, pulcritatis,
Quâ Roma culta Suadæ
Interpolauit ora,
Præluſtris architecte:
Præluſtris inter omnes
Atlas Critici Senatus;
Cui credidit ſupremum
Doctrina terſioris
Antiquitatis axem
Quid mirer? & quid, inquam,
Tua ſcripta mirer vnquam?

Linenda ſcripta cedro;
Miranda ſcripta Muſis,
Seruanda ſcripta Laudi:
O ſat gerunt Laboris!
O ſat gerunt Honoris!
Laboris æuiterni,
Honoris æuiterni.
PERICVLIS, iuuentæ
Vernante flore factis,
Documenta dignitatis
Tam clara prodidiſti;
Documenta claritatis
Tam digna protuliſti.
Hà quid Periculorum
Phraſi, ſtylo diſerto
Diſertius videtur?
Hà quid Periculorum
Inuentione pulcrâ
Pulcralius videtur?
Nectar Periculorum,
Mulſum Periculorum,
Odor Periculorum,
Semper replete mentem,
Meam replete mentem.
Et tu Periculorum
Grutere dulcis auctor,
Fauentiæ ſapores,
Lubentiæ liquores,
Cornu mihi propina
Doctrinæ Apollinaris;
Quod exhibes, quod offers
Fidii tui miniſtris.
Fidii tui miniſter,
Gaudebo ſemper eſſe:
Gaudebo ſemper illi

Litare

Litare thure, mulſo;
Gaudebo ſemper illum
Laudare pumilillis
Anacreonticillis.

IOANNIS ALBINI SAXONIS.

De mutationibus regnorum, deq; quatuor in mundo Monarchiarum ſerie.

IAm paſſim in terra liquefactis ſoluitur vndis
Acris hiems, & qui flores ac gramina proflat
Faucibus, è tepido ſpirare Fauonius antro
Incipit, vt Boreæ compreſſo frigore tellus
Amiſſum verna cum fronde reſumat honorem:
Quid prohibet curuus dum vomere vertit arator
Molle ſolum, fiſſas aut iungit vitibus alnos,
Libera Pieridum nos ſunt quibus ocia cordi,
Artibus hic inter, qui noſtra Lycæa frequentant
Excultos iuuenes memorabile pangere carmen;
Non quale in ſiluis radiis cùm Phœbe coruſcas,
Integrat arborea reſidens Philomela ſub vmbra,
Aut quales liquido paribus ſeſe aëre pennis
Tollere ſueta modos iterat campeſtris alauda,
Mortales mulcendo animos atq; ætheris oras:
Sed quales Cæicis aues ad littora queſtus
Sunt ſolitæ Alcyones lugubri voce ſonare,
Inſanum Nereus cùm miſcet fluctibus æquor.
Omnia nempe premunt nos triſtia, triſtia tellus,
Quàm latè patet, & vaſtus minitatur Olympus.
Quæ fuerant totis quondam lætiſſima terris,
Incipit in querulos ſors omnia vertere luctus.
Quis ſcit qui rerum paucis voluentibus annis,

Venturo ſint nos manſuri tempore caſus.
Viſa fuit toties tenebris ſoror abdita Phœbi
Contegere ætheriis pallentia ſedibus ora,
Funderet in media lacrymas quaſi nocte profuſas:
Flammiferumque trahens ſpatioſo limite crinem,
In ſupera (horrendum) modo conſtitit arce Cometes;
Quali vel potuit terreri Græcia quondam,
Cum Bura atq; Helice ſtagnantibus oppida campis
Abſorpta, interitu ſub aquis periêre nefando.
Vel qualem celebris Solymorum regia vidit
Per ſpacium fulgere polo reuolubilis anni,
Cùm mox horrendis Romanus cædibus hoſtis
Improuiſus adeſt, & inundant ſanguine terræ,
Viribus ac regni abſumptis, vrbs inclita Iudæ,
Non ſecus ac ſubita radicitus eruta pinus
Tempeſtate cadit, gemitu quaſſata ſupremo.
Scilicet obſcuris quæ ſidera noctibus ardent
Ignota, & facibus terrent humana tremendis
Pectora, non vnquam contriſtant lumine terras
Incaſſum. Hinc belli rabies, hinc tabida ſurgit
Arboribuſq; ſatiſq; lues, & lethifer annus.
Hinc quæ ſtare diu nequeunt inſignia mundi
Regna ruunt, & habent triſtes ſub pondere lapſus.
Non etenim Libycis ingens ita Syrtibus æquor
Voluendo fluctus alternos effurit, imis
Nec commota vadis Euxini ita tunditur vnda,
Arctoo vicina polo, candentia verſat
Cæruleis immunis aquis vbi plauſtra Bootes;
Vt nimis incertos vario diſcrimine caſus
Regnorum. Fortuna potens rotat, vtq; repente,
Quæ quondam fuerant populis terriſq; ſuperbæ,
Præcipiti pereunt lapſu cum mœnibus vrbes.
Eſt vbi diues opum, ſtudiiſq; aſperrima belli,
Nec non marmoreis ad cœlum educta columnis
Illuſtris Babylon, dominatrix inclita mundi,

Totq;

Totq; triumphantum regum decorata trophæis?
Ne vel diſiectæ tanta de mole ruinæ
Apparent. Sunt iam ſpelæa ignota ferarum,
Infeſtis atri latitantq́; cubilibus angues,
Induperatoris ſtetit arx vbi ſplendida Beli.
Quæ doctrinarum facies tibi Græcia mater?
Vnde tot ingenii præclaris dotibus aucti
Ortum habuêre viri, quorum indelebile nomen
Poſteritas ſtupet, atq; ſequens mirabitur ætas.
Vnde ſuum genus, immanem qui contudit hydram
Heroum traxit princeps, vnde acer in armis
Pelides fuit, innumeros qui miſit ad Orcum
Cæde viros, claras bello diſiecit & vrbes,
Atq; duces alii fama ſuper æthera noti:
Prô ſcelus è Scythicis egreſſa paludibus auſu
Effera gens, campis impune vagatur in illis,
Hoſpitium Muſarum vbi Athenæ dulce vigebant.
Ducere læta choros nympharum vbi turba ſolebat,
Arua quatit ſonipes, falcato & acinace fulgens
Dira cohors armis coit, agmina conſcia iungens.
Dicite vos Muſæ, quibus eſt arcana poteſtas
Pandere, tantarum cauſſaſq́; euoluere rerum.
Terrarum flammis qui Sol opera omnia luſtrat,
Sidera per duodena means, incertus Eoo
Non ſurgit cœlo, incertus non incidit vndis.
Non inuecta ſuis bigis argentea Phœbe,
Immotos mutat curſus, licet æthere in alto,
Diuerſos ſumat reparando cornua vultus.
Sic & nocturnis quæ motibus aſtra feruntur,
Limitibus diſtincta ſuis, ſua tempora norunt.
At vicibus quæ cauſſa vagis ita regna retorquet?
Cur toties quæ ſumma vigent, rediguntur ad ima?
Non equidem reor hoc fieri ſine numine Diuûm.
Sic ego: Muſarum ſic maxima cominus aſtans
Calliope: dubio quæ te ſub pectore verſans

Cura coquit, nulla eſt: Turpis ſcelera impia vitæ,
Contemtus Superum, ſuadenſque licentia luxus,
In vetitumque ruens damni ſecura libido,
Aſſiduos animis ſtimulos mortalibus addunt,
In clades vt & arma ruant, nocituraque poſcant
Bella, quibus veluti propriæ per tela perempti
Occumbant dextræ, fine accelerante ſupremo.
Tu verò magnos cupies ſi cernere reges,
Quos rerum prima conſpexit origine Phœbus,
Vſque ad regnorum præſentia tempora mundi,
Imperiis atauis claros opibuſque Monarchas:
Adſpice (nec dubites) ingentis membra Coloſſi
Quem rex Chaldaicis qui ſceptra potentia terris
Obtinuit quondam, ter magno inſignis honore,
Nocturni oblatum vidit ſub imagine ſomnii,
Aurea dum medio voluuntur ſidera lapſu,
Atque viri feſſos recreat ſopor humidus artus.
Obrizo viden' vt caput auro immane coruſcet,
Quale vel auriferas Arabum latet inter arenas,
Vel Tagus Heſperius mittit, vel Thracius Hebrus?
Pectora qua geminis iunguntur parte lacertis,
Argenti radiant fulgentibus omnia lamnis.
Ære nitet circum circa, fulgore coruſco
Conſpicuus venter, latæ & cum poplite ſuræ.
Plantas inferius tenet intractabile ferrum,
Quale olim exercent vaſto Cyclopes in antro,
Cum validi gemitum referunt incudibus ictus.
At ſuſtentatur qua moles corporis ingens,
Pars eſt ima pedum ferro commixta lutoque.
Nunc quæ turrigera Vates Babylonis in arce
Diuinus cecinit, fatorum arcana reuoluens,
Exponam: memori tu condita mente reponas.
Qui vertex fuluo rutilat ſpectabilis auro,
Aſſyriis populum dominantem denotat oris
Cui ſatè regi ſceptris regnoque potito,

Lege

Lege data, primò frenis ſubmittere mundum,
Eſt viſum Superis: ſeries longiſſima regum
Per tot ducta viros antiquæ ab origine gentis
Hinc ortum trahit, hinc magni tot in orbe Monarchæ
Ceperunt, terras omni ditione tenentes.
Ante, viris nemo rigidas imponere leges
Auſus erat: populum ſine vi pudor ipſe regebat.
Aggere non triplici cingebant oppida muri,
Ad celſas ſtabant nec propugnacula turres,
Vſus nullus erat galeæ, ſine militis armis
Mollia ſecuræ peragebant ocia gentes.
Non extorqueret qui vectigalia prætor
Tunc erat, aut cauſſas qui cerneret arbiter æquas:
Non vagus ignotas collecta merce per oras
Mercator, ventis fidens, maris alta ſecabat.
Vertere conſuetus rus pingue colonus aratro,
Cum cara reſidens ſub opaca coniuge fago,
Mulcebat verbis expertia corda dolorum.
Ipſaque vomeribus non multum ſaucia tellus
Omnia liberius, nullo poſcente ferebat.
Interea peior paullatim ac decolor ætas,
Indiga vinclorum, terris ſuccedere cepit,
Et vitæ mores alios noua protulit ætas.
Gliſcere iam belli rabies, iam ſumere vires,
Nunquam audita prius quatiens Bellona flagellum
Sanguineum, inſtiget populos vt ad arma feroces.
Iam fieri pœnæ dempta formidine cædes,
Iam conuectari prædæ. iam rapta requiri,
Condi diuitiæ per faſque nefaſq; paratæ,
Innocuis fieri inſidiæ, fraudeſq; doloſæ.
Quid moror? aduerſis cœperunt omnia fatis
In peius ruere, & retrò ſublapſa referri.
Primus Nimrodus Chuſi generoſa propago,
Diſperſos paſſim populos in montibus altis
Compoſuit, leges dedit, imperiumque vocari

Antehac

Antehac ignoto per terras nomine iuſſit.
Vtq; ſibi ingentes populos adiungeret Heros,
Finitimos armis animo fidente laceſſens
Bella parat, cingit ſpacioſis mœnibus vrbes,
Molibus educitq; altas ad ſidera turres.
Quiq; reluctantes contra data ferre recuſant
Vincula, vi ſubigit, pœnis & atrocibus vrget.
Tempora prætereunt, ſeri captiua nepotes
Iam dant colla iugo, nullis aſſuetaq; nodis
Turba, ſui diſcit placitis parere tyranni.
Iam Ninus Auguſtas regni ſortitur habenas
Atq; ſibi plures tentat ſubmittere gentes,
Hæc oriente die ſub noctem hæc cura recurſat.
Sicut enim raptim mediis fornacibus ardens
Subdita ligna vorat vel inexaturabilis Ilex,
Quo plus ſubiicitur trabium, tanto actius ignis
Effurit, expleriq; nequit Vulcania flamma.
Sic mentes hominum regnandi cœca cupido
Cum cepit ſemel, haud vllis explebilis vnquam
Theſauris Arabum eſt contenta, & diuite gaza.
Huius opus Niniue de regis nomine dicta,
Chaldaicis Niniue quondam celeberrima campis,
Nunc turpi deſerta ſitu & ſine nomine terra.
Mors tandem atra virum nigro ſubmerſit Auerno,
Quinquaginta vltra meſſes vbi rexerat orbem.
Quis putet? Imperio & ſceptris ſuccedit auitis
Fœmina, Caſtaliis meritò celebranda Camœnis,
Laudibus & ſummis æquanda Semiramis aſtris.
Nimirum non illa colo calathiſq; Mineruæ
Fœmineas aſſueta manus, ſed bella ciere,
Prælia dura pati, clypeos conſiſtere contra
Hoſtiles, ſtrictoq; aciem mucrone tueri.
Qualis Amazonidum lunatis aſpera peltis
Pentheſilea fuit, multis quæ in millibus ingens
Agmen agens, auſa eſt hoſti concurrere virgo,

Bellatrice

Digitized by Google

Bellatrice viros dextra fremebunda laceſſens.
Æthiopum infeſto poſitas ſub ſidere cancri.
Inuaſit multo populatrix milite terras,
Et fuſco gentes animoſa colore ſubegit.
Extulit ardentes victricia ſigna per Indos,
Ignotum penetrans orbem, ingenteſq; receſſus:
Hoſq; etiam fractos armis iuga ferre coëgit.
Aggeribus ſtruxit vaſtis Babylona; minaſq;
Murorum ingentes æquataq; mœnia cœlo,
Qualia non condi prior vnquam viderat ætas.
Omnibus in bellis dextra quæ vindice geſſit,
Succeſſus habuit mundi regina ſecundos.
Iam felix poterat regio Chaldæa videri,
Hoc magnæ ducis imperio, & victricibus armis,
Cum multi hanc etiam ſequerentur in ordine reges,
Per quos creuit honos regno, atq; immenſa poteſtas:
Paſſibus ambiguis ſed quæ fortuna vagatur,
Fert abigitq; vices, & nulla potentia longa eſt.
Ocia dum procerum multi luxumq; ſequuntur,
Nec patria virtute gerunt Mauortia bella;
Viribus amiſſis paulatim concidit ingens
Hoc mundi decus, Eoo formoſius altro,
Atq; trahit latè nullo prohibente ruinam.
Ecce (nefas) princeps, tot, iniquo ſidere, regnis
Sardanapalus iners ſubit, execrabile monſtrum;
Cui nec auitus honor cordi, nec bellica virtus.
Non innatus amor patriæ; laudúmq; cupido:
Deſidiæ molles ſed, & inuitantia luxum
Ocia, picta croco & fulgenti murice veſtis.
Quin etiam pingens fucis mendacibus ora,
Aſſedit toties ſtimulante libidine cœtus
Inter fœmineos, & ſemiuiros comitatus.
Non tulit hoc facinus Phul æqua mente Belochus,
Magnanimos inter proceres celeberrimus vnus:
Is ſolio inuiſum regem turbare paterno

Cogitat,

Cogitat,ac tantam terris auertere peſtem.
Iamque ſonant armis latè loca,milite multo
Compita iam complet dux ſtrenuus,agminaque armat.
Quid faciat ſeptus ſic Sardanapalus ab hoſte?
Accedátne ducem ſupplex,veniamque precetur?
Quo vero aſpiciat vultu,compellet & ore?
An verò fugiat peregrinas exul in oras?
Non in deliciis patiuntur inertibus anni
Exacti. Expediat ferrum, depromat & arma?
Apta manus nuſquam bello: plangoribus ædes
Luctiſonis reſonant, & fœmineo vlulatu,
Iamdudum vitam certum eſt abrumpere flammis
Inuiſam, & dubios leto finire dolores.
Ergo pyram ſolus tecto interiore ſub auras
Erigit,ingentem,tædis atque ilice ſecta.
Cumque ardens ferri iam cepit ad aſtra fauilla,
Feſtino ſeſe deſperabundus in ignem
Coniicit inſultu,piceam quà plurimus vndam
Fumus agit,nebulaque ſtrues exæſtuat atra.
Collucent latè flammis ingentia tecta,
Atque abit in cineres arx tot dominata per annos.
Hęc finis regum Aſſyriæ,hic eſt exitus, orbem
Per tria perque decem rexiſſent ſecula poſtquam,
Et nouus imperii rerum procederet ordo.
Vilius argentum eſt auro, ſunt poſtera primis
Deteriora,grauique ruunt ingentia lapſu,
Poſt caput aurata galea criſtiſque refulgens,
Pectora de ſolido propiora nitentia circum
Argento,arcana fatorum lege, pateſcunt.
Alter ab integro regnorum naſcitur ordo,
Arſacidis domito Perſis dominantibus orbi.
Regna duces,rerum Domini, diuiſa tenebant
Chaldæi, regum iam ſceptris ſtirpe reuulſa,
Forſitan & longo, ſi mens non læua fuiſſet,
Tempore, tranquilla poterant his pace potiri:

At verò

Digitized by Google

At verò vicium rebus ſolenne ſecundis,
Virtutumq́ue comes malè grata ſuperbia, triſtes
Attulit interitus tandem ſceptriſq́ue viriſq́ue.
Dum patrii ſiquidem laxantes iuris habenas,
Vrbibus heu nimium ſecuro pectore præſunt,
Et ſacra blaſphemis inceſſunt numina dictis:
Ipſe potens mundi Rector, qui ſidera torquet,
In cuius ſunt regna manu, qui cuncta gubernans
Aſpicit, egregiis animis opibuſq́ue potentem
Suſcitat, & mundi Cyrum iubet eſſe Monarcham.
Sic tantus tibi ceſſit honos clariſſima bello
Perſia, ſic domiti caput vnica diceris orbis.
Cyrus magna gerens inuicta prælia dextra,
Argolicas vrbes, Lydoſq́ue ſub arma coactos
Cepit, opum diues quæ Crœſus regna tenebat,
Crœſus in Ioniis olim celeberrimus oris,
Qui ſtrue lignorum iam comburendus in alta,
Exemplo docuit, NVLLVM debere beatum
Mortalem, ante obitum ſupremaq́ue funera dici.
Tempore deficiar, ſi perſequar omnia verſu,
Quæ virtute animi excelſa fortiſſimus Heros
Geſſerit: Haud illo quiſquam certamina Martis
Quando inſtant, acieſq́ue parant concurrere ſignis,
Hoſtilis melior faciem aut componere pugnæ,
Aut teretem iacere arte ſudem celerémve ſagittam,
Aut quando obſeſſas res cingere poſtulat vrbes
Militibus, longis obducere mœnia foſſis.
Nil animo leue molitus, nil liquit inauſum,
Quo cupidum traxit generoſi pectoris ardor.
Poſt varios caſus, & mille pericula Martis,
Imperii ſedem cum iam Babylona ſubactam
Cepiſſet, regum tenuit rex omnia victor,
Oceanum ſpectat quà Sol vtrumque recurrens.
His, puto, contentus regnis fortiſſime Cyre,
Ferratas Iani poteras occludere portas,

Pace

Pace tuiſq; data reliquam traducere vitam.
At qui tantus amor pugnæ, quæ tanta cupido
Armorum? ignotas cur gentes Marte laceſſens
Maſſagetas contra durum genus arma capeſſis?
Flecte animum, retrò & cum ſignis agmina verte,
Saluus adhuc patriis quando regionibus aſtas,
Et tibi fatales nondum premis inſcius oras.
Te trahet imperium quantam moriente ruinam?
Cambyſes hæres, tua proles impia, regni,
Patre probo nimium diuerſus, dedecus addet
Heu quantum domuiq; tuæ, laribuſq; paternis.
Quam proceres inter crudelia facta patrabit,
Impletus veteri venas, vt ſemper, Iaccho,
Cædibus innocuis quam terra refuſa madebit,
At nec is à proprio, confixus vulnere ferro,
Poſt meſſes paucas, ſed funera multa ſuorum,
Ad manes veniet ſicca cum morte tyrannus.
Sed non Cyre audis, bellis exercita virtus
Te trahit, atq; animus lucis contemtor, vt auſis
In patriam infundi ſuetas auertere gentes.
Agmen in armatum velociter irruis, amplis
Vt leo cùm campis meditantem prælia taurum
Cornibus aduerſis ſpecula conſpexit ab alta,
Nulla mora eſt, volat ille, iubas ceruice comantes
Extollens, certuſq; hoſtem demittere morti:
Sic animam pugnans in aperta pericula mittis.
Poſtq; tot exhauſtos conatu ingente labores,
Infelix occumbis, & hoſtes concidis inter,
Aſſiduis veluti concuſſa bipennibus Ornus,
Paulatim tremefacta, ſub alto vertice nutat,
Vulneribus donec nimiis euicta ruinam
Prona trahens, terra reſonante fragore recumbat.
Nec tua te pietas rutilum diademave texit,
Ignota tellure iaces, nec te tua coniux
Condit humi, & patrio decorat tua membra ſepulcro.

At tu

Digitized by Google

At tu perpetuis celebrabere laudibus Heros,
Gloriaq; & virtus longos durabit in annos.
Non ego cui modò ſumma ſequi faſtigia rerum
Propoſitum eſt. prima repetens ab origine, reges
Deſcribam reliquos omnes, ductoſve triumphos,
Diuitis ingenii foret ò labor iſte, nec illud
Momentis properans ſineret velocibus hora.
Te non prætereo Dari, rex facte ſecundo
Omine, cui procerum, extincto Cambyſe, ſenatus,
Vt primum tremulis hinnitibus aura caballi
Clanguit, intonuitq; polus de parte ſerena,
Protinus imperii faſces tribuêre ſuperbos.
Zopyrus ille dolis cepit Babylona repertis,
Exemplum fidei mutilata nare probatæ.
Te duce concuſſa eſt diuturno Græcia bello,
mpatiens regum iuga Græcia ferre potentum.
Tu terris etiam Xerxes æterna dediſti
Nomina, qui claras adoriri miles Athenas
uſus es, innumeris perterrens Hellada turmis,
Millia quot Græcas nuuquam venêre per vrbes.
Marsq; tibi poterat fors aſpirare ſecundus,
rma Neoclides niſi præſtantiſſimus Heros,
er latum æratis inuecta triremibus æquor
rripiens, propera tot millia claſſe fugaſſet.
inc modò qui fueras ingens tremor vrbis & orbis,
erga hoſti vertens, ingentibus excidis auſis.
xutum triſtis recipit te Perſia caſtris,
factum ad ſeros transſcribit fama nepotes.
Iam ſummo Titan cœlo renouauerat annos
s centum, & regni poſtremus ſceptra tenebat
arius, fati ignarus fortisq; futuræ,
ua ruere imperium vetus, & vileſcere nomen
rſarum, toti modò formidabile mundo
eberet, tantiq; aboleri gloria regni,
aieſtate nouo digna ſurgente Monarcha.

N O fluxas

Digitized by Google

O' fluxas mundi res! ô incerta potentum
Fata! cadunt rerum medio vel maxima curſu,
Vitra velut radiis Phœbeis pulſa relucent
Splendida, ſed tenui contactu fracta fatiſcunt,
Artificis vanas & abit labor omnis in auras.
Magnus Alexander, caput inſuperabile bello,
Cuius ab Herculea genus ortum ſtirpe refertur,
Iura dabat Macedûm populis, iuuenilibus annis,
Integer, atq; animo plus quam mortalia ſpirans.
Huic cum ſufficerent nec regni ſceptra paterni,
Nec ſpacioſæ opibus florentes Hellados vrbes,
Imperium mundi affectans, quicunq; ſequatur
Exitus, ad ſummum bellis contendere geſtit.
Arma fremit vigilans, noctu fremit arma, requirit
Arma toro, tectiſq;, per intima viſcera lapſus
Sæuit amor ferri, rabidiq; inſania Martis.
Ceu liquor infuſus feruentibus ater ahenis,
Quæ circum flammis ambit crepitantibus ignis,
Exultat, ſpumis feruenſq; exuberat altè,
Nec ſe iam capit vnda, petit vapor igneus auras.
Emathiis toties aduerſo Marte rebelles
Eſt animus primum Graias agere agmen ad vrbes,
Et multo infenſos obſidere milite fines.
Ergo duces dictis hortatur, ſigna ſequantur,
Atq; animos aptent armis. Mora nulla frequentes
Exciti coëunt, ſtimulat ſimul ira furorem.
Pars pedes incedit, pars terga fatigat equorum,
It nigrum campis agmen, Martemq; laceſſit.
Vix bene in Argolicas rumor penetrauerat vrbes,
Pellæum innumeras armantem ad bella cohortes
Aduentare ducem, tolli ſuper æthera nubem
Pulueream: extemplo cecidêre animiq; manuſq;
Omnibus, inſuetus trepidos pauor occupat artus.
Ac quia in incerto quid agant, ſunt, quidve ſequantur,
Sub iuga victoris ſe mox ſine ſanguine dedunt.

Vos Thebæ nimium confiſæ turribus altis,
Et vallis, hoſtes clauſis auertere portis
Auſæ eſtis, ſed fata vrgent, auerſa Dei mens,
Nobilis vrbs capitur, direptaq; tota crematur.
Vulcano ſuperan[illegible]loq; exſcinditur imo.
Hinc Aſiæ exult[illegible]s fœcundos tranſit in agros:
Miratur triplici fulgentes ære phalanges
Barbara gens altum regis miratur honorem,
Paciferæq; manu ramum prætendit oliuæ.
Ipſa putes validis gratari mœnia turmis
Suppliciter, magnos & ſe demittere montes.
Nec verò pacem petit aut gratatur Achiuis
Vrbs antiqua Tyrus, pretioſaq; murice Sidon,
Vtraq; præclaris notiſſima mercibus orbi,
Quas vel puniceo ſitiens vehit Indus ab ortu,
Vel quas diues Arabs ventoſa per æquora mittit.
Infelix, quæ non prædictum vatibus olim
Extremum interitum ſenſit, miſeramq; ruinam.
Condunt ſe ciues portis, & mœnia complent,
Oppoſito certi defendere milite mur[illegible]
Inſtat at Herculeis fremebundus vir[illegible] hoſtis,
Obſidione premens, & propugnacula rumpens,
Portis vi potitur. Tum verò maxima clades
Exoritur, paſſim ſternuntur inertia ferro
Corpora, perq; vias & limina nota domorum
Matres atq; viri: reboat clamoribus æther.
Inſuper vltrices flammas ad culmina iactat
Dira cohors, cædiq; infandæ incendia miſcet.
Parua mora eſt, Phœniſſa Tyrus conſidit in ignes:
Tota, capitq; ſuum extincto cum nomine finem.
Quin etiam Pharias furor hic penetraſſet ad vrbes:
Et velut immani totas hauſiſſet hiatu,
Ni regni dubiæ proceres præſagia mentis
Non proceſſuro monuiſſent cedere bello,
Et mitem potius victorem poſcere pacem.

Iamq́; adeo ſuper vnus erat.qui ſumeret arma
Totius caput imperii Darius & orbis,
Faſué ſit hunc patria immeritum depellere ſede,
Æmathius dubio dum voluit pectore ductor,
Hæc ſecum:méne incepto deſiſtere bello,
Dario terris nec principe poſſe potiri?
Non ego credo vetor fatis Oracula Perſis
Prodita ſint quamuis Superis ſua,ſunt mea contra
Fata mihi ſceptra Inachios tranſmittere ad Argos.
At ſcelus inſontem regni placabilis vltrò
Qui partem defert ſolio detrudere auito,
Et bello populos infeſto agitare quietos?
Qui cunctis portat radiantia lumina terris,
Eſſe nequit geminus Sol aureus,eſſe nec alter
Iure poteſt,penes eſt quem tota potentia mundi.
Non diuiſa habeant plures tot regna.ſed vnus.
Dixit:at in bellum prono,hoc tantum addidit iræ,
Accenditq́; virum,quantum clamore iuuatur
Elæus ſonipes,curſu celer,imminet altis,
Cùm iam iam [illegible]ibus,pedibusq́; repagula laxat.
Conuocat ar[illegible]s extemplò ad ſigna phalanges,
Vtq́; alacres adſint animis,pugnæq́; parent ſe
Edicit,certum eſſe duci decernere ferro.
Non minus eductas hortatur ad arma cohortes
Darius,velabat honos quem regius oſtro,
Auratis equites ſagulis criſtiſq́; decoros
Inter,& innumeros pedites,diuerſa gerentes
Tela quot in Libyco voluuntur marmore fluctus,
Aut in agris cùm Sole nouo torrentur ariſtæ.
Iamq́; aduerſæ acies campis ſtructæq́; cohortes
Procedunt,dirum pugnæ dat buccina ſignum.
Non mora:ſe caſtris vtrinq́; effundit apertis
Miles,& ancipiti iam mutua vulnera ferro
Pertentans,penetrat cuneos,aperitq́; viam vi.
Sternuntur pedites,& totis funera campis

Miſcentur

Miſcentur,ruit acer eques cataphractus in agmen;
Fulminis in morem,fortiſſima pectora fruſtra
Darii ſocii pereunt Daiq; Sacæq;.
Non minus incaluere animi,& pugna aſpera ſurgit,
Hinc atq; hinc rabies,ſeges enſibus vndiq; ſtrictis
Horreſcit,tonat omne ſolum,ſtat multus vbiq;
Terror,vbiq; pauor,mortiſq; ſimillima imago.
Anceps pugna diu fuerat,ſed viribus alæ
Perſarum exhauſtis,dum plurima grandinis inſtar
Tela volant,ſtrepit aſſiduo galea ardua circum
Tinnitu,exceptis nec ſufficit ictibus vmbo,
Retro verſa legunt laſſis veſtigia dextris.
Rex,cupiens animum fugitantibus addere turmis
Aduolat,& fertur medios moriturus in hoſtes,
Quem circum glomerati omnes,hinc cominus atq; hinc
Proturbant,inſtat præ cunctis ac rotat enſem
Fulmineum dux Græcus,& acri exæſtuat ira,
Inq; vno telis defixus rege moratur.
Tandem Darius dubii in certamine Martis
Ductores acie primos quoq; cedere cernit,
Et Martem Græcis vires animumq; cateruis
Addere. Quid faciat? num ſolus tendere contra,
Quod cupiat ſanè,tot tela tot audeat hoſtes?
Non vires & fata ſinunt;non ferreus imber
Telorum,piceus feſſo de corpore ſudor
Flumen agit,trepidos quatit æger anhelitus artus.
Quod ſolum victo rebus reſtabat egenis,
Terga fugæ præbens, via quà datur,alite campos.
Quaſſat equo refugoq; hoſti pede caſtra relinquit.
Arſacidûm ſignis pugnæ cum fine fugatis,
Victor Alexander,ducibus comitantibus intrat
Magnifico ſedem Imperii Babylona triumpho,
Atq. ſuis pedibus diuina humanaq; ſubdens
Omnia,ſubiecto fit tertius orbe Monarcha.
Hanc infelici cladem portendere Perſæ

[redacted]

Digitized by Google

Viſa fuit ſuperæ facies triſtiſſima lunæ,
Quæ niueis medium bigis dum pulſat olympum
Sub noctem,& tacito curſu reliqua aſtra feruntur,
Luce fit orba ſua,terræ & ſe immiſcet opacæ,
Multa gemens,tanti caſum miſerata Monarchæ,
Indignoſq; obitus,quos accelerauit iniquo
Funere,Medorum terris infamia Beſſus,
Qui tantum miſit ſtygias heroa ſub vmbras,
Nil maieſtatem veritus Diademaq; regis.
Quam verò ſunt cuncta pari mortalia ſorte,
Quæq; loco nondum ſunt mota,impulſa moueri
Quam facili poſſunt momento. Pulcrius orbe
Nil erat Imperio naſcente, & rege Pelaſgo,
Cui ſoli dederat ſuperi dominator olympi
Iuſtitia ante alios gentes frenare ſuperbas.
Robur at hoc ingens animi,diuinaq; virtus,
Heu mihi quam ſubito vel primo in limine regni
Concidit, & tenebris nigrantibus implicat orbem.
Qui toties ſtrictas acies ſterit inter & hoſtes,
Inuictus,toties horrentes Marte phalanges
Contudit,& tantis tremefecit cladibus vrbes,
Vincitur immodico Baccho,febriq; flagrantes
Depaſcente artus,crudelibus occubat vmbris.
Sic quondam denſa venantum ſepta corona
Pardalis haud capitur,ſupra venabula pernix
Fertur,& incertos fugiendo deiicit ictus.
Aſt vbi vina hauſit pando Bacchëia roſtro,
Atq; ſopore iacet totos extenſa per artus,
Iam capta eſt ſine vi,recipitq; in gutture ferrum.
Extincto ſuperis ita rege volentibus iſto,
Cui ſimilem nunquam ſi quis facta ardua ſpectet,
Viderunt terræ Phœbo ſub vtroq; iacentes,
Secula nec ſimilem ſi ſunt ventura,videbunt,
Conſilium proceres regni de rebus habebant
Extemplò,tantæ poſthac qui pondera molis

Suſtineat,

Suſtineat, tantoq; queat ſuccedere regi.
Nomen Alexandri vel Eoo clarius ortu,
Abſterret cunctos ne lumina clara ſupremi
Affectent apicis, maieſtatiſq; tremendæ.
Quid vero faciant? Orbiſne inuadere gentes
Regna ſinant alias? non ô non conſcia virtus,
Non hoc admittit victoria dedecus ingens.
Ergo alius nigris rex arceſſendus ab Indis?
Non fas eſt ſceptris armare potentibus hoſtes,
Non auras ſatius dulcemq; relinquere vitam.
Partirine igitur libet æquo limite terras,
Haſq; duci certo committere ſorte regendas?
Hoc placet, hæc cunctis potior ſententia viſa eſt.
Celſa vbi Pyramidum ſpectat miracula Memphis,
Diuitis Ægypti ſceptrum Ptolemæe capeſſis.
Ad Syriæ populos Nabathæaq; regna recedit
Maximus ille armis, maior virtute Seleucus.
Mœonis Antigonum pro rege vetuſta ſalu[illegible]
Atq; vbi Troia fuit campi, & confinibus a[illegible]
Quà fortes ſpectat Lydos Pataræus Apollo,
Vrbibus ac felix vbi claret Ionia magnis.
At cupido Macedûm recipit te pectore tellus
Antipater, te rege ſuos defendere fines
Gaudet, & optato remanere quieta receſſu.
Omnis cæcus amor dominandi, ferre poteſtas
Conſortes non vlla poteſt, nec tempore longo
Regni inter ſocios ſtabilis concordia durat.
Dum ſibi bella noui faciunt crudelia reges,
Alter & alterius populatur milite terras,
Nec flammæ longos odii extinguuntur in annos,
Bellaq;, ne deſit ſerpenti occaſio cladi,
Poſteritas ſimili gerit ambitioſa paratu,
Paulatim Argolicis quoq; fractis viribus orbis
Deficit, & ſummo regna inclita culmine nutant.
Interea Auſonia regione potentia creſcit

Procedens ſenſim,vireſq́; acquirit eundo.
Fonte Gigantæi montis radice ſub ima
Ceu veniens Albis,ſulcat ſata pinguia riuo
Exiguo,per rura fluens fœcunda Bohemi.
Miſniacis magis hinc labendo viribus auctus.
Surgit,Saxonicoq́, ſonans ſe gurgite pandit.
Victor,opes amnes varii auxiliaribus vndis
Hinc addunt atq; inde,ſuo nec ſe capit alueo,
Spumea latifluus ſe donec in æquora condat.
Romulus atq; Remus fratres,de ſanguine nati
Aſſaraco Martis lupa quos nutriuit in antro,
Auſpiciis poſuêre illam felicibus vrbem,
Poſtea quæ ſeptem circundans mœnibus arces,
Imperium terris,animos æquauit olympo.
Inde tot illuſtres animæ venêre tot alti
Heroës,quos fama vehet plaudentibus alis,
In mare ſe donec fluuio Tyberinus amœno
Fundet,& antiquæ durabunt nomina Romæ.
Non gentem hanc contra valuit vis vlla,nec vllus
Impetus armorum,quæ barbarus intulit hoſtis,
Non cincti latis foſſis atq; aggere muri.
Romanus penetrans loca leuibus omnia pilis,
Aëriæ ſimilis fundæ,celerive ſagittæ,
Exultans hoſtes ſternit,cum mœnibus vrbes
Deditione capit,poſitis non templa trophæis
Non fora ſufficiunt,petit ardua ſidera virtus.
Nubiferas Tyrius ſuperauerat Annibal Alpes,
Ingentiq; manu Heſperias inuaſerat oras,
Quin acies etiam miſeranda clade fugârat:
Romulidum,ſed non valuit quoq; vincere,cedens,
Terga tuis dedit impatiens terra Itala ſignis.
At licet inuictis gererent ita prælia dextris
Romani,premerent & gentes Marte ſuperbas,
Captiuos etiam reges fulgentibus armis,
Vincla triumphales poſt currus ferre viderent:

Non ſummi nomen tamen affectare tyranni
Optauit quiſquam magnatum,tempore longo,
In ferrum cuncti pro libertate ruebant,
Coniunctis animis,te ſolum maxime Conſul,
Collegæq; tui faſces & iuſſa ſequentes.
Vnus in innumeris proles Æneia Cæſar
Exoritur celebrem quem tandem Marte togaq;
Excellens virtus properataq; gloria rerum,
Subiecto ſolum dominari fecit in orbe.
Hic vir hic eſt acres domuit qui fortibus armis
Galloſque,Sueuoſq; paludoſoſq; Sicambros,
Quæq; latent aliæ Arctoo ſub ſidere gentes,
Ignotoſq; tibi meruit Romane triumphos.
Tandem etiam ſcindente animos diſcordibus armis
Bellona ſociûm,bellumq;,ciente cruentum,
Pompei te Magne petens,tibi funera portans,
Pharſalici Italico maduerunt ſanguine campi.
Et tua libertas cecidit Mauortia Roma,
Quæ fuerat toties fuſo tibi ſanguine parta.
Omnia viciſti Cæſar,tua vincere fata
Non licuit,ſtrictis nimirum templa relucent
Enſibus,inq; tuam conſpirant agmina vitam
Conſcia,nec prohibet Domini ſacra curia cædem.
At non maturis inglorius occidis annis.
Imperii mixtum ferroq; lutoq; ſupremum
Quod fore ſacrorum cecinêre oracula vatum,
Tu caput es,nomenq; tuum per ſecula multa
Magnorum retinet ſeries longiſſima regum,
Quos tuo ab Auguſto,qui condidit aurea rurſus
Secula per Latium atq; vltra Garamantas & Indos
Protulit imperium,dominantes longa tulerunt
Tempora,ſe donec tenebris Germania denſis
Exſeruit,qua non contemtior vlla ſub arcto
Ante fuit regio aut terris incultior vlla,
Prodiit & fama ille ingens,ingentior armis

Digitized by Google

Carolus, eduxit quem Francia nobilis ora,
Tantum alios forti ſuperantem pectore reges,
Rerum & ſucceſſu, quantum leo cuncta ferarum
Semina inexhauſtis animis & viribus anteit.
Hunc toties vidit ducentem animoſa triumphos
Gallia deuictis e gentibus, Itala tellus
Eſt toties mirata ſui facta inclita regis,
Inuictoſq; animos quos nulli frangere caſus,
Nullæ res vnquam potuére efferre ſecundæ.
Iuſq; piumq; duce hoc Veneris fulgentius aſtro
Luxit, & aureolis comptos redimita capillos
Frondibus, in toto plauſit Pax candida mundo,
Aſt hoſtes, acies inter ſtrictaſq; cohortes,
Ignitis oculis ardentem, animiſq; frementem,
Attoniti rapidi ſtupuerunt fulminis inſtar.
Nec vero Alcides, qui duros mille labores
Euryſtheo quondam fertur ſub rege tuliſſe,
Inuicta tantum claua tellurıs obiuit,
Quot gentes noſter domuit fortiſſimus Heros
Carolus, æternum meritus nomenq; decuſq;.
Cedite Germanis Romani, cedite Graii
Regibus. Æacidas habuit Germania bellax,
Scipiadaſq; ſuos: inuictæ mentis Othones,
Saxonicis cretos terris, & fulmina belli
Henricos, cœlo quos virtus laudibus æquat.
Veſter honos etiam Friderici, regia proles,
Durabit, donec ſtellis fulgentibus æther
Pictus erit, gemmiſq; micans vertetur Orion.
Vera loquor. prima naſcentis origine mundi,
Vel melior virtute. vel obſeruantior æqui,
Germanis gens nulla fuit, vel clarior armis,
Dum fortuna fuit, dum regum bellicus ardor
Coniunctos animos tenuit concorſq; voluntas.
At nihil innumeros inuito durat in annos
Numine, ſtant certa, quantumuis maxima, lege

Regna,

Digitized by Google

Regna,ſuos & habent,poſcunt vbi tempora,fines.
Quæ viguit quondam virtus defecit auorum:
Idq́; tuum priſcis Germania regibus orbum
Imperium labat,& rimis imbelle fatiſcit,
Ceu pronis illiſa vadis medio æquore puppis,
Iam conſumpta annis,laterum compage ſoluta,
Accipit æquoream multam rimoſa paludem,
Et niſi ſit ſummas ferro munita per oras,
Anceps,ſuſtentata diu ſoluatur & arma
Nautica diſiiciat medias diſperſa per vndas,
Quis non humectet vel largo flumine vultum,
Antiquumq́; decus gemebunda mente requirat,
Hæc noſtri aſpicien informia rudera regni?
Quæ fuit egregiis regio celeberrima bellis,
Quam non indomitæ potuerunt frangere gentes,
Hanc lacerat fidei ſanctæ immaniſſimus hoſtis
Turcus:& ad gelidas Turcis immanior Arctos
Moſcus,inauditum patribus per ſecula nomen,
Infandis claras funeſtat cædibus vrbes,
Et populum ablutum pretioſo ſanguine CHRISTI,
Ereptumq́; Erebo , falcato immaniter enſe
Diſſecat,horrendo cruciatu membra fatigans.
Seu fuerint belli ductores,Martia quondam
Intrepidis animis qui contra tela ſtetêre,
Seu pia ſubmittens pudibundo lumina vultu
Fœmina,ſeu generis ſpes magna puella parentum,
Imbelliſve puer,nulla hic diſcrimina ſexus
Infantes matrum teneros vel ab vbere raptos
Sepibus aſpicias(viſu miſerabile)acutis
Affixos,& membra atro fluitantia tabo.
O dolor,ô ingens ipſi execrabilis orco
Sæuitia,hæc moueat vel ſaxea corda tyrannis.
Quid loquar occultas Romani præſulis artes,
Qui noſtri,etiam ceruicibus imminet hoſtis,
Et coniuratos trahit ad ſocia agmina fratres,

Cen-

[redacted]

Digitized by Google

Centimanumq́; Gyan,ſpirantemq́; igne Typhoëa;
Quoſq́; alios habet occiduo plaga Sole tyrannos,
Qui manibus cupiant magnum reſcindere cœlum;
Terrificis,ſuperiſq́; Deum detrudere regnis.
Nec ſatis hoc,noſtros inter bella,horrida bella,
Cognataſq́; acies ruere in ſua viſcera,multo &
Teutonico fluuios ſpumantes ſanguine cerno.
Scilicet hæc reſtant Germanis vltima fata,
Vt nobis tandem crudeli funere cæſis
Omnibus,in cineres abeat Germania,nec ſit
Nobile Cæſareo reliquum de nomine regnum,
Tum verò laxis ſuperæ compagibus æthræ,
Ingens abſq; manu montis de vertice ſaxum
Decidet,immanem feriens ad crura Coloſſum,
Effigiem mundi regnorum,quo ſimul omne
Auri atq; argenti liquefacti pondus & æris
Cumq́; luto vacuas ferrum vaneſcet in auras,
Diſcordes veluti cum miſcent prælia venti,
Ad reſonos paleæ flatus ſparguntur inanes.
Nempe aderit cœlo multis cum millibus Heros,
Vera Dei ſoboles,celſa hunc cernemus in aula
Fulgentem clara in nebula,quem mille ſecuti
Cœlicolæ auratis impellent æthera pennis.
Ille tuos hoſtes,Eccleſia ſancta,triumphans
Pugnantes collo fruſtra,atq; inſueta rudentes,
Turbine corripiens terræ ima in viſcera trudet,
Noctis vbi horriferæ nigror,æternæq́; tenebræ.
Et noua conſtituet puris rutilantia gemmis
Regna,quibus ſolus rex æternuſq́; ſacerdos
Præerit,& ſanctos ſolus dominabitur inter,
Martia ceſſabunt cum diris agmina pugnis,
Pax erit & requies æterna,æterna poteſtas,
Lætitiæ non finis erit.Non amplius atrox
Quæ toties ſpiclis mortales terruit vncis,
Mors erit,aut ſtruet inſidias regnator Auerni

Centi-

Centimanus, centumque eructans faucibus ignes,
Perpetuos felix durabit vita per annos.
Hanc ô progenies æterni viua parentis
CHRISTE diem accelera, cœco nos carcere clauſos
In lucem, ſanctam lucem, virtute potenti
Eductos, vita miſeros dignare beata,
Corporis exuti vinclis celebremus ouantes
Vt te cum patre cœleſti, flatuque ſacrato,
Æternum ſine fine Deum, cui gloria ſoli,
Cui ſoli diuinus honor, victoria, virtus,
Almaque maieſtas longum debetur in æuum.

De veteri & noua Pentecoſte, deque præcipuis filii Dei, Domini noſtri Ieſu Chriſti, & Spiritus ſancti paracleti, beneficiis.

SI fas eſt diuûm Muſas ſuccedere templis,
Nec renuunt Aganippæis myſteria dici
Sacra modis, quæ mens tenebris immerſa profundis
Heu nimium, non noſtra videt, nec acumine ſolers
Veſtigare poteſt hominis natura ſagaci:
Arce poli ſumma ſed que delata ſupernè,
Arcaniſque Dei receſſibus, indiga lucis
Et tellus ſtupet, & vaſtus miratur olympus:
Fas etiam mihi ſit, tenui cœleſtia verſu
Dicenti ſuperas ad ſedes tollere mentem,
Conſpectuque frui diuinæ lucis. Ad illam
Antè quidem denſæ nubes & mille viarum
Ambages aditus arcebant, tempore longo.
At tandem patefecit iter, nubeſque remouit
Obſtantes ſummi ſoboles æquæua parentis
CHRISTVS, in has terras cœlo qui miſſus ab alto,
Verus homo, aſſumſit mortales corporis artus,
(O amor) & noſtram proprio redimendo ſalutem
Sanguine, nos ciues fecit, dominoſque beati
Concilii ſuperûm. Non deuius amplius error,

Vepribus

[redacted]

Digitized by Google

Vt pribus obiectis obſtat, via plana per auras
Iam datur, ipſius ad magni penetrale tonantis,
Vt maieſtatem liceat ſpectare tremendam,
Et coram ſacras audire & reddere voces.
Ecquem non igitur monumentis condita priſcis
Sacra iuuent? quis danda neget pia carmina templis?
Quis non lætitiæ ſuaues in pectore motus
Concipiens, gratis animis agnoſcere donum
Hoc cupiat, nobis miſeris quod contigit, ingens?
Sunt ſacra: lux augusta vagum diffuſa per orbem,
Qua ſine voluuntur cœca caligine mentes,
Incertæ quò ferre gradus, vbi ſiſtere detur,
Hic fons eſt venis ſine fine ſcatentibus vndam
Sufficiens, ex quo manant ad gaudia vitæ
Flumina, quæ recreant ardores cordibus imis,
Et vires addunt quaſſis roburque medullis.
Hauſtus terreni laticis cui guttur inundat,
Ad breue fortè ſitim poterit reſtinguere tempus.
Quæ tamen extemplo fumis ſtimulata recurrit,
Atque iterum torret ſiccatas arida fauces:
At ſacer hic amnis, viuis argenteus vndis,
Præbet inexhauſtum laticem, quem nullius æſtus
Sideris, ignipotens aut vis extinxerit vnquam.
Hic flos, hæc Panacæa, ſacros exhalat odores,
Viribus occultis, qui cordis vulnera ſanant,
Vulnera, quæ nullis aliàs ſanantur ab herbis.
Quid moror? Hic vitam inuenias, è faucibus orci
Eripientem animas, & in aſtra beata locantem,
Inter cœleſtûm proceres, ſanctumque ſenatum,
Atque infinitas ſpondentem in ſecula luces.
Iamque fauere adeò linguis, & ſacra profari,
Reſque locuſque ſinunt, noſtra ſolennis in vrbe
Quando dies agitur, qua cœli ſede recepto
Saluatore Deo, poſt denos æthere ſoles,
Omnipotens genitor, natuſque æquæuus ab alto,

Afflauit ſancto biſſenos numine fratres,
Quos iunctos conſtante fide locus vnus habebat,
Incutiens blandum cunctis in pectora amorem,
Ardentiſque nouas donans ſub imagine linguæ,
Edere, vel tanquam notas haurire loquelas.
Siue aliquis præſens tellure Libyſtide cretus
Affuit, aut latis Gallorum finibus ortus,
Aut vbi Thraces arant gelido ſub ſidere campos,
Agnouit patriæ quiuis idiomata linguæ,
Afri, Cretenſeſque, Phrygumque è ſede profecti,
Cumque Indis Arabes & areniuagi Garamantes,
Ebrææ haud doctos ſtupuerunt gentis alumnos,
Multiplici laudes diuinas tollere lingua.
Nec ſatis audiuiſſe ſemel fuit, vſque morari
Iuuit, & inſolito miraclo paſcere mentes.
Læta ſerenato rident hoc tempore mundo
Omnia, quæ gremio tellus amplectitur amplo,
Paſſim prata virent & amicti gramine campi,
Delectantque oculos variorum flore colorum.
Cum ferimus cupidos per teſqua virentia greſſus,
Iucundo videas blandiri murmure ſyluas,
In ripis volucres & amico fluminis alueo
Aſſuetæ liquidis mulcent concentibus auras,
Signaque lætitiæ dant arua nitentia circum,
Ipſi etiam memores feſti ſolennis, honores
Indicunt templis homines, multaque per vrbes
Fronde domos nitidas & amata palatia velant.
Nos qui Pieridum ſacris operamur in hortis,
Quid facimus? quo nam teſtari gaudia facto
Noſtra licet ſuperis quemnam tribuemus honorem?
Ingratos ne nos hic fortè redarguat annus.
Si placet, hoc quoniam ſtirps inclita tempore Iudæ,
Fata ſequens, liquit ſeptemplicis oſtia Nili,
Traiicienſque rubri ſicco pede gurgitis vndam,
Ad iuga prærupta Sinaidos agmine magno

Venit,

Digitized by Google

Venit, vbi accepit diuinæ oracula legis,
In gemino digitis inciſa Adamante tremendis,
Temporeque ex illo ſeri ſacra feſta nepotes
Inſtituêre, quibus pecudes iugulauit in aris
Gens ea, perque domus ſcenis indulſit opacis:
Si placet, ad montem mecum contendite Sinam,
Magnorum teſtem factorum & fœderis icti,
Quando tonante polo rutilis mons ignibus arſit,
Et tellus magno tremuit concuſſa fragore,
Ætheria reſonante plaga, reſonantibus agris.
Inde Palæſtinam, populis & monte relicto,
Per patulos campos & amœna vireta, petamus,
Deſuper effuſi ſancti miracula flatus
Viſuri, quâ ſe Solyme clariſſima quondam,
Nunc æquata ſolo, ſublimes tollit in auras.
Hinc quid erit fructus? facili ratione licebit,
Et noſtri & veteris cognoſſe exordia feſti.
Longum iter eſt ſanè, pedibus peragrare rotiſue,
Quod licitum nulli noſtrûm, quibus orbis in oris
Nos ſumus, has longo via diuidit inuia flexu,
Immenſumque obſtat cum mille receſſibus æquor.
Sed quò non poſſunt nos corpora ferre, feramur
Mentibus, aligero penetremus & aëra curſu.
Iam iuga contigimus Sinæ, peregrina tueri
Iam datur ora virûm, vaſto mons vndique pulſu
Armorum ſonat, & populi clamore propinqui.
Conſidunt caſtris, video in fulgentibus armis
Heroas magnos, cœlo capita alta ferentes.
Hos inter medius Moſes ſpectabilis ore
Incedit, formaque alios ſupereminet omnes.
Quem circum clypeata virum glomerantur in orbem
Agmina, ſtat grauis ille leuans ad ſidera palmas,
Et magnum immoto vultu ſuſpectat Olympum.
Hi ſunt Iſacidæ, dum fata Deuſque ſinebant,
Gens olim in toto fortunatiſſima mundo:

Hanc

Digitized by Google

Hanc pater omnipotens cui tellus paret & æther,
Niliacis ſeruam cùm primum duxit ab oris,
Æquora diuiſit ſeſe cumulante profundo,
Inter & aggeſtos vndæ ſtagnantis aceruos
Educens, ſalſas dedit ire impunè per vndas.
Nec poſt deſeruit, comitans duce nube, ſerena
Luce per obſcuras flamma præeunte tenebras.
Damnatoſque ſiti ad ſcopulos cum poſceret vndas,
Flumina de ſolidi patefecit vulnere ſaxi,
Et longos ſiccis riuos donauit arenis.
Poſthabitis aliis gentem hanc longè omnibus vnam
Eſſe Deus voluit, quondam labentibus annis,
Ex qua mortales heros prodiret in auras,
Antiquam propria qui culpam morte piaret,
Hoc monuit toties, toties hoc prodere vates
Iuſſit, & immenſo manifeſtum reddere mundo.
Huc ſacri ſpectant ignes, huc victima cæſa,
Huc quæcunque datæ leges, moreſque ſacrorum.
Aſt heu quantus ineſt animis mortalibus error,
Quantum noctis habent homines in pectore cœco?
Non ſaluatorem, gens ô improuida, miſſum
Agnoſces, donum ſummi auerſata parentis.
Ille venit ſuperi tibi clauſtra recludere cœli,
Teque coacturus, ſortem miſeratus, in vnum,
Ceu criſtata ſuos diſperſa examina fœtus
Singultu volucris vocat & plaudentibus alis:
Infandum tu ſupplicium meditaris, & illum
E medio tollis, tibi qui dat habere ſalutem.
Ergo tuos latè vaſtabunt hoſtica fines
Agmina: Iam video collabi regna ruinis,
Exſcindique altas celſis cum mœnibus vrbes.
Heu miſeras, ſtrages, quot corpora gurgite volues
Iordanis, placidis qui iam perlaberis vndis?
Quam largo paſſim ſudabit ſanguine tellus?
Vſque adeò ſcelus eſt Meſſiam temnere Chriſtum.

Ecce quid hoc? ſubitò miſceri murmure cœlum
Incipit, obducunt piceæ ſimul æthera nubes,
Exorta ſurgunt quæ tempeſtate tenebræ?
Quàm metuo quid dira ferant, quò nubila tendant.
Dum loquor en flammis rutilo vibratus ab axe,
Cum ſonitu fulgor micat & polus intonat ingens.
Omnia collucent latè, loca cuncta tremiſcunt,
Flammiferum credas rupto ruere æthere cœlum.
Montis apex etiam quem fumida ſylua coronat,
Vulcano & denſa caligine mixtus anhelat.
Quin etiam mugire tubæ per inania clangor
Incipit. oppoſitas ferit & caua buccina cautes.
Nempe hoc eſt: Omnes irarum effundit habenas
Ipſe Deus, ſignum dat conſcius ignibus æther.
Iſraëligenis viden' vt tremor occupet artus,
Omnibus inſueto ſoluuntur frigore membra,
Stantq; pauentq; metu trepidi, vox faucibus hæret.
Pars dat terga fugæ. pars ſyluis conditur altis,
Pars perit antra, licet vel ſicubi operta ſubire:
Pars proſtrata ſolo vultus in tegmine voluit,
Præſentem timidis intentant omnia mortem.
Iamque Deus ſonitus inter flammaſque micantes
Horribili ſuper impendens aſtantibus ore
Intonat, ima ſoli quo fundamenta mouentur
Fixa aliàs, terris & rerum quîcquid vbique eſt,
Ac repetit tabulis hæc verba inſcripta duabus:
Sum Deus omnipotens, cui ſedes lucidus æther,
Qui cupio iuſtis bene, ſontes vrgeo pœnis,
Quas ſeri pendant ſtirpes in mille nepotes:
Me ſolum venerare Deum, me pectore toto
Dilige, ſim ſolus tua ſola & ſumma voluptas.
Intima ſe dedant mihi mentis, & intima cordis,
Extra me nullum numen fingaſve colaſve.
Idque meum nomen, quod terra poluſq; tremiſcunt,
Quod ſolum ſanctum, ſolum inuiolabile, nullis

Vſibus illicitis adhibe. Sacra ſabbata cultu
Quem tibi demando & ſancta traducere vita
Sis memor, omnis ager ceſſet, ceſſentque labores,
Septima vbi Phœbus luſtrabit lampade terras.
Tum per quos ſpectas iucundi lumina Solis,
A quibus es primis infans nutritus in annis,
Qui tibi conciliant tota bona plurima vita,
Obſequiis caros meritis reuerere parentes.
Hos vllis caueas factis aut lædere dictis,
Si modò vis longam felix producere vitam.
Non adeò rabidos in pectore concipe motus,
Vt quenquam offenſus miſeranda cæde trucides,
Frange feros animos, iram compeſce furentem,
E vita procul hinc odia effrænata relega.
Ne vetitos thalamos inconceſſumque cubile
Appetito, nulloque ferare libidinis æſtu,
Sint caſti mores ſit caſta per omnia vita.
Quidquid iunctus habet tibi, quidquid poſſidet arca,
Linque, ſitis ſtimulans alieni deſinat auri.
Non inſit cordi fraus vlla, nec artibus vllis
Accitus teſtis pugnes, nec falſa loquaris,
Immeritos homines verbis onerando malignis.
Denique mens hominum decepta cupidine falſo,
Nullius affectet res, ſeu ſit amabilis vxor,
Seu domus, aut quicquid modò rerum poſſidet vllus.
Hæc fieri volo, ſint hæc imis fixa medullis,
Qui contrà faxit, dirum detruſus ad orcum
Perſoluat pœnas, nullum redimendus in æuum.
Auditis miſeri diuinæ fulmina legis?
Ecquis adeſt inſons, cui non ſub pectore verſat
Lex ſtimulos, cui vita fuit ſine labe peracta?
Hic licet ardentis ſcandat fumantia montis
Culmina flammiferis non ille afflabitur auris.
Nemo poteſt video, cura metus omnibus atra
Incubat, & nullam membris dat habere quietem.

Omnes noxa premit,comitatur ab vbere matris
Corda mali labes fœcunda, nec vllius vnquam
Libera vita fuit maculis, & criminis expers.
Ac veluti vario diſtincta colore ſepulcri
Saxa nitent foris, & delectant ora tuentum,
Interius fœdi vermes,& putre cadauer,
Inque ſpecu triſti nigra nox circumuolat vmbra:
Sic iuuat aſpectu ſpecies humana, ſed intus
Infandis viciis mens preſſa laborat, homoque
Ante Dei iuſtum nihil eſt niſi culpa tribunal.
O igitur miſeram ſobolem infelicis Adami,
Numinis accenſam quónam fugiemus ob iram?
Hinc nos vis legis non euitabilis vrget,
Caſtigans, pœnaſque minans,ſubigenſque fateri,
Quæ non facta palàm modò ſunt,ſed corde ſub alto
Tecta latent: illinc nos vltrix vexat Erinnys,
Fumantes figens imo ſub pectore tædas,
Occultum & quatiens tortoris more flagellum.
O quæ nunc tellus, ô quæ nos æquora poſſunt
Accipere,aut quidnam damnatis denique reſtat?
Siue iter arripias pedibus, ſeu puppe per vndas,
Alite ſeu liquidum tranaueris aëra curſu:
Eumenidum diræque faces & cónſcius horror
Inſequitur,fodiens inimico pectora morſu.
Nulla ſalus ſuperat: patet atri ianua ditis
In præceps, & iam nos vaſto abſorbet hiatu.
Hoc,furias inter, tetro ſine ſole barathro,
Sunt expendendæ nobis per ſecula pœnæ.
Tu tamen ô qui ſumma tenes faſtigia cœli,
Magne parens miſerere precor, miſerere malorum
Noſtrorum, iuſtam nos irritauimus iram,
Iuſtus es, & repetis iuſtas ob crimina pœnas.
Poſcimus ô veniam,ne nos ad tartara trudas,
Commiſſum ob ſcelus: Extremo diſcrimine rerum
Affer opem, dubiis animis ſolatia præſta,

Et nobis,

Digitized by Google

Et nobis, ô ſi qua via eſt, oſtende ſaluti
Qui miſeris vſquam poſſit locus eſſe per orbem.
Audiit in cœlo votum (confidite) noſtrum,
Omnipotens, nec enim precibus non flectitur vllis,
Mutatus iuſtæ & bonus obliuiſcitur iræ.
Non hominem (tanta eſt bonitas) vult morte perire,
Æternam fato ereptum ſed degere vitam.
Iam tandem noua lux oculis affulget, & atras
Diſcutiens tenebras, dulces mihi pectore motus
Excitat, ad Solymos Sinæo monte relicto,
Ire Dei mandata iubent: Abſiſtite luco,
O comites, rigidaſque fuga citò linquite cautes,
Quas nigror, & tetræ infeſtant cum fulmine nubes,
Diuerſum ingrediamur iter, terramque petamus,
Cœlo vbi propitio fontes & flumina paſſim
Melle fluunt, dulci ſtillant ac nectare rupes.
Hæc patria, hic locus eſt viuis vberrimus vndis,
Poſt triſte exilium certam dabit ille ſalutem,
Hoc etenim memini diuinos voluere vates.
Illic aërias effert vbi turribus arces,
Illuſtris Solyme, regum antiquiſſima ſedes,
Æterni CHRISTVS proles æterna parentis,
Mortali aſſumto demiſſus ab æthere ſummo
Corpore conſpicitur, cœli ante patentia regna
Qui fuit, & cuius neſcitur origo parenti.
Hic ſol iuſtitiæ, ſplendor de ſole refulgens,
Illuſtranſque ſuis totum ſplendoribus orbem
Speratam ſolus poterit conferre ſalutem,
Iratum ſolus poterit placare parentem,
Se contra opponens tonitru, fulmenque triſulcum,
Quod modò terribili vibratum fulſit ab æthra.
Et nunc ille Deus Iudæis certus in oris
Regnum conſtituit, rerum quod fine carebit,
In quo *Iuſtitia* ſanctos dominabitur inter,
Subiectumque nouis frenabit legibus orbem,

Digitized by Google

Sic ego : ſic aliquis, quem reris viuere CHRISTVM,
Is trabe funerea fixus plantaſque manuſque,
Informi heu diros finiuit morte labores,
Conditus eſt tumulo, non eſt rediturus in auras
Ætherias, eſt nunc ſpes omnis ademta ſalutis.
Siccine ais vero ? iacet altus Rector Olympi,
Conditus in tumulo, & ſpes omnis ademta ſalutis ?
Non ita : non : mihi vera fides diuerſa profatur.
Ipſe quidem CHRISTVS veteris veſtigia culpæ,
Thuricremas agnus veluti mactatus ad aras
Morte luit, ceciditque volens ſummo hoſtia patri,
Saxo etiam incluſus (fateor) terraque ſepultus
Delituit, ſtygias & ſenſit mortuus vmbras
Pallentes vmbras Erebi, noctemque profundam.
Lux ſed vt Eoo ſe tertia protulit ortu,
Manibus ex imis, has rurſum lucis in oras
Victor iit, viuus ſaxumque reliquit inane.
Iam viuit, viuit iam mortis lege ſolutus,
Nec viuit tantùm, ſed & æthera viuus adiuit,
Aurarum vectus ſurſum pernicibus alis,
Angelico plaudente choro, plaudentibus illis,
Ereptos tenebris quos ſecum & carcere iniquo,
Intulit in ſuperûm ſedes, ſoliumque beatum.
Iamque potens regum rex temperat omnia victor
Subdita ſub pedibus, quà ſol vtrumque recurrens
Aſpicit Oceanum, quæ continet arduus æther,
Quæque apud infernum vertive regive videntur.
Nunc animos reuocate viri, mœſtumque timorem
Mittite, nunc imum penetrent noua gaudia pectus.
Vertitur hîc rerum facies, hîc gaudia vera
Incipiunt, longè in melius verſa omnia cerno.
Regna poli clauſtris Erebi patefacta refractis
Iam video, lætumque animas pæana canentes;
En hoſtes in vincla datos, qui prima malorum
Humano generi miſerorum cauſſa fuerunt.

Arbiter en Orci, poſt tergum vinctus ahenis
Vt centum nodis fremat horridus ore cruento,
Dirum tergeminis & vt efflet faucibus ignem,
Nec quicquam pugnans & vincula rumpere tentans.
Quid tibi vis ſtimulo mors illætabilis vnco?
Ante quidem poteras tortis configere ſpiclis
Humanum genus, & ſtygias demittere ad vndas,
At iam vis erepta tibi eſt, terrere minaci
Falce potes, nocuiſſe nequis, vt lædere neſcit
Parietibus pendet quæ picta mortis imago.
Quin etiam, quo non magis eſt mirabile quicquam,
Facta patens veræ nunc es mihi ianua vitæ,
Dede modò me, dede neci, per funera viuam,
Reiectis liber vinclis & ad aſtra volabo.
Quod verò imperium peccati? morte peremta,
Illius in vanas quoque vis euanuit auras.
Vt quando terris nox abſtulit atra colorem,
Omnia nigreſcunt circum, volitatq; per vmbras
Qui metus, humanas mentes terroribus implet:
At tenebris pulſis, roſeo nitor aureus ortu
Cum micat, & radiis dux præuia matutinis,
Oceani procul extremo ſe littore tollit
Exoriens aurora, fugit timor omnis, & omnis
Cura animis, redeunt hominumque boumque labores:
Peccati ſpecies animos ſic horrida quondam
Torſit, & offudit triſtes in pectore nubes.
At poſtquam venit noſtræ ſpes vna ſalutis,
Lux de luce micans, clarum de lumine lumen,
Et radio fulſit rutilante per omnia CHRISTVS,
Peccati tenebræ fugerunt, illaque nubes
Atra, ſerenato de pectore pulſa receſſit.
Aurea iam ſeſe mentes lux fundit in imas,
E fibris peccata fugans, omnemque reatum.
Lex de iure manu conſertum iudice coram
Irato forſan mihi vult intendere litem?

En clauos, duplicemque trabem, infandamq; columnam
Virgarum en faſces. quos vepreſque hoſtia Chriſtus
Geſſit, & his veteris ſcelus omne piauit Adami.
Quæ mihi lex minitans obiectas crimina, pridem
In cruce purpureo deleuit ſanguine Chriſtus.
Idem tartarei ſedes vaſtando profundas
Imperii, extinxit vaſtis fornacibus ignes,
Ne poſſint ſanctos crudelibus vrere flammis.
Nulla ſuper metuenda piis damnatio reſtat.
Celeſtem demta formidine adire parentem
Intrepidi audemus, non auerſatur amicos
Congreſſus, pater in CHRISTO gaudetque vocari.
Iam pax alma colit terras, pax reddita cœlo,
Pax animis, fugêre ſimul terrorque metuſque,
Omnia per mundum quo vertis lumina rident
Credenti, cœlo ſe iam putat eſſe receptum,
Aurea compoſitis procedunt ſecula rebus.
Deerat adhuc vnum, ſanctus mittendus Olympo
Flatus erat, viuum rebus ſolamen in arctis,
Et tanquam CHRISTI firmum de mente ſigillum,
Quem toties terris cum verſaretur, amicis
Ante ſuis, verbo certo, promiſerat Heros.
Is quoque luce ſacra quam nunc celebramus ouantes,
E cœlo effuſus ſpecie penetrabilis ignis,
Corda virûm ſuaui deuota repleuit amore,
Perfuditque imos mira dulcedine ſenſus,
Vnanimi ferrent alacres vt ad æthera voce
Facta ſtupenda Dei, Iudæis edita terris,
Nil gentis patriæ pœnaſve minaſve timentes.
Hic illos trepido modò qui ſimul agmine iuncti,
Morte ducis latebris fidentes, cuncta timebant,
Vidiſſes ſubitò verſos, ingentibus auſis
Mira loqui variis linguis, varieque remotas
Inter ſe gentes imitari munere vocis.
Indociles & qui rerum labentia circum

Flumina,

Flumina, conſuêrant modò retia tendere piſci,
Priſcorum repetunt hi nunc oracula vatum,
Atque canunt Solymam nullis audita per vrbem,
Quantò autem veterum feſto de ſtemmate patrum
Iudæo, feſtum præſtare putabimus illud
Poſterius, CHRISTI quod ceſſit munere nobis
Coniungit quos vna fides, quos ſpiritus vnus,
Vnaque relligio, de CHRISTI nomine dictos
Chriſtiadas? Non iam tonitru cœlum omne cietur,
Ad montis veluti rupes Sinaidos olim,
Nubibus eliſus neque flammeus imber inundat,
Sed blando ſancti cum murmure gratia flatus
Deſuper incumbens, mirando inflammat amore
Biſſenos proceres, vires animumque miniſtrans
Omnibus, & faciens plenos ſacra numine verba
Fundere per gentes & Chriſti ferre trophæum.
Quis donum hoc, ſanctũ donum immemorabile donũ
Diuinam flammam, digno ſatis euehat ore,
Et bona quæ largè præſtat mortalibus ægris?
Cum pater omnipotens cum nato immania mundi
Mœnia conſtituens, cœli procuderet orbes,
Spiritus hic aderat præſens, ſimul omnia condens
Omnipotente aura, ſimul omnia condita ſeruans.
Hic quondam mouit priſcorum pectora vatum,
Eſſent venturos vt quæ peragenda ſub annos,
Conſiliis ferrent ſuperûm decreta per auras,
Euentu quæ vera ſuo poſt ſerior ætas
Audiit, obſcurè quæ quondam tecta latebant.
Hoc vires animis Chriſtum tribuente profeſſis
Ingens credentum numerus pro nomine IESV
Ter ſancto, & veræ pro relligionis amore,
Sponte ſua petiit pulcram per vulnera mortem,
Nil metuens ferrum aut flammas morſuſque ferarum.
Pectoribus quidquid recti ſanctique mouetur,
Hoc manat de fonte, boni hinc fluit omnis origo.

Ille nouam in nobis mentem noua corda renatis
Sufficit, abſterſa & facit omnia ſorde niteſcant.
Hic quando triſtis rodit præcordia mœror,
Fœdaq; nos ſpecies peccati terret, & hoſtis
Tartareus nos mille modis oppugnat inermes,
Conſolator adeſt præſens pellenſq; timores,
Lætitiam mœſtis & gaudia mentibus affert.
Cum gemitu noſtro fibris coniungit in imis
Ille ſuos, neq; nos patitur ſuccumbere preſſos,
Ante preces venit auxilio, pia robora præbet
Afflictis, ægros ſanat, dat fidere mœſtis.
Et tandem curſu dederant quem fata peracto,
Ad lectum rictu mors aſtans triſtis hiante
Horrificum ad buſtum, placitæ de limine vitæ
Cum vocat, inducens moribundos frigus in artus,
Ille beatam animam ne luctas inter acerbas
Deficiens cadat, exuperet ſed vt omnia victrix,
Terribilis variis quæ ſuggerit artibus hoſtis,
Erigit, & dulci pauidam ſolamine mulcet.
Atque ita corporea, ſine vi, compage ſolutam,
Felici, vt lota eſt pretioſo ſanguine CHRISTI
Concilio ſuperûm & lucentibus inſerit aſtris.
O vtinam hic noſtris ſeſe oſſibus implicet ignis,
Sufficiens animo vires, torpore fugato
Ad ſacra qui nimiùm nos munia reddit ineptos,
Infuſis nimis & tenebris præcordia turbat.
Hoc duce ſtipati, quæ tanta pericula nobis,
Dum ſumus in terra, poſſunt incumbere, quæ non
(Si res hoc poſcat) toleremus pectore magno?
Præſidio tanto ſeptus, perferre patique,
Quidquid erit, poterit, quod homo quam Erinnyes audent.
Scinde cutim tortor, bona tollite cuncta tyranni,
In manicis ſæuo nos ſub cuſtode tenete,
Impia ſanguineum quatiat Bellona flagellum,
Aſſit pauperies, affligat corpora languor,

Dira

Dira fames cruciet, quæ corpore languida macro,
Vnguibus & raris euellit dentibus herbas,
Si ſumus hac ſancta firmati numinis aura,
In quauis nos certa manent ſolatia ſorte.
Fallax & breue vita bonum eſt, Mors omnia finit,
In cœlis expers quæ reſtat vita malorum.
Hanc affectemus, nihil eſt quòd cætera cures,
Hinc migres, teneas ſi ſplendida regna, neceſſe eſt.
Sancte veni flatus, te mentibus inſere noſtris,
O lux ſancta veni, pulſa caligine ſenſus
Illuſtra, ſancta aura veni, cœli aurea flamma.
Pectora te quæſo nobis agitante caleſcant.
Et blandos ex te mens ſentiat intima motus.
Tu nimiùm afflictos diſcentum hoc tempore cœtus
Reſpice tu curſus noſtros arteſq; ſecunda.
Te iam preſſa malis, & feſſa ſenilibus annis,
Forſitan & paucos expiratura ſub annos,
Deponat querulos Eccleſia, præſide, luctus.
Tu miſeræ duro ſolatia tempore præſta,
Tu potes ô ter ſancte Deus. Tu ſuffice vires
Exhauſtis animis, tuus omnia temperat ardor,
Tu requies tu noſter amor, tu ſumma voluptas,
Te ſine nil viuum, nihil eſt durabile. ſolus
Cuncta reples & cuncta foues, tibi gloria ſoli,
Cum patre, cum nato, ſoli victoria, virtus,
Regnum, maieſtas, æuum debetur in omne.

D I X I.

De Pugna memorabili inter Principem Mauricium, Ducem Saxon. & Electorem, &c. Et Albertum Machionem Brandeburgicum, ad pagum Siuershuſen in ditione Luneburgenſi, commiſſa die 9. Iulii, Anni 1553, Anniuerſaria memoria.

HEroas magnos, & cœlo laudibus æquos,
Præclaris celebres meritis, ingentibus auſis
Plurima geſſiſſent qui forti prælia dextra,

Eſſe pares quondam diuis annoſa vetuſtas
Edidit, & ſupera poſt mortem ſede locatos
Æternum cœli in penetralibus exigere æuum.
Sic ille Alcides, diram qui contudit hydram,
Notaque fatali portenta labore ſubegit,
Cum Ioue cœlicolas epulari dicitur inter.
Sic Liber pater, & Romanæ conditor orbis
Romulus, & fido Pollux cum Caſtore fertur
Poſt ingentia facta deorum in templa receptus.
Quid? demens adeo cœcauit opinio mentes
Priſcorum? facerent vt cœli numina, ſcirent
Quos homines inter mortali ſemine cretos
In terris vitam plenam duxiſſe laborum,
Et vita tandem poſt vltima funera functos
In cineres abiiſſe? quis ô quis talia demens
Crederet? haud veteres ita deliraſſe putentur,
Excellens quorum rexit ſapientia mentes.
Non homines igitur ſed nomina clara virorum
Inclita viuentes quos rerum gloria vexit
Geſtarum, veteres expertia viuere lethi,
Et fama celebri magnum contingere Olympum
Senſerunt. Etenim virtus eſt neſcia mortis
Sola, nec annorum cariem ſtabiliſſima ſentit,
Sola manet tumulo poſt corpora functa ſuperſtes:
Cumque ſitu premat informi ſimul omnia tempus,
Illa vigens, dubiæ nullis obnoxia ſortis
Caſibus, efficitur longis illuſtrior annis.
Sic tibi Magne, potens armis atque inclite factis
MAVRICI princeps. dum fata Deuſque ſinebant,
Non tanquam diuo ſolennes ponimus aras,
Aut ferimus pietate preces & vota vetante,
Indicto quando feſto ſacra templa ſubimus,
Magnifico præeunte viro, qui laudibus amplis
Præcellens, noſtri moderatur ſceptra lycæi.
Huicque latus læuum florente premente iuuenta,

Quem

Quem genere & celebri proauorum nomine clarum
TAVTTENburgenſis iactat domus alta Baronem.
Ponè ſequente choro præclarorum ordine longo,
Canicie, meritis, titulis & honore virorum,
Addictaque ſacris Muſarum fontibus, vltrò,
Conſenſu ſecum tacito plaudente iuuenta:
Non, inquam, tali circumſtipante caterua,
MAVRICI, diuum tibi in æde ſacramus honores,
Soli quos ſuperum patri debere fatemur,
Qui cœli terræque plagas, & quicquid vbique
Rerum conſpicitur, Verbo omnipotente creauit,
Diuino præſens conſeruat & omnia nutu:
Sed memores animis recolentes fortia facta,
Pectore quæ magno ſubiiſti nobilis Heros,
Ingentes quondam cum ſuſcipiendo labores,
Certaque ſanguinei ſubeundo pericula Martis,
Teutonico decus amiſſum conatus es orbi,
Optatam noſtris & terris reddere pacem.
Inque ſcholas Parnaſſiadas reuocando ſorores,
Artibus, & ſacris oraclis addere lucem.
Hæc grati colimus merita, hæc ventura nepotum
Poſteritas quondam longos celebrabit in annos.
Summo vota ſimul fidenti pectore CHRISTO
Fundimus. vt patriam tueatur noſtraque clemens,
Atque tui ſimiles Heroas excitet: horum vt
Publica res ductu, ſancta atque Eccleſia creſcat.
Hoc animo iunctis templorum limen adimus
Cœtibus, & precibus ſanctis aduoluimur aris.
Et iam cùm procerum coram præſtante ſenatu,
Qui digna longis grauitate ſedilibus aſtant,
Carmina MAVRICII iubear ſolennia feſto
Dicere, ſincerum quæ teſtificentur amorem,
Et deſiderium deuoti pectoris ingens
Hunc erga fortemque Ducem, patriæque parentem,
Ante duos propero fato denoſque ter annos

Quem

Quem tulit atra dies,& funere merſit acerbo:
Carminis auctorem Phœbum, Muſaſq; fauentes
Eſſe mihi cuperem, curſuſq; iuuando ſecundos,
Qualeſcunq; meis conatibus addere vires,
Vel leuis vt noſtros commendet gratia verſus.
Sueta recrudeſcens ſed enim vehementia luctus,
Commemorare ſinet vix delectabile quicquam,
Vela tamen vento modò ſunt pandenda ferenti,
Euentus cœptum curſum quicunq; ſequatur.
Vos ô Magnates, Phœboq; dicata iuuentus,
Hunc mecum faciles decurrite quæſo laborem,
Propoſitumq; meum releuate fauore benigno.
Et facitis (video) vultus ad carmina blandi,
Attentuſq; animus, mihi quælibet optima ſpondet.
Quæ verò tandem ſurget mihi digna relatu
Materies? veterem quonam renouando dolorem
MAVRICII manes tumulumq; feremus honore?
Non ego Saxonicoſve duces, laudeſve potentum
Marchionum, magnis olim qui regibus orti,
Heroas claros Electoreſq; creandis
Cæſaribus genuêre viros, præſtantibus auſis
Et meritis celebres: non patris auiq; paterni
Mauricii rerum, repetens ab origine prima,
Percenſebo decus, ſunt pluribus antè Camœnis
Omnia decantata diu, neq; clara virorum
Tantorum virtus vllo delebitur æuo
ALBERTI viuet nomen, per Miſnica rura
Dum vagus Arctoas Albis labetur in vndas.
Principis HENRICI pietas ſuper æthera nota,
Durabit conſtans, profitens ſacra dogmata Chriſti,
Donec erit pius in terris Eccleſia cœtus.
Commoda nec referam, quæ quantaq; contulit Heros
MAVRICIVS patriæ, pro relligione labores
Dum ſubit intrepidis animis, dum templa ſcholaſq;,
Tectaq; Muſarum largis prouentibus ornat,

Et quo

Et quouis noſtras conatu prouehit artes.
Nos prætermiſſis aliis quæ plurima dici
Fando queant, verſu poſtremam exponere cladem
Lux hodierna iubet, quam ſolis nomine dicunt,
Qua fatis noſtro ſatis infelicibus orbi,
Facta fuit nimium crudelis & aſpera pugna,
MAVRICIO vitam qaæ per graue vulnus ademit,
Quæ tantos luctus, queruli tot flumina fletus
Innùmeris peperit mortalibus ora profuſa.
Per pagos fama eſt, cum nuntius alite curſu
Contendens ferret, lethali vulnere læſum
MAVRICIVM, tantos exortos vndiq; planctus
Agreſtum, vt totus reſonaret queſtibus æther.
Vos quoq; primates, noſtram, meminiſtis, ad vrbem,
Poſt vbi deductum pullo fuit agmine funus,
Qui fletus fuerint, quæ collacrimatio, paſſim
Lugentum, atq; obitus indignos voce gementum.
Quid fletus hominum dico, lacrimaſq; profuſas?
Ille ferox ſonipes, obiens quo prælia vectus
MAVRICIVS fuerat, ſacrata conſtitit æde,
Ponè ſequens poſitus quo princeps triſte feretrum,
Cernuus, immota in terram ceruice, iubiſq;
Deiectis guttiſq; rigans ingentibus ora.
Ergo huius cauſſas luctus expendite mecum:
Quæ pacem Stygiis Alecto miſſa lacunis
Turbârit terris, quid iuſta coëgerit arma
Sumere MAVRICIVM, contra hoſtes cernere ferro.
Quæ finis, quæ ſint mala prælia facta ſecuta.
Dum princeps ſumma cum laude phalange fugata
Hoſtili, victor crudelibus occubat vmbris.
Iam dux MAVRICIVS florentibus integer annis,
Repleral totum factis ingentibus orbem,
Congreſſus toties armis victricibus hoſti.
Viderat ad Scythicum Turcarum exercitus Iſtrum
Ducentem turmas, & miſſis barbara telis

Agmina

Agmina fundentem & retro conuerſa fugantem.
Viderat Heroa iam bis quoque Gallia diues,
Quid poſſet virtute ferox, quibus impiger armis
Herculeos ferret generoſa mente labores.
Iam noſtri partes & Cæſaris arma ſecutus,
Teutonicis Aquilas cum CAROLVS intulit oris,
Saxonici tulerat clarum Electoris honorem.
Agmine tranſierat quin Alpes ille niuoſas,
Aërioque EREBERGI quæ ſita vertice clauſtra
Ceperat, atque Aquilas dare terga coëgerat ipſas.
Fœdere mox facto, ſoceroque per arma recepto,
Pannonia rurſus dirum regione tyrannum
Expulerat, campos per & arua iacentia paſſim
Hoſtili fugiente manu, trepidantibus alis.
Denique tot ſolers animo res geſſerat alto,
Concipere haud aliis ducibus quot mente liceret.
Et iam pacatis virtute hac vndique terris,
Grata videbatur feliciter ocia nactus:
Ecce ferox hoſtis, qui Norica mœnia triſti
Preſſerat obſidione, propinquas Marchio terras
Cædibus Albertus variis vaſtabat & igni.
Hic rerum facies longè triſtiſſima cœpit,
Vt ferus armorum venientum increbuit horror.
Incenſæ flagrant villæ, volat ater ad auras
Fumus & obductum denſa caligine cœlum
Eripit ex oculis hominum lucemque diemque.
Mugitus diros bos edit in igne relictus,
Diffugiunt reliquæ pecudes, quas cogere nemo
Cogitat in ſtabulis. Plebs ruſtica nota relinquens
Tecta, trahit paruam ſobolem, & ſe condit in atris
Speluncis, trepidans ſyluis aut errat in altis.
Nec ſic effugiunt, ſequitur vagus agmine miles
Terribili gladio cædens quæ proxima ſtricto,
Horrificis ingens reboat clamoribus æther.
Franciacos etiam clades hæc tranſit in agros,

Atq; hominum miſero percellit pectora luctu.
Non minus his monteſq; locis campiq; relucent
Ignibus,& queruli paſſim reſonant vlulatus.
Sæuit in innocuos immanis cædibus hoſtis
Mortales,veluti capream, quæ montibus errat,
Dilaniat ſæuo lupus inſatiabilis vngui.
Non ſexus pudor vllus,non ætatis habetur.
Morte piæ grauiora timent,metuuntq; puellæ,
Amplexoſq; premunt matres ad pectora natos,
Nec quónam fugiant nouerunt,quidve ſequantur
Attonitæ,ſtupor inſolitus præcordia turbat.
Interea accelerans turritas miles ad vrbes,
Fundit ab ore minas,& cœlum territat armis,
Terribili vaſtans quæq; obuia cæde cruentus.
Pondera tormentis volitant ſimul ænea vaſtis,
Pondera terrifico ſonitu penetrantia nubes,
Atq; hominum tonitrus inſtar terrentia mentes.
Diripiuntur opes magnatum,tecta cremantur,
Infandis miles loca cædibus omnia complet.
Compita per vicoſq; iacent data corpora morti,
Atq; artus laceri, condit quos nemo ſepulcro.
Infandas nimis heu cædes,heu funera dira,
Heu duras hominum mentes,heu dedecus ingens,
In proprios ciues gladiis ſæuire nefandis.
Non tulit hoc bello ſolitus ſuccurrere preſſis,
Et profligatis hoſtilibus impiger armis,
Quam nimis exoptant terris reparare ſalutem,
Princeps MAVRICIVS. Miſeri trepidatio vulgi
Multa recordantem & triſti cum corde mouentem
Inſtigat,mouet & cunctantem Francia tellus,
Tellus heu nimium, ſi Mars aduerſa minetur
Prælia,Miſniaco ciui & vicina Turingo.
Promittunt ſocia arma duces Brunſuiga potentes
Quos genuit,ſtudiis quæ gens aſperrima belli.
Lunæburgenſes alto quoq; ſanguine nati

P Delectos

Delectos equites, arma auxiliaria, ſpondent.
Ergó bella parat certus conſligere princeps
MAVRICIVS, ſtimulos acres ſub pectore verſat:
Cum pietate ardens amor in patriamq; ſuoſque,
Quiq; premit miſeros vicinis caſus in oris.
Non minus interea lecti mittuntur ad hoſtem
Legati, verbis qui pacis fœdera tentent.
Hortentur: videat quanto in diſcrimine rerum
Sint patriiq, lares, ſimul & Germania tota,
Quæ cædes fiant, feriat qui ſidera plangor,
Lugentum miſerè, atq; furente ſub enſe cadentum
Cæſorum ſtrages moueant ante ora iacentes,
Et quas ignis edax voret vrbes. Cedat ab armis,
Franciacos linquat ſocio cum milite campos:
Quam poſcat lacrimans plebs ſubdita pace fruatur:
Coniunctos hoc velle duces, patriamq ruentem
Hoc petere, ante auidos quam ſic conſidat in ignes.
At nullas voces orantum & multa precantum
Marchio, conſilium nullum tractabilis audit.
Perſtat in incepto, ſermone minusq; mouetur,
Quam fluctu concuſſa maris duriſſima cautes.
Imperat, ad Dominum redeant, & vt arma capeſſat,
Non vanæ de pacis agat modò fœdere, dicant,
Non pacem tempus iam poſcere, poſcere bellum.
Anxius ob miſeras clades, reſponſaq; dura
MAVRICIVS, celerem nunc huc nunc diuidit illuc,
In parteſq; animum varias rapit. Inde vbi pacis
Nulla datur ſpes, concilium, primoſq; ſuorum
Imperio accitos Lipſenſem huc cogit ad vrbem,
Conſeſſu in medio & procerum ſic farier infit:
Quod fuerit ſtudium, quæ cura potiſſima rerum
Noſtra, datas cari poſt fata ſuprema parentis
HENRICI terris his dum moderamur habenas,
Vos meminiſſe, viri, reor, & meminiſſe neceſſe eſt.
Non nos ambitio, laudumve immenſa cupido,

Non

Digitized by Google

Non aliquis rapidus iuuenilis pectoris ardor,
Non ſitis humani (quod abhorreo) ſanguinis, vnquam
Ad varias toties pugnas & prælia traxit,
Collatis toties iuſſit confligere ſignis,
Sed decus vt laudemq; ſuam Germanidos ora
Spreta nimis, noſtris factis reparare valeret.
Vtq; data noſtris optata pace, iuuentus
Diuina poſſet de religione doceri,
Subditus & populus tranquillam degere vitam,
Propoſitum fuit hoc, fuit vnica noſtra voluntas,
Huc equitum turmæ ſpectarunt, bellaq; noſtra.
Nunc alius noſtris ceruicibus imminet hoſtis,
Vicinis faciens ducibus lacrimabile bellum,
Ignibus infandis & cædibus omnia vaſtans.
Húncne feremus inaudita ſic cæde vagari?
An tot Franciacos ſtrages impune per agros
Ediderit? miſeros homines tot miſerit orco?
Ecquid nos victis tuto fore creditis illis?
Quin potius veſtræ ſi ſtat ſententia menti,
Si pietas patriæ mouet. & reuerentia diuûm,
Si manet in vario conflictu cognita virtus:
Arma laceſſentes mecum conuertite in hoſtes,
Et deturbantes infeſtum finibus agmen,
A noſtris cædes flammaſq; auertite tectis,
Munere quæ ſuperum bellis nos ſæpe ſecuta eſt,
Hoc quoq; (nec dubito) victrix fortuna ſequetur.
Sic ait: aſt omnes aſſenſu dicta probantes
Ingenti, ſeſe certatim hortantur ad arma.
Sepoſitam hic galeam repetit celer, ille frementes
Armat equos, alius loricam purgat & enſem,
Omnes, expoſcit quæ Mars ferus, arma requirunt.
Claſſica iamq; ſonant, educitur vrbibus agmen,
Pars pedes it, pars fertur equis ſublimis in altis,
Ipſe inter medias præſtanti corpore turmas
MAVRICIVS, leui munitus tempora ferro.

Ingreditur, qualis ponto cum roſidus exit
Lucifer, & radiis totum colluſtrat Olympum.
Inſequitur nimbus peditum, clypeataq; totis
Agmina denſantur campis, effuſa iuuentus
Qua niger obſcuro ſe tollit in aëre puluis,
Viſendi ſtudio fulgentes ære cateruas.
Proruit, exoptans proſperrima quæq; profectis.
Saxonicas, equitum validas peditumq́; phalanges
Adducens alacer iam venerat hoſtis ad oras,
Lunæburgus vbi plano patet æquore campus.
Arx propè PEINA iacet ſublimibus edita ſaxis,
Non procul herboſi lábentia flumina LINI
Prata rigant vicina, nec amplis flexibus errant.
Conuenit huc omnis manus, huc exercitus omnis
Cogitur, oppoſitiſq́; locis tentoria figit.
Anfractu locus eſt decliuior vndiq; curuo,
Cuius vtrumq; latus cùm frondea ſylua coronet,
Subiecta præbet tutos in valle receptus,
Armorum apta dolis ſylua, atq; accommoda fraudi.
His equitum totum cum milite Marchio robur
Faucibus, inſidiis & tecta valle recondit.
At noſtri promtis animis pugnare parati,
Ignari fraudum, per apertos ordine campos
Caſtra locant, rebuſq́; vſus quas poſtulat augent,
Pars circum longis tentoria fixa columnis,
Aggere vim ſtructo obiectis & curribus arcent:
Pars tormenta globis onerant, concuſſibus haſtas
Criſpando pars ſe funeſta ad prælia firmant.
Nunc etiam armati patria ditione profecti
Brunſuigeriq́; duces & Lunæburgicus adſunt,
Atq; alii pugnæ quos feruidus ardor agebat.
Conueniunt omnes, ſimul & ſocia agmina iungunt.
Hæc dum MAVRICII caſtris properata geruntur,
Emicat è latebris ſecum truculentia raptans
Agmina, & in planum tollit ſe Marchio campum,
Inſultans

Inſultans noſtris,dictis & ad arma laceſſens,
Degeneres vocitans,qui foſſa atq; aggere fiſi,
Non ferro timidi decernere cominus auſint.
Exarſere ignes animo,iuſtiq; dolores
MAVRICIO,factis ſueto non tendere verbis.
Ergo,inquit,nobis hoſtes illudere tentent?
Atq adeo noſtras auſint contemnere vires?
Si quid ineſt animo noſtro virtutis auitæ,
Ibo hoſtes contra;nil noſtra morabitur arma,
Ancipitis maneant quæcunq; pericula Martis.
Vos quibus integro validum ſtat corpore robur,
Ite viri mecum,nunc illas promite vires,
Atq; animos,Turcas vſi quibus eſtis in hoſtes.
Ferte citi gladios,date tela,repellite ferro
Hoſtiles cuneos,ignominiamq; recentem
Delete intrepidi. Si quid mens præſcia veri
Augurat,in noſtris manibus victoria certa eſt.
Hæc dicens galeam poſcit,capitiq; nigrantem
Imponit,loricam humeris circumdat,ahenis
Conſertam ſquamis,fidoq; accingitur enſe.
Aſtat equus findens hinnitibus aëra,cuius
Exceptus tergo poſtquam conſueta locauit
Membra:Deus Deus hæc,inquit,mihi cœpta ſecundet,
Et iuuet infeſtos armis fundamus vt hoſtes.
Non reliqui minus arma duces,& cætera pubes
Expediunt,cupidis animis pugnæq; parant ſe,
Omnibus vnus amor Martemq; ducemq; ſequendi.
Iamq; pari bello numeroſas longa cohortes
Explicuit legio,campoq; ſtat agmen aperto,
Directæq; acies. Iam ſignum buccina pugnæ,
Et tuba terribili ſonitu dat in aëre latè,
Multiplici reſonantq; ſimul caua tympana pulſu.
Iam planum miles creber ſe fundit in æquor,
Pugnantum occurſus,fremituſq; ardeſcit equorum.
Effulgent armis perfuſa micantibus arua.

Nec mora concurrit properis conflictibus agmen:
Aduerſos feriens,oriturq́ miſerrima cædes,
Cum ſtrepitu gemituq; truci ſub Marte cadentum.
Non ruit è grauidis tam creber nubibus imber,
Nec numero præceps tanto cadit aëre grando,
Tectorum feriens crepitanti culmina ſaltu:
Tela volant vt miſſa manu cita,ferreus haſtis
Horret ager,cœlum telorum obtexitur vmbra.
Diſplodunt tormenta globos cum murmure vaſto,
Immenſum in terras ſonitu ruere æthera credas.
Semianimes voluuntur equi,excutiuntq; regentes,
Sanguineis paſſim tellus natat horrida riuis,
Implentur pleni cumulatis ſtragibus agri.
MAVRICIVS primas acies interritus ante
Proxima quæq; metit ferro,latumq́; per agmen
Limitem agens,multos dextra dēmittit ad orcum,
Et nunc hos telis,nunc ictibus imperit illos.
Nil tormentorum flammaſve globoſve tremiſcens,
Non ſecus ac ſyluis quondam commiſſus in altis
Getulus leo cum tauro,qui viribus impar,
Cornibus obiectis vi pellere nititur hoſtem.
At validus leo nil certamine territus acri,
Diuerſos aditus tentat,quo ſternere poſſit
Fronte renitentem & mugitus ore cientem.
Inuadens tandem feſſi crudelibus armos
Vnguibus, immani laniatum fauce trucidat.
Non aliter Princeps confertos ſæuit in hoſtes
MAVRICIVS,ſuperans nunc hos nunc cædibus illos,
Raptus equo torrentis aquæ vel turbinis inſtar.
Quo ruis ô dux Magne?quid ô quid in hoſtica præceps
Tela per & flammas te coniicis agmina,vitæ
Immemor heu nimium propriæ,propriæq; ſalutis,
Nónne vides dubiis anceps Mars erret vt armis?
Impetus Heroas alius quos ſternere neſcit,
Infernas nulli parcens is raptat ad vmbras,

Flecte

Flecte retro curſus, inhibe volitantia fræna,
Saxonicæ miſerere domus, miſerere tuorum,
Quos orbos, fatis ſi tu rapiare, relinques.
Si nihil eſt animi quo vis generoſa prematur,
Inſidiis oro tandem moueare paratis.
Terribili cannam repletam puluere nitri,
Inſidis verſat manibus modò perfidus hoſtis,
Acceleraturus tibi fata diemq; ſupremum.
Sed tua te virtus & inexpugnabilis ardor,
Telorum nubes inter dum prælia ſolus
Inclinatam aciemq; tenes, veſtigia retro
Vertere non patitur, glomeratum animoſus in agmen
Irruis, vt properes pulcram per vulnera mortem.
Et iam (prô ſcelus, heu facinus crudele) triſulci
Fulminis acta modo ſubito glans ænea pulſu,
Aduolat à tergo, pugnantis & ilia rumpit.
Heu lucem qua non illuxit triſtior vnquam.
Siccine cum fuſis penè hoſtibus, agmine retro
Conuerſo, in manibus certa eſt victoria caſus
Tam teter pugnas venit inter & omnia turbat,
Tot luctus & tot lacrimas mortalibus affert.
Nos reducem patriæ fore ſperabamus ad vrbes,
Tecta parabamus iam feſta cingere fronde,
Carmina fingebant pueri innuptæq; puellæ,
Optatos reditus gratantes pectore læto.
Heu res incertas hominum, heu nimis irrita vota,
Securis animis dum nil niſi læta fouemus,
Omnia ſors mutat lacrimoſo gaudia luctu.
Pro caro nobis eſt principe funus habendum,
Hi noſtri reditus expectatiq; triumphi.
Saucius, vt vires pugnæ certamine ſenſit
Deficere, ingentem capiens in corde dolorem
MAVRICIVS, pugna excedit, loca tuta capeſſens.
Caſum indignantes tam ſæuum & acerba gementes
Cum lacrimis ſocii fixa ad tentoria ducunt.

P 4 Hic

Hic medica quodcunq; manu,quodcunq; magiſtra
Arte poteſt fieri,Phœbiq; potentibus herbis
Tentatur.Vulnus ſecat enſe globiq; latebram
Interius chirurgus ahena forcipe tentat.
Aſſunt & reliqui fidiſſima turba miniſtri,
Quæq; opera poſſunt feſtinant omnia promta,
Dirum execrantes bellum,& fera Prælia Martis,
Autoremq; mali,qui tanti corpora læſit
Herois,quiuis ſcelerato deuouet orco.
Hæc dum MAVRICII curando vulnus aguntur
Et mœſtis reſonant tentoria tota querelis,
Nuncius inuectus celeri aduolat ecce caballo:
Agmina terga fugæ retro conuerſa dediſſe,
Fractam aciem;noſtros victores vndiq; fuſos
Et capere,& campis agitare patentibus hoſtes.
Gratatus patriæ ſic edita Marte ſecundo
Prælia MAVRICIVS,quamuis dolor acrior vrget,
Nec membris ægris vllam finit eſſe quietem,
Membra toro leuat inſurgens,ſuperoſq; precatur,
Vt patriæq; ſuiſq; ſit hæc victoria felix.
Inde datis ducibus,quæ rerum tempora poſcunt,
Mandatis,aliis curis è mente remotis
Omnibus,ad ſacra ſe diuini oracula verbi
Componit,menti ſolamina viua requirens,
E fragili iubeant ſuperi ſi cedere vita.
Triſtis adeſt genitor Myſtes meus,arma tubaſque
MAVRICII fuerat qui ſæpius ante ſecutus,
E ſacris repetens & ſcriptis aurea dicta,
Vulnere luctantem verbis ſolatur amicis.
Excipit attenta quæ ſubiicit aure ſacerdos
Omnia;& ingenti ſpe plenus,mente recondit.
Tertia iam linquens Tithoni aurora cubile,
Subiectas fuſo ſpargebat lumine terras.
Triſtior,& Parcæ iam fila ſuprema legebant
MAVRICIO,dolor incrudeſcit viſcere in imo,

Matura-

Maturaturus fatalem funeris horam.
Mens immota manet, fragilis quæ exoſa cataſtam
Corporis, ætheriam recipi ſe gaudet in arcem.
Vota preceſq; facit CHRISTO, cui fidere ſoli,
Soli abeuntem animam ſe commendare fatetur,
Halitus extremus donec ſit in ore ſuperſtes.
Aſſunt, quos reliquos voluit Mars eſſe cruenta
Ex acie celebri præſtantes nomine & alta
Nobilitate viri, lata & tentoria complent.
Stantq; videntq; ducem moribundum vulnere ſæuo
MAVRICIVM, & triſtes tollunt ad ſidera queſtus.
Hic illos videas diri quos Martis in armis,
Non enſes ſtricti, telorum non ſeges ingens,
Non tormentorum mouit penetrabile fulmen,
Iam fractis animis, iam luctiſono vlulatu
Non intermiſſis lacrimis & tecta replentes.
Hoſq; inter luctus triſtes gemituſq; frementes
MAVRICII tandem crudeli victa dolore
Concedit vita ad cœlum; corpuſq; relinquit.
Sic moritur terris verè memorabilis Heros
Exempli, quem fama vehet plaudentibus alis,
Donec erit præſtans virtus & gloria laudi.
Lipſica donec erunt & mœna celſa, quotannis
MAVRICII ducis hoc templum reſonabit honore.
Vos quoq; dignus honos & gloria digna manebit.
Illuſtres animæ, qui vulnera Martia paſſi
Cum duce MAVRICIO pro libertate, ſociſq;
Pro patriis, dulcem voluiſtis fundere vitam.
Salue Brunſuigeræ ſtirpis flos CAROLE Victor,
HENRICI ſoboles, illuſtri ſtemmate nate.
Et tu magne Philippe, decus, niſi fata negaſſent,
Grande tuæ genti quondam cum fratre future.
Marte potens etiam ſalue FRIDERICE, ſolebat
Lunæburgenſis lætari quo duce tellus.
Te quoq; non vno confoſſum vulnere ademit,

Digitized by Google

[redacted]

Qui ferus infido Mauors metit obuia ferro.
Vos etiam celebres multum ſaluete paterna
Nobilitate viri, qui non virtutis egentes
Tercentum (heu miſeram cladem) cecidiſtis in armis,
Romanis Fabiis æquandi, quos ſimul vno
Ad Cremeram occidit totidem Mars agmine iunctos.
Non licuit vobis, lætum ducendo triumphum,
MAVRICIO patriæ duce tecta reuiſere terræ:
At veſtro auſpicio celebris victoria parta eſt,
Quinquaginta acri vexilla & quatuor hoſti
Sunt erepta, quibus pedites confidere ſuerunt.
Quatuor atq; decem ſunt capta & equeſtria ſigna,
Veſtrorum belli monumentum inſigne laborum.
Saluete ô iterum, veſtra hæc fortiſſima facta,
Veſter honos longum ſemper durabit in æuum.
At vobis malè ſit Germani dedecus orbis,
Opprobriumq; ingens, qui ſignis verſa relictis,
Terga fugæ, obliti decoris, laudumq; dediſtis,
Atq; ducem veſtrum malè deſeruiſtis in armis,
Prælia conatu magno reparare volentem,
Conuerſamq; aciem, & miſero iam vulnere læſum.
Veſtra, ô degeneres, culpa tam nobilis Heros
Ad nigros rapitur properato vulnere manes.
Quantò rectius hoc, quantò plus laudis haberet,
Si vobis acie denſa pugnando peremptis,
In tumuli titulo legerentur talia veſtri:
Dic hoſpes patriæ, nos te hæc vidiſſe iacentes,
Dum magnis animis victricia caſtra ſecuti
MAVRICII ducis, in mediis occumbimus armis.
Iam contra princeps vitam cum luce relinquit,
Vos infelicis trahitis ſpiramina vitæ
Indecores, nobis & dedecus additis ingens.
Nunc etiam noſter peregrinis miles in oris
Quando bella gerit, pugnas vbi buccina poſcit:
Prô ſcelus, aut acie fidei fugit immemor, agros

Aut vbi per notos ſociorum ducitur agmen,
In conſanguineos ciues fera prælia vertit,
Et gladiis quæuis ſceleratis obuia mactat.
Nec præda miſeris erepta ciuibus, ædes
Inflammare illi pudor eſt, aut ſancta deorum
Templa, ſacrumq; aurum dextra ſpoliare rapaci.
Quin conſpirantes aliqui Chriſti hoſtibus, ipſam
Prodere non patriam dubitant immanibus auſis.
Opprobrium ô nullis vnquam delebile ſeclis.
Quò quo priſca tuum fugit Germania robur?
Quo virtus? mentes quondam quæ ſtare ſolebant,
Quò ſe præcipiti inſtabiles flexêre ruina?
Hic amor? hæcne fides natali debita terræ?
Non ita maiores: quos vnica cura tenebat,
Per cædes, ignes & mille pericula, caram
Contra hoſtes patriam & paruos defendere natos.
Sed quid ego hæc autem nequicquam ingrata reuoluo?
Temporis hæc labes, hic fati flebilis ordo,
In peius quo cuncta ruunt, retroq; feruntur.
Eſt locus in cœlo, gemmis illuſtris & auro,
Lucis inacceſſæ viuo ſplendore coruſcans.
Pax vbi ſine quies demto ſecuraq; regnat,
Maieſtaſq; Dei præbet ſe trina videndam.
Heroum quondam degunt vbi morte ſolutæ
Illuſtres animæ, cœlo poſt fata receptæ,
Relligio curæ quibus, & diuina fuerunt
Dogmata cum diuum cultu, dum vita manebat.
Quiq; graues belli quondam ſubiêre labores,
Atq; ſui memores multos fecere merendo.
Illic ABRAAM pater alta ſede locatus,
Verba facit, quæ tecta ſtupent ingentia cœli.
Illic ISAIDES narrat ſua prælia vates,
Pro ſacris aris quæ rex celeberrima geſſit:
Illic IOSAPHAT quo non eſt iuſtior alter
Iſraëliticæ gentis moderatus habenas,

CON-

Digitized by Google

CONSTANTINVS adeſt illic rex, Magnus & ille
CAROLVS, inſignis Germanæ gloria gentis.
Quique alii celebres pietate & fortibus armis
Subiectum rexêre ſuis virtutibus orbem.
Hos inter cœtus cœleſti ſede receptus
MAVRICIVS, priſci longo ordine conſpicit æui
Egregios Heroas, & illis ipſe videtur.
Atque ita ſub pedibus nubes & ſidera cernens,
Diuorum vitam per ſecla perennia ducit.
Non quæ circumſtant numeroſa pericula, ſentit,
Mortales miſero nos qui modò viuimus orbe.
Romani imperii lacrimis vel digna profuſis
Rudera non ſpectat, minitantis vbique ruinam,
Et iam caſuri penitus, niſi fata reſiſtant.
Non infinitis diſtractum litibus orbem
Cernit & inſidias quæ nobis fraude latenti
Hoſtibus à multis ex omni parte ſtruuntur,
Qui rabida noſtrum ſitientes fauce cruorem
In noſtras acuunt clades immaniter enſes.
Iam felix equidem poſſit fortuna videri,
Diuino fruimur quo munere pluribus annis.
Sed vereor nimium ne poſt peiora ſequantur
Tempora, permittente Deo, qui motus ad iram,
A nobis repetat iuſtas ob crimina pœnas,
Hoſtis & occiduis egreſſus Iberus ab oris,
Cædibus has terras & multo ſanguine vaſtet.
Præſenti nec enim, pugnaces bella gerentur
Donec apud Belgas; ceſſabunt cardine rerum,
Quos habet addictos Romani præſulis aula.
Et furit humani generis teterrimus hoſtis
Dux Erebi, vera cum relligione, ſacriſque
Ritibus, Aonidum doctas extirpet vt artes.
Non fruſtra Nereus furibundis ſæuit in vndis,
Flumina non fruſtra diffuſa, tot imbribus aucta,
Cum ſtabulis armenta trahunt, tantamque repente

Per multas

Per multas ſtragem terras immaniter edunt,
Sternentem miſerè ſata læta boumque labores,
Eluuies ingens inopino concita caſu,
Bellorum aut cladis rarò prænuntia fallit.
Nos tamen ærumnas interque pericula quæuis,
Non animis frangamur, ad alti limen Olympi
Sed conuertentes oculos, cœleſte precemur
Auxilium, noſtris ſummiſſa mente rogantes
Delictis veniam, quæ multa & magna patramus.
Aſſiduaſque preces fundamus cordibus imis,
Vt Pater omnipotens, penes eſt quem cuncta poteſtas
Rerum quas tellus habet, & quas arduus æther,
Offenſæ oblitus clemens, oblitus & iræ,
Illo quo pluuias quo pellit nubila vultu
Reſpiciat nos, & propria virtute reſiſtens
Hoſtibus aduerſis, trans axem bella niualem,
Et nobis poſſit quodcunque nocere, releget.
Hac nos confiſi ſummi bonitate parentis,
Euentus placidos, ſi vel ruat altus Olympus,
Et quæcunque premant, animo ſperabimus alto.
Fata modò noſtrum longinquo tempore ſeruent
AVGVSTVM diuturna ducem, quo ſoſpite nunquam
Res verſas noſtras aut victas principe dicam.
Hunc Deus, in cuius ſita ſunt noſtra omnia dextra,
Quàm ſupereſſe diu volet, haud incerta ſalutis
Spes erit, infuſos neque formidabimus hoſtes.
Huius ſancta ducis pietas, generoſaque virtus,
Cana fides, ſtudium inculpatum iuris & æqui,
Et quouis ingens animi conſtantia caſu,
Quam latè terris ſpacioſus panditur orbis,
Omnibus innotuit, nullas non nota per oras.
Huius præſidio bos tuta perambulat arua,
Nutrit rura Ceres, plenas pax incolit vrbes,
In quibus Aonides Phœbum Phœbique ſecutæ
Carmina, grata ſibi loca delegêre ſorores,

Et tene-

Digitized by Google

Et teneris paſſim mulcent concentibus auras.
Et pia relligio vinctum frondente corona,
Ad ſuperum vultu caput effert verſa parentem,
Deniq; nil præſens rerum quas poſtulat vſus,
Diuina bonitate deeſt, modo numina dextra
Vlterius nobis fortunam hanc vſq; reſeruent.
Fata ſed & patriæ qui ſpes eſt altera terræ,
CHRISTIANVM ſeruent annis felicia longis,
Cum ſobole illuſtri gemina, virtutis auorum
Semina, quæ teneris adoleſcens imbibit annis,
Et poſt inſurgens ætate prouecta, celebri
Ingentem fama & factis æquabit Olympum.
Hos ô CHRISTE duces, ſoboles æterna parentis,
Prognatis vnà cum ſtemmate matribus alto,
Tantorum Heroum quæ caſta cubilia ſeruant,
Illuſtriq; domo tota, rege, protege clemens,
Et vires animi, vires & corporis augens,
Innumeros iubeas ſaluos ſupereſſe per annos.
Horum præſidiis vt tuti, Martis & armis
Expertes, ſtudiis obeuntes noſtra paratis
Munia, pacatam poſſimus ducere vitam.
Teq; Deo cum Patre Deum, cum Flamine ſancto,
Cui ſoli debetur honos, cui gloria, virtus,
Imperium ſoli, æternum celebremus in æuum.

Parentatio Electori Auguſto, &c. altero poſt ipſius celſitudinis obitum anno facta.

SI rectè laudum præconia digna merentur
Facta virum, patriæ memores memoreſq; ſuorum:
Quæ magno geſſere animo: Naturaq; mentis
Inſita ſi ducit fas eſſe rependere grates
Pro meritis, hominum collatis cœtibus: Ecqua
Digna magiſtratu pietas & digna referri
Gratia, dignus honos poterit? qui plurima rebus
Commoda conciliant hominū, & bona plurima præſtāt.
Hi ſunt

Hi ſunt quos mundi rerumq; creator & autor,
Omnipotente gerit qui ſceptrum immobile dextra,
Et nutu quatiens immenſa volumina cœli
Attentis oculis videt omnia, numinis almi
Participes facit eſſe ſui, quibus ardua tanquam
Semideis rerum terra eſt commiſſa poteſtas.
Hi ſunt mortales inter ceu lucida gemma,
Illuſtrans auras circum ſplendore coruſco,
Quam pretii neſcit vis exæquare vel ingens,
Hi ſunt qui legum ſanctiſſima iura tuentur,
Hi pacem miſeris retinent mortalibus, horum
Munere cum celſis cultæ ſtant turribus vrbes.
Deme magiſtratus terris, ſpelæa ferarum
Vaſta petent homines, ceſſabunt iura fideſque,
Nullus erit virtutis honos. Quid multa? Sine iſtis,
Cœtibus haud poterit iunctis conſiſtere mundus.
Hos animis igitur veluti terrena colamus
Numina, viuenteſq; ſuo dignemur honore:
Sed vita caſſis etiam ſit fama ſuperſtes,
Laudibus ornentur, vigeant, celebrentur, amentur,
Præteriti ſtet apud memores bene gratia facti.
Vllius at noſtris præſtans regionibus vnquam
Si Ducis eminuit virtus & gloria rerum,
Inter honoratos & magni nominis olim
Heroas ſit fas meritis factiſq; potentem
AVGVSTVM numerare Ducem, quem menſibus actiæ
Bis ſenis, tulit atra dies & funere merſit,
Cum deſiderio magno luctuq; ſuorum.
Huius, cum dolor acer adhuc præcordia pungat,
Non obitus nimis heu citò lamentemur ademti?
Huic non dilecto fiant ceu iuſta parenti?
Duritiēs Scythicis animi ſit gentibus iſta,
Eſt quibus & ſocios, & ſanguinitate propinquos,
Atq; patres ætate graues iugulare voluptas:
Iſta Scythis, inquam, feritas ſit, mitia nobis

Corda

Corda dedit natura, moueri ſuetaque luctu,
Plangamus memores hæc funera mœſta quotannis,
Fundentes oculis lacrimarum flumina plenis,
Nec Ducis ex animis tanti labatur imago.
Ipſe quidem ſuperûm cœleſti ſede receptus
AVGVSTVS Princeps, lacrimas non curat inanes,
Iam radiis circumfuſus cœleſtibus, inter
Heroas quondam magnos Germanidos oræ:
Vnigenamque Deum maieſtatemque verendam
Aſpicit, atque nequit ſatiari corda tuendo.
Illic angelici recinunt noua carmina cœtus,
Carmina quæ iuga ſumma mouent illuſtris Olympi,
Illic lætitia eſt, qualem caligine merſum
Cor imo nequit humanum comprendere ſenſu,
Non nox, inuoluunt non atria ſancta tenebræ,
Splendor inexhauſtus decies qui lumina ſolis
Vincit, in immenſis penetralibus vndique fulget,
Immortalibus & gemmis ſola lata coruſcant.
Fons vbi at in medio ſcaturigine manat aperta,
Inſtar Chriſtalli viuis argenteus vndis,
Præbet ſe viua ſpectandam luce beatis
Vera Dei CHRISTVS ſoboles, & patris Imago,
Illorum & lacrimas pro IESV nomine fuſas
Linteolis oculis abſtergens mollibus, ipſis
Nectareos viui infundit ſolaminis hauſtus.
Non his ergo locis auguſta luce repletis,
AVGVSTVS cuperet, ſinerent ſi fata, reuerti,
Oblitus mundi grauium oblituſque laborum,
Quos tulit, in propriis regionibus omnia rectè
Dum fieri cupit, & curarum fluctuat æſtu,
Perfruitur vita felix ſine fine beata.
At nos quos Deus hunc voluit ſupereſſe per annum,
Quos Dux AVGVSTVS pacata pauit in vmbra,
Lanigeras ceu paſtor oues per rura vagantes,
Cum deſiderio iuſtum decet addere luctum,

AVGVSTI,

AVGVSTI, memori laudeſque requirere voce.
Hic pietatis honos meritò debetur, & vnum
Hoc pretium reddi ſibi poſtulat inclita virtus.
  Hunc igitur quoniam eſt completis menſibus orbis
Annuus exactus, luxque eſt heu triſtis oborta,
Qua Dux AVGVSTVS meritis maturus & æuo
Exutis membris mortalibus aſtra petiuit,
Soluamus pia vota, piumq; nouemus honorem,
Qui noſtrum haud animi fictum teſtetur amorem,
Nec lacrimas nos oſtendat tenuiſſe fideles.
  Vos ô quos longis aſtare ſedilibus amplæ
Conſpicio pietate viri, quos noſtra Lycæa
Agnoſcunt proceres, dignoque verentur honore,
Vos mihi cui primo grauis hæc prouincia ceſſit,
AVGVSTI meritas repetendo retexere laudes,
Quod facitis, cupidis animis ſtudiiſque fauete.
Tu tamen inprimis Clariis memorande camœnis
Magnifica celebris vir præſtantiſſime laude,
Quo modò Rectore eximio ſchola noſtra ſuperbit,
Quæſo faue cœptis, & amicis auribus hauri,
Quæ feſtinarunt humiles mihi carmina Muſæ.
Te ſcio (nec miror) ſincero pectore tantum
Dilexiſſe Ducem, quo vixit tempore toto.
Indicium præbet nobis haud debile, cultus
Oris honorati liquido de flumine manans,
Principis AVGVSTI quoties fit mentio, ſermo,
Affectu plenus dictis & plenus amicis.
Auſpicium ductumque tuum quæ cætera pubes
Ingenuis ſtudiis & doctis dedita Muſis
Aſtat ad intuitum ſe componendo regentis
Præbebit faciles nobis attentius aures.
  Non eſt quod ſolos iam nos lugere putemus,
Manibus AVGVSTI & poſtremum ſoluere honorem,
Tota dolens vnà regio ſuſpiria ducit,
Funeſtam accuſans lucem & crudelia fata.

Digitized by Google

Præ cunctis aliis pullo velatus amictu
ELECTOR tundit CHRISTIANVS pectora palmis,
Quemq́; fuit vero in vita complexus amore,
Arbitrio cuius ſolitus ſe credere totum,
Quem ſolitus ſemper reuereri numinis inſtar,
Cum deſiderio patrem gemituq́; requirit,
Sublato nihil eſſe querens ſibi dulce parente.
Quid verò? lacrimas dabimus tantúmne profuſas
Felici cineri? nec finem luctus habebit?
Quin aliquos potius laudum meditemur honores,
Atq; minus triſti ſolemur carmine mentes,
Quantumuis ingratus adhuc dolor oſſibus hæret,
Vulneris & nondum ſatis eſt obducta cicatrix.
Nec verò à primis proauis atauiſq́; vetuſtis
Saxonidum genus vnde Ducum & gens ducitur alta
Incipiam, repetens magnarum exordia laudum.
Vos quibus ætatis ſupereſt vis integra vates,
Vos annis aliis, dederint ſi fata, canetis
Saxonas Heroas quos tempora priſca potentes
Egregiis animis olim factiſq́; tulerunt.
Addetis grandi connubia regia verſu
Principis AVGVSTI, dignamq́; parentibus altis
Egregiam ſobolem, regio qua tota triumphat.
Ad propiora magis, magis obuerſantia noſtris
Mentibus inuitant atro me vela colore
Nondum demta tholis, veterem reuocantia curam,
Ne nimis alta petat tenuem & ſtringentia venam.
Auguſtus Princeps, dum fata Deuſq́; ſinebant,
Chriſtiani decus orbis erat, decus omne ſuorum.
Hunc oculis celſi magnates ferre ſolebant,
Hunc admirari magno cum Cæſare totum
Imperium, cuncti facilè huic concedere primas.
Diuerſas ſublimis equo, quocunq; per vrbes
Ferret iter, longis comitatibus: agmine denſo
Læta Ducis tanto conſpectu, rebus omiſſis

Omnibus,

Omnibus, occurſu ſe efferre, per oppida, pagos,
Compita cum fauſtis votis effuſa iuuentus,
Nec vidiſſe ſemel ſatis eſt, iuuat vſq; tueri,
Atq; iterumq; iterumq; auguſtos cernere vultus.
Hic ille AVGVSTVS, tuus ô Germania ocellus,
Hic inſtar firmæ eſt qua nititur illa columnæ.
Non bello inuadet noſtras hoc Principe terras
Ignotis effuſus atrox regionibus hoſtis,
Copia non deerit vitæ quorum indiget vſus,
O ſeruent longos nobis hunc fata per annos.
Ventum ad concilium procerum Imperiiq; ſenatum,
Ardua tractari cœptumq; negotia rerum,
Hunc alii præferre Duces, audireq; voces
Miſſa velut ſacra vatidicis oracula Delphis.
Hoc dabat oris honos, ſapiens oratio verbis,
Et grauitas, candorq; & neſcia pectora fraudis.
Finxerunt veteres natam Ioue Pallada vates
Armatam galea tortos rutilante capillos,
Atq; haſtam dextra valido vibrare lacerto,
Gorgonis at caput in læua geſtare tremendum,
Quo Perſeus in Saxa viros conuertere ſueuit,
Quorumcunq; ardens ira retuliſſet ad ora,
Quæritis hæc nunquid deſignet fabula veri?
Nil equidem reor hac aliud quam dia notari
Ora magiſtratus, hominum tot millia legum
Propoſitis vinclis edictorumq; regentis.
Illius aſpectu terreri corda neceſſe eſt,
Terribili fuerint immania ſi magis vrſo,
Aut rigidas geſtent in duro pectore cautes.
Quoq; magiſtratu donum hoc contingere maius
Cernitur. hoc illud diuinius eſſe putandum eſt.
Palladis hoc Clypeo Princeps hoc Gorgone noſter
Armatus fuit AVGVSTVS, ceu fulminis ictus
Quem tremuêre mali, nihil auſi fraudis apertæ,
Nil clandeſtini ſceleris committere furtim.

 At con-

At contra iuſti ſtudio rectique flagrantem
Dilexêre boni, ducti virtutis amore,
Illius ſeu ſe ſubiecti lege tenerent,
Seu noſtris eſſent terris alio orbe remoti.
Ecquis enim Dux eſt Europæ clarus in oris,
Qui non legatos & munera miſerit illi,
Miratus laudes Ducis atque illuſtria facta?
Ambierit nec amicitiam? Quid Cæſare maius?
Et tamen is (nullis quod credo contigit vnquam
Principibus) gnatis aliquot comitatus, & alta
Coniuge Dreſdenſis ſublimia venit ad vrbis
Mœnia, & hoſpitio clemens indulſit amico
Principis AVGVSTI, quem vitæ tempore toto
Non carum ſecus ac fratrem complexus amore eſt.
  Hoc decus, has laudes, hanc famam nominis amplam
Auguſtus magis atque magis cumulare ſtudebat,
Subiectos ſumma populos in pace regendo,
Commiſſique gregis ſibi proſpiciendo ſaluti.
Et quoniam meritò pax creditur optima rerum,
Quas homini nouiſſe datum eſt, fuit vnica cura
AVGVSTO, conſtante ſuos in pace tueri.
Hanc ratus ille viam ſacra diſcere dogmata CHRISTI
Atque artes tractare bonas, educere prolem,
Perque vagas terras merces mutare repoſtas.
  In trucibus quid enim fieri conſueuerit armis
Heu nimis eſt notum atque animus meminiſſe refugit.
Ecquis honeſtatis locus eſt, cura ecqua pudoris
Enſe ruente fero per apertos milite campos?
Hoſtis adeſt vbi tecta ſonant, concurritur vnà,
Innumeris paſſim telis Mars impius horret,
Non ſcelerum facies vllæ non funera deſunt.
Innatat in campis cruor, atque madentia cæde
Saxa rubent ſtupris peccatur vbique nefandis,
Oppida cum pagis fumant, non vllus aratro
Reſtat honos, ſqualent confoſſis arua colonis.

Spreta

Spreta latet pietas, templis oracula ceſſant.
Aonides Muſæ quibus ocia dulcia curæ,
Diffugiunt trepidæ, loca barbarus occupat hoſtis,
Denique luctus vbique & plurima mortis imago.
Aſt vbi ſopitis ſunt mitia tempora bellis,
Vrbibus in cultis & pax ſuauiſſima regnat,
Inſtruitur ſancta pia relligione iuuentus.
Intemerata fides, legumque ſeuera poteſtas
Culpari metuit, florent arteſque ſcholæque,
Cunctaque lætari grata loca pace videntur.
Hoc igitur tanto, poſt bella cruenta, neceſque,
Quas ſatis eſt experta diu Germania, quando
Has dirus terras & agros vaſtauit Iberus,
Munere conceſſo pacis, quis grata referre
Vota Deo renuat? quis, quo pax Principe facta eſt,
Non cœlo meritis AVGVSTVM laudibus æquet.
Quas prius informes nimium ſitus ater habebat,
Iam multæ florent ſpecioſis ædibus vrbes:
Amplaque quà cingunt altos pomœria muros,
Denſantur variis ſpacioſa ſuburbia tectis.
Extructæ latè fulgent in montibus arces
Regis opus celſæ, decus his memorabile terris.
Subiecti qui ſunt pagi ſua commoda iactant.
Prata virent circum, replentur fœtibus horti
Arboreis, rident ſolertibus arua colonis.
Cum teneras pecudes ingrata noualia paſtor
Ducit, oues paſſim ſtridentibus edita cannis
Ruſtica paſcentes balatu carmina rumpunt.
Inde domum recipit ſe feſſus arator, & eſcis,
Quas coniunx operis aſſueta parauit inemtas,
Se reficit tutus, nihil arma tubaſque tremiſcens.
Non minus & ciues ſibi debita munera curant:
Educunt paruam ſobolem, vigilique labore
Exercent operas quas cuique vocatio præbet.
Ad ſacra conueniunt homines oracula templis

Sedatis animis: puerorum voce magiſtri
Diſcentum ſtrepitu conclauia denſa reſultant;
Nec quid ſit miles fera quid Taratantara nouit.
Per tutas licet ire vias, quà cuiq; cupido,
Vrbes obiecto non claudunt obice vectes,
Excubat ad portas nec toruo lumine cuſtos
Arcens introitu, licet ire redire volenti
Quà libet, ingreſſu nemo prohibere laborat.
Hæc, ô magne Deus, dator es qui pacis & autor,
Commoda, pro ſumma bonitate perennia faxis.
Nec quia ſic pacem Princeps Auguſtus amabat,
Non & in Heroo fuit ingens pectore motus,
Militiæq; animus promtus tolerare labores.
Arma requiſiſſent ſi ſumere tempora noſtra,
Inferior magnis Ducibus non fortè fuiſſet,
Acria qui forti geſſerunt prælia dextra.
Bellorum norat non quiſquam rectius artes,
Quæq; vſus poſcit, cum Mars furit impius, arma.
Quin animi celſi mortis contemtor & hoſtis
Impetus, eminuit mox in iuuenilibus annis.
FRANciſcum peteret Cæſar cum CARolus armis
Gallorum valido conſcripto milite regem,
MAVRIcio iunctus fratri cataphractus in illam
Militiam Auguſtus generoſa eſt mente profectus.
Et præclarus honor fratrem tum manſit vtrumq;,
Ad VICTORINI cum gentis nobile fanum
Clara reportata eſt cæſis victoria Gallis.
Quando premebatur diſcors Germania bello
Difficili, diris circumuolitantibus Hunnis,
Cæſareiſq; aquilis tota regione receptis,
MAVRICIO cum fratre viris armiſq; potente
Cæſaris auſpicia eiuſdem fuit ille ſecutus,
Et raræ ſpecimen virtutis præbuit ingens.
Nomine quæ Imperii poſt, tradita munera geſſit
ELECTOR, geſſit cura ſtudioq; fideli,

Intentus

Intentus propriis, rumores nilq; moratus,
Quos vanos profert vulgus ſine mente profanum.
Mœnia GOTHANÆ cum iuſſus cingeret vrbis
Obſidione globos inter qui fulminis inſtar
Tormentis alta erumpebant iugiter arce,
Verſari abſq; metu ſolitum, nec tela nec hoſtes
Formidaſſe ferunt: conſtans fiducia vires
Infractas animumq; dabat. quæ per vaga tela
Fulmineoſq; globos rectè ſperare iubebat.
Fama volans tulerat, cum Cæſare velle Senatum
Imperii, Turcis latè populantibus acres
Pannonas, vt Princeps aduerſis obuius iret
AVGVSTVS ſignis. Referenti talia, Nunquam
Defugiemus, ait, iubeat ſi tendere Cæſar,
Cæſare cur belli molem mandante recuſem
Ferre? Magiſtratus meus eſt, huic pareo rectè
In bello quæ me iuſto ſors cunq; ſequatur.
O vocem magnam, generoſo Principe dignam,
Virtutis teſtem præclaræ animiq; virilis.
Cætera quæ reſtant ſi nunc ego carmine pleno
Commemorare velim, breuis haud ſuffecerit hora.
Occiduo quin ſole prius ſub cardine merſo,
Inductis terras nox tinxerit atra tenebris,
Quam cupidæ partem poſſint pertexere Muſæ
Egregiorum operum, noſter quæ præſtitit Heros.
Eſt toto penitus iam decantatus in orbe
Relligionis amor, nec opus modò multa referre,
Ne ſoli oppoſitum radianti debile lumen
Offuſcet potius quàm laudes augeat amplas.
Quas non ſuſtinuit curaſq; graueſq; labores
AVGVSTVS, lux vt doctrinæ ſana maneret
Cœleſtis, cunctis erroribus atq; remotis
Lucifero, fieri ſi poſſet, clarior eſſet?
Quos curam non theſauros effudit in illam?
Quàm multos aluit ſancti qui dogmata verbi

Et doctas quibus eſt opus artes diſcere poſſent,
Ac quondam prodeſſe ſcholis templiſque docendo?
Ne deſint vllo cuſtodes tempore verbi
Diuini, vigeantque bonæ feliciter artes.
Ac per te Princeps ſi commemorande ſtetiſſet,
Et reſponderent votis euenta petitis,
Iam pax (nec dubito) ditionibus vndique cunctis
Doctrinæ conſtans eſſet, diuinaque nunque
Dilacerarentur diuerſo dogmata ſenſu.
Cor AVGVSTE tuum veræ pietatis amore
Incenſum ardebat, CHRISTVM tu pectore habebas,
Is tibi delitiæ ſolus, ſoluſque voluptas,
Quo ſine vita quid eſt hominum niſi lubricus error,
Et via ſenta ſitu Stygium quæ ducit ad orcum?
Verſantem quoties vidit te Biblia Titan,
Surgeret Eoo rutilis ſiue axe quadrigis,
Heſperio feſſos ſeu mergeret æquore currus,
Et nox exortis ſero ſub veſpere ſtellis
Fuſca, pruinoſas terris induceret vmbras.
Hoc nil Theſauro melius nil maius in orbe
Ducebas, cœli nobis qui creditus arce
Non fluxas largitur opes quas morte relinqui,
Poſtquam Parca ferox incidit fila neceſſe eſt.
Fonte ſed è viuo ſolatia viua miniſtrat,
Cor imis preſſum mœrore leuantia fibris,
Et tandem gelidos vbi vita reliquerit artus
Hæredes regni ſuperûm facit eſſe beati.
Non minus innocuæ quæ regna gubernat & vrbes,
Iuſtitiæ ſtudium fuit inculpabile: cuiuis
Rite ſuum tribui voluit, nullumque grauari
AVGVSTVS Princeps: Toties hinc edita fertur
Aureolis vox digna notis, vox Principe digna:
Mando, viri, vos conſiliis mihi quotquot adeſtis,
Atque gubernandæ partes regionis obitis,
Efficite vt nulli ſubiecto iniuria fiat,

Sint & diuitibus communia iura & egenis,
Litibus in dubiis ſententia iuſta feratur,
Ne quiſquam de iure queri ſe poſſe negato
Prædicet, & iuſtas nobis id prouocet iras.
Hic amor, hoc ſtudium memorabile iuris & æqui
AVGVSTO quouis permanſit tempore conſtans:
Quod velut obrizo concluſus Iaſpis in auro
Ornabat grauitas cum geſtu digna decenti,
Integritaſque animi fucos & falſa peroſa,
Innumeræque aliæ virtutes, & decora alta
Quæ nunquam poterit longæua abolere vetuſtas.
Heu miſeras hominumque vices incertaque fata,
Quam citò fortunam ſequitur ſors dura ſecundam,
Et modò quæ fuerant perturbant gaudia luctus.
Sic vbi nonnunquam cœlo lux clara ſereno
Effulſit, ſubitò tempeſtas nubila ſurgit,
Noctem hyememq; ferens, & inhorrent imbribus auræ.
Iam poterat felix AVGVSTI vita videri
Principis, haud læuo Ditio pacata vigebat
Succeſſu, nuſquam ſpargebat triſtia rumor
Nuntia, gaudebant omnes hoc Principe terræ.
Iam quoque connubio Princeps tædiſque beatus
Illuſtris Nymphæ, mentem referebat ad alta
Conſilia, vt rerum ſtatus optatiſſimus eſſet:
Cum ſubitò (heu nimium fata heu crudelia fata)
Extremum AVGVSTO meditatur pallida finem
Atropos, haud patiens duci fatalia fila
Vlterius, caræ ſpem præciſuraque vitæ.
Vndecima infauſto lux Februa venerat ortu,
Cum laxaturus curas exhauſtaque membra
AVGVſtus nemori aduehitur cum coniuge cara
Vicino DRESDÆ (veluti conſuerat) amicam
Lætitiam referens, & vultu blandus amœno.
Viribus ac paulo pòſt hac ratione reſumtis,
Illuſtrem reuehi curru ſe iuſſit in aulam,

Nec minima apparent properæ præſagia mortis.
Veſper erat, Ducis & lethum ne triſte videret
Occiduo ſeſe ſub cardine condiderat Sol
Triſtior, & nitidos tingens caligine vultus:
Accumbit menſæ ſuetæ dum tempore cœnæ,
Ecce acres ſentit Princeps in corpore motus,
Ora notat pallor ſubitus, præcordia languent,
Membra ſtupent, oculis nox circumfunditur atra.
Accurrit Medicus, dulciſq; ante omnia coniunx,
Mollibus ac ſtratis languentia membra reclinant,
Nec medicas adhibere manus, fomentaq; ceſſant.
Quid querar? heu placidos ſponda dum carpere ſomnos
Creditur, in ventos anima exhalata recedit
Principis, & leni ſuperûm petit æthera flatu.
Non ſecus ac infans maternis fotus in vlnis,
Lumina, cum ſentit ſomnos obrepere, claudit
Suauiter & collum cunis imbelle reponit.
Interea rumore per atria longa vagante,
Dum trepidis ingens miſcetur luctibus aula,
Nuntia diuerſus pede præcipitante miniſter
CHRISTiano fert dura Duci: languere parentem
Lethali preſſum morbo, iamq; vltima Parcis
Fila trahi, veniat, præſens ſi cernere ſaltem
Poſtremùm cupiat, vitæ nihil eſſe relictum.
Attonitus nouitate ſtupens, citus aduolat, inter
Spemq; metumq; hærens, patrem ſeu viuere credat,
Siue extrema pati, nec iam exaudire vocatum,
CHRIſtianus Princeps, & dulci incenſus amore
Irruit, ac mutos manibus complectitur artus:
O largo quoties humectans lumina fletu,
Viue, pater, dixit, vultus attolle iacentes,
Viue, pater, nec nos in triſti turbine rerum
Deſere: ſed fruſtra ferit ah vox lugubris aures,
Frigida torpebant æterno membra ſopore,
Spiritus & ſuperam liber migrârat in aulam.

Scilicet

Scilicet hoc AVGVSTE tibi dedit inclite donum,
Quem toto es vitæ veneratus tempore, CHRISTVS,
Ne te mors longo torqueret lenta dolore,
Sed manſueta quies placidoq; ſimillima ſomno,
Auferret terris animam, ſanctiſq; parata
Sentires & in hac Paradiſi gaudia vita.
Dicitur extemplò vicinas fama per vrbes,
Et varias alis penetrat pernicibus oras,
AVGVSTVM ſubitò vitali luce relicta
Exceſſiſſe Ducem properanti funere terris.
Fari hoc qui norint: Primò vix credere multi,
Fama ſed aucta fidem fecit, dubitare nec vltra
Fas erat: Hic quanti gemitus, ſuſpiria, luctus,
Qui planctus fuerint, verbis quis dicere poſſit?
Territa vox tacitis multorum faucibus hæſit,
Ignotis velut effuſi regionibus hoſtes
Vicinas vrbes populentur & omnia vaſtent.
Aut velut immiſſis in tecta patentia flammis,
Vulcano ſuperante domus conſidat in ignes.
Arbitrio ſed quis ſuperûm legiq; repugnet?
Tam triſtis ſuperanda fuit fortuna ferendo.
Mortales lex vna manet, moriantur vt omnes,
Seu magni fuerint reges, inopeſve coloni.
Terra ſuum repetit, de terræ fragmine facta
Corpora debentur rurſus mortalia terræ.
Viuit in amplexu CHRSTI, ſuperiq; parentis,
AVGVSTVS Princeps, cum mentibus atq; beatis
Æternum priſciſq; Heroibus exigit æuum,
Imperii liber curis, vacuuſq; dolorum,
Qui quouis hominum momento pectora rodunt,
Nec membris vllam patiuntur ineſſe quietem:
Expectatq; diem ſublata mente ſupremum,
Quo terraq; mariq; flagrante, flagrantibus aſtris,
Clara ſonum tuba terribilem dabit æthere, iudex
Et CHRISTVS multis comitatus millibus, inter

Cœlicolas reſidens illuſtris in iridis orbe,
Diua maieſtate potens, cernetur in altis
Nubibus, & dicto citius rediuiua reſurgent
Longis iam ſeclis infoſſa cadauera tumbis
Innumeris, alius rerum naſcetur & ordo,
Arce piis cœli ſuperûm ſolioque receptis,
Autore at ſcelerum detruſo ad Tartara cœtu.
Hunc ô CHRISTE diem da nos quoq; cernere lætis
Luminibus miſeros, ſanctoque cruore redemtos
Ætheriis nos CHRISTE iube ſuccedere regnis.
Interea quicquid nobis hoc viuitur æui
Tranſeat in vera votis pietate ſecundis.
Sit noſtri tibi cura Deo, ſint mitia pacis
Tempora, quas vſus poſcit ſit copia rerum,
Trans axem fugiant hoſtes & bella niualem.
In primis poſt te quo ſolo nitimur, altis
Ingenii atque animi donis & pectore celſo
CHRISTianum defende Ducem, rege, protege, ſerua,
Cuius in Heroa iam nunc florentibus annis
Mente, paternarum virtutum lucet imago.
Hoc Duce, quod nobis pietas clariſſima ſpondet,
Non minus auſpiciis quam conſiliiſque parentis
Doctæ floreſcent artes, Eccleſia creſcet,
Et pax in noſtris erit optatiſſima terris.
Illuſtrem ſerua ſobolem quoque numine dextro,
Vnà cum magna & generoſa coniuge, cuius
O Deus inſtantes clementer proueh e partus,
Et bona cum læta fortuna cuncta miniſtra.
Nos inter cœtus patiaris & eſſe perenni
Tempore, qui demto celebrent te fine potentem
Cœleſti cum patre Deum cum flamine ſacro,
Cui laus eſt cunctis honor & victoria ſeclis.

Gratulatio, De Aduentu ad vrbem Lipſiam Chriſtiani Electoris.

Cum

CVm paſſim liquidis reſonet concentibus æther
Muſarum, vateſque pii noua carmina fingant,
CHRISTiano gratando Duci per auita fideles
Regna recenſenti populos: Per & oppida paſſim
Turba ſui Ducis aſpectu lætiſſima, fauſtas
Cum cupidis voces animis ad ſidera iactet:
Nos Parnaſſiadum Philyræus Eliſter in vmbra
Quos fouet addictos ſtudiis & rebus honeſtis,
Quando ſerenato miſſum velut æthere ſidus,
Et lux his terris luci ſuccedere iuſſa
Extinctæ, Princeps idem CHRISTIANVS, & altus
Elector, ſonipe egregio, cœtuque decoro,
Mœnia Lipſiacæ vultu ſubit vrbis amœno,
Nóſne ſilere decet? nec lætæ prodere mentis
Gaudia, quæ cordis penetrant blandiſſima fibras?
Non ô non animis adeò ſtupor inſidet, illud
Debita nec patitur pietas, & prona voluntas.
Quin primos inter, repetitis plauſibus, omnes
Acceleremus in occurſum, votiſque ſecundis
Heroëm excipiamus, & omnia fauſta precemur:
O ſalue noſtris exoptatiſſime Muſis,
Elector, Princeps ô clementiſſime ſalue.
Vt te poſt obitus, & funus triſte parentis
AVGVSTI, cœli ſupera ad conuexa vocati
Aſpicimus læti, & digno reueremur honore:
Aduentuque tuo luctus ſolamur acerbos,
E patris accepit quos mens triſtiſſima buſto.
Ac velut ignaro cum nox cœlo ingruit atra,
Paruulus in dumis puer à genitore relictus,
Cum loca ſola metu videt exanimatæ patremque
E notis abiiſſe locis, plangoribus auras
Sollicitat, querulaque parentem voce requirit:
Ille vbi rurſus adeſt loca per nemoroſa reuerſus,
Et nati nomen vocat eminus, ilicet omnis
Corde metus fugit, & lacrimæ ſedantur inanes:

Sic CHRISTIANE tuos Princeps cùm cernere vultus
Optatos detur, cedunt è pectore luctus
Triſtitiæq; omnes, & mens oblita dolorum,
Et caſus oblita grauis noua gaudia ſentit,
Gaudia quæ ſint ô nobis æterna precamur.
En circum tellus herbarum diues amictu,
Tardius arboreis viridantes fundere ramis
Viſa comas, luctus forſan conſtricta recentis
Frigore, nunc gratata Duci tibi læta potenti,
Et folia innumero & flores examine profert.
Ipſa ſedens picto Charitum pulcerrima prato
Euphroſyne, tenero decerpens ſtipite Rutam,
Adiungens Meliloto purpureos Amaranthos,
Serta tibi texit feſtina florida dextra.
Vt floris gerit æternos Amaranthus honores:
Imperii ſic duret honos, & fama per orbem
CHRISTIANI laudes præclaraq; facta celebret,
Hoc etiam ſeri maneant in honore nepotes,
Et patrias longa terras in pace gubernent.
Melliferis apibus (quibus obſeruantia regis
Maxima, quo ſaluo mens eſt ſimul omnibus vna,
Agmine quem denſo ſtipantes, corpora bello
Obiiciendo petunt pulcram per vulnera mortem)
Dulcius vt nihil eſt Meliloti flore, ſuaues
Sugentes è quo ſuccos fragrantia mella
Conficiunt, dulci ſtipant & nectare cellas:
Sic Duce te tibi ſubiectis gratiſſima vitæ
Commoda ſufficiant, felix ſit copia rerum,
Aoniæ vigeant artes, Eccleſia creſcat,
Et verbi augeſcens diuini melle triumphet.
Deniq; ceu pellit metuendos ictibus angues
Ruta virens, membris lethale fugatq; venenum:
Sic terris cupidos placidam turbare quietem,
Inſidiis ſtructis & bella cruenta minantes,
CHRISTIANI à noſtris Maieſtas nominis oris

Inclita,

Inclita, tetrifica ceu Gorgone terreat hoſtes.
I nunc ingredere ô felix tua mœnia Princeps,
Heroum ſanguis, patriæ ſpes maxima terræ,
Et tibi ſubiectos populos parere paratos
Expleri deſiderio patiare petito.
Supplicibus tibi ſe votis Academia noſtra
Commendat, totamq; tibi ſe dedit & offert.
Tu Muſas humiles vultu dignere ſereno
Aſpicere, & robur quaſſæ vireſq; reſumant
Effice, quo ſit honos ſuus artibus, atq; iuuentus
Diuina poſſit de relligione doceri.
Nec dubito fiet: Tua clementiſſima virtus,
Et pietas, ſperare iubet nos optima quæuis.
Dicite Iô faciles & Iô bis dicite Muſæ:
Viuat Chriſtianus Princeps: ſecla aurea, CHRISTO
Auſpice, Chriſtiano procedant Principe terris.

Encomium matrimonii, D. Matthiæ Groſio Halberſtatenſi I.V. Doctori, ſponſo, dedicatum.

QVando nouus ſancit thalami ſacra fœdera ſponſus
Cum ſponſa raris mentem virtutibus aucta,
GROSIVS, interpres legum, cui iuris & æqui
Cum ſtudio ingenium, probitas, facundia, vita
Integra concilianт amplæ præconia laudis:
Quid prohibet, quamuis propero, connubia verſu
Gratari ſponſis, & lætos ſumere vultus
Luce bona, clari quæ ridet honore mariti,
Cui variis oris doctrinæ propter, & altæ,
Quam ſemper coluit, virtutis propter amorem
Iactato, alter amor modò fixit arundine pectus.
Scilicet illud amicitiæ coniunctio noſtræ,
Nos inter conſtans quæ multos permanet annos,
Poſtulat, atq; voluntatis propenſa cupido.
Eia age ſume fides & amabile concine carmen
Calliope, nec te tædas adiiſſe iugales

Pœni-

Pœniteat, vatis genitrix quæ diceris Orpheí,
Quantumuis reliquis virgo ſis addita Muſis.
Quid verò dignum referemus carmine, læto
Hoc veluti feſto, dignum quid & aure polita
Doctorum cætus quorum modò confluit ingens?
Si libet, ornata cum ſponſo ſponſa corona
Dum ſacra templa petit, dum fœdera numine fiunt
Teſte, ligent firmo duo quæ iunctiſſima nexu
Pectora, quem nemo niſi mors exoluerit olim:
Sacrorum nemorum per amœna vireta vagando
Carmine coniugii laudes celebremus ouantes,
Coniugii reſonent laudes fora, compita, templa.
Et nunc æra tubæque ſonant, caua buccina cantu
Signa dat, vt diuûm, ceu conſuetudo requirit
Chriſtiadum, iunctis animis tendatur ad ædem,
Cœleſtique patri quæ debita vota ferantur.
En vt procedit geſtus grauitate decenti
Sponſus, vt in ſeſe conuertit & ora tuentum.
Præuia fert pietas greſſus, quæ ſindone pura
Circumcincta oculos ad cœli lumina tollit,
Cui comes it virtus natiua ſplendida forma,
Et ſpecioſus honos auratis fulgidus alis.
Poſt ſponſum ſequitur præſtantum turba virorum,
Aut grauium tractant qui magna negotia rerum
Doctrinæ donis celebres & honoribus amplis,
Aut quibus eſt vrbis rerum commiſſa poteſtas,
Aut alia proſunt humanis vſibus arte,
His intermixti viridis quibus integer æui
Sanguis ineſt alacres iuuenes veſtigia torquent.
Nec longo ſequitur ſpacio nitidiſſima ſponſa,
Dilectum tacito ſuſpirans pectore ſponſum.
Hanc præeunt lepido Lipſenſes agmine Nymphæ,
Quas ſemel haud vidiſſe ſat eſt, iuuat vſque tueri.
Hinc matronarum ſe fert pulcerrimus ordo,
Nexilibus rutilans gemmis & diuite cultu.

Quid

Quid multis opus eſt Encomia condere verbis
Coniugii, cum res, vt cernis, id euehat ipſa?
Hic nunquam cœtus ſpectandus honore fuiſſet,
Ni quos maiores ſeclis habuêre vetuſtis
Connubialis Hymen geminos iunxiſſet amantes.
Ergo quod incedunt dignæ tot amore puellæ,
Vnde Cupido faces teneras accendere geſtit:
Quod iuuenumq́, ſenumq́;, cohors ſubit ordine longo,
Affines quod ſe blando tot & ore ſalutant:
Coniugium omne tuum eſt. Hominum tu pectora iūgis,
Tu genus humanum ſeruas: Eccleſia per te
Creſcit, & innumeras ſeſe diffundit in oras.
Per te ſtant muris cinctæ ſublimibus vrbes,
Per te iuſq́;, piumq́; viget. viget omnis honeſtas,
Et tenero veluti quæ creſcunt germine plantas
Non longo multam producit tempore prolem,
Quæ poſt firmatis vbi facta eſt auctior annis,
Magnanimis patriam cataphracta tuetur in armis.
Quid? Si coniugium tam maxima commoda præſtat,
Quin iacis, vt liuor ſtimulat, conuicia in illos,
Qui ſunt expertes thalami tædæq́; iugalis?
Non ah non animo tam dura ſuperbia ſurgat,
Vt nullo quiuis tales diſcrimine damnet.
Quiſq; ſuam ferimus ſortem, non omnia dantur
Omnibus, haud dubium eſt fieri connubia fato.
Viuant coniugii quos ſancti vincula nectunt,
Viuant, lætenturque, ſit illis copia rerum,
Attingant longam numeroſa prole ſenectam,
Sit ſuus at locus his quibus hæc ſors forte negauit.
Quis ſcit an & poſſint illis contingere nuptæ?
Nil homini deſperandum dum vita ſuperſit.
Sed ſatis eſt: ſubeunt nunc aurea templa, ſequamur,
Concipiet pro coniugibus pia vota Sacerdos,
Et verbo præeunte Dei, duo corpora vt vnum
Conſenſu pectus fiant coniunget ad aram.

Digitized by Google

Quis ſonus eſt adeò ſuauis, qui fertur ad aures,
Quæ diuerſarum reſonant modulamina vocum?
Muſica per totam pſallens diffunditur ædem.
Muſica nata Deum maieſtatemq́; verendam
Concentu celebrare pio, numeriſq́; ſonoris,
Et mulcendi hominum grata dulcedine mentes.
Lætitiæ ſpecies hæc qualiſcunq; videtur
Illius, in vita qua poſt hæc ſecula mundi,
Æterna cœli hæredes ſine fine fruentur.
In qua perpetuò choreæ cantuſq́; ſonabunt,
Percipient mentes & gaudia tanta beatæ,
Quanta nec in terris oculis mortalibus vnquam
Conſpexit quiſquam, miranda nec auribus hauſit,
Intima nec taciti ſenſerunt viſcera cordis.
Nunc ô attentis animis audite fauentes.
En ſacro prodit tectus velamine Myſtes,
Et ſponſos vocat: hi ſiſtunt ſe leniter aræ,
Coniugii & dextris iunctis in fœdera iurant,
Poſt ſacra cognoſcunt diuini oracula verbi.
O' quæ conceptis pandit myſteria verbis
Ore ſacro, totis animis figenda, ſacerdos.
Nam canit vt facti poſt prima exordia mundi,
Ille ſator rerum liquidi fabricator Olympi,
Finxerit è limo primæui corpus Adami,
Inſpirans ipſi diuinæ particulam auræ,
Et dederit; rectæ compos rationis vt ipſam
In terram imperium atq; animantia cuncta teneret.
Vtq́; reclinati terra ſomnoq́; ſepulti,
Illius coſtam membris exemerit vnam,
Indeq́ formoſo conſtruxerit ore puellam,
Quæ foret adiutrix homini, quem viuere ſolum
In terris haud expediat, genus vtq́; duobus
Coniunctis hominum poſt primum creſceret ortum.
Ipſe quidem ſomno ſic membra iacebat Adamus
Oppreſſus, rerum cura ſecurus ab omni.

Forſan

Forſan & oblatæ ſpecies formoſa puellæ
Per ſomnum mulſit ſtertentis imagine mentem.
Idcirco excuſſo tandem per membra ſopore
Euigilans, voluit requie ſibi ſomnia viſa
Dicere: quæ voluit ſibi dicere ſomnia viſa,
Conſpicit ante ſuos oculos aſtare venuſtam,
Et reſpiendentem clara ceu luce puellam.
Nec mora diuino repletus numine fatur:
Hæc de carne mea caro & os ex oſſe virago eſt.
Qui quæſo potuit demi de corpore noſtro?
Eſt opus, ô agnoſco, tuum, pater optime rerum,
Hanc mihi conſortem voluiſti condere vitæ,
Quæ coniuncta mihi pars altera corporis eſſet,
Qua ſocia mihi ſit vitæ iucundior vſus.
Nunc, nec ego dubito, patrem matremq; relinquens,
Vxoriq; ſuæ vir adhærens, illa marito,
Vna caro duo erunt, & erit mens vna duobus.
Tunc viſa eſt primum ſpecioſo corpore virgo,
Fœmineus terris & ſexus prodiit, in quo
Mirifica luſit diuinus conditor arte,
Præclara qui res forma præcellit & omnes.
Hinc amor eſt ortus, torrens ardore medullas
Occulto, vt, ſitiunt velut arida prata liquorem,
Sic iuuenis teneræ capiatur amore puellæ,
Et contrà iuuenis capiatur amore puella,
Ipſaq; cura ſui ſit dimidiumq; mariti.
Et iam ſpirituum comitatus cœtibus, aurea
Veſte micans aderat ſupera Deus almus ab arce
Pronubus, & vultu clemens ſpectandus amico,
Iungendo dextram dextræ Euam tradit Adamo:
Reſtituo En, inquit, coſtam tibi rurſus ademtam,
Creſcite multiplici repleteq; ſemine terram,
Cuncta poteſtatis ſint veſtræ, quæ vaga tellus,
Quæ mare, quam latè patet, & quæ mobilis aër
Continet, imperio ſint omnia ſubdita veſtro,

Præſto adero vobis,tutos præſtabo maritos,
Eſte boni,& ſeræ nomen tranſcribite famæ.
Dixerat:Angelicæ denſo mox agmine turbæ
Cum cantu cinxêre polum,cantuſq; dedere,
Per tractus latè reſonantes aëris altos:
Salue coniugium,vita ô ſanctiſſima ſalue,
Quæ modo cum mundi primo ſimul incipis ortu.
Sit tibi propitium cœli de vertice numen,
Et te perpetua reddat bonitate beatam.
Nunc ô nunc ſurgent humana ſtirpe nepotes
Innumeri,quorum iam terra creata regatur
Legibus,omnipotens Deus & quibus agnitus,vnà
Nobiſcum æternum celebretur laude per æuum.
Et quos transacto conceſſæ tempore vitæ,
Hæredes ſupera nos excipiemus in aula.
Lætetur tellus,lætentur ſidera cœli,
Coniugiiq; nouos homini gratentur honores.
Deſierat chorus angelicus,plauſuſq; ſecutus
Ingens,arriſit votis Paradiſus,& ipſi
Arborei viſi motare cacumina rami.
Accipit,& blandis EVAM complectitur vlnis
Munere iam tanto diuûm cumulatus ADAMVS,
Seq; iterum præ lætitia putat eſſe renatum.
O' quoties dum per ſtellantem floribus hortum
Fert greſſus,pictas dum contemplatur & herbas,
Ora retorquet,vbi dilecta ſit EVA requirens,
Omnis in vna EVA ſtat cura parentis ADAMI.
Interdum vertens ad cœli lumina vultus,
En,ait,vt radiis loca qui ſol omnia luſtrat,
Viuificum rebus quas profert terra calorem
Infundit,blandeq; fouet naſcentia,contra
Humeros vegetos argentea luna miniſtrat.
Sic vbi ſe ſociant calor & penetrabilis humor,
Omnia proueniunt toto & generantur in orbe.
Coniugii hæc noſtri tibi nunquid imago videtur?

Quin herbas videas aliquas concreſcere lento
Amplexu, videas lepidos animalia luſus
Exercere, velut ſit & illis mutuus ardor.
Floribus en hederæ vt procera aſtringitur ilex,
En vt odorata reſidentis fronde columbæ
Eſt parili niueus deuinctus amore columbus,
Turtur amans roſtris vt iunctis turture gaudet?
His ſe. peccato dum liber Adamus ab omni
Circumit halanti delectat floribus horto,
Nec roſea ſentit ſeſe cum coniuge nudum,
 Atq. vtinam nunquam maleſuadi fraude Draconis
Deceptus, vetitos guſtaſſet ab arbore fœtus,
Manſiſſet dictis, ſeruaſſet fœdera pacta:
O quam coniugii tum felix vita fuiſſet.
Gramineo curis expers omniſq; doloris
Ceſpite cum cara ſocia ſua membra reclinans
Innocua vitam ſuperis pietate probaſſet,
Mente Creatoris ſecum miracla reuoluens,
Ignota donec nobis ratione modoq;
Eſſet cœleſtem viuus translatus in aulam.
Nunc poſtquam eſt altis donis exutus Adamus,
Diuinæ lucis ſacros amiſimus hauſtus.
Et mentes noſtras denſæ obſedêre tenebræ.
Libera quæ fuerat, nunc eſt ſubiecta marito
Fœmina, nec fandos partus ſentire dolores
Cogitur, hinc victus miſeros grauis vrget egeſtas,
Hinc dolor, hinc ſæui populantur corpora morbi.
Præpete non ludunt volucres tot in aëre penna,
Quot mala, quot caſus miſeros vrgentq; premuntq;.
Siue die ſurgit tenebris aurora fugatis,
Seu terras alis nox ſera inuoluere fuſcis
Incipit, exercent hominem ſine fine labores,
Nec membris vllam patiuntur ineſſe quietem,
Vſq; adeò vt feſſo ſudor de corpore manet.
Inde qu id Exhauſtos poſt tot tantoſq labores,

Mors ferit incautum telis,& lumina preſſat
Victa reluctanti,ſic conditus ille ſepulcro
In fragilem redit,vnde fuit,cinis vmbraq; terram.
Sed bene habet:fidos ſpes hæc haud vana maritos
Solatur,vitam ſeſe quod viuere norunt,
Quæ ſit grata Deo,cuius ſit is vnicus autor.
Is vult ad lætus eſſe piis,is plurima præſtat
Commoda,difficili dulces & miſcet amores
Fortunæ,magnaq; facit quo mente feratur
Quidquid ineſt oneris vitæ aduerſiq; iugali.
In cunctis mens æqua malis ſit:ſola leuabit
Omnia(ſit durum quamuis)patientia victrix.
Dum ſto,diuinis & totus inhæreo dictis,
Perfectis Myſtes ſacris diſcedit ab ara,
Et qui deducunt longo velut agmine ſponſum,
Vultu candidiore parant excedere templo,
Non obſcura intus pertentant gaudia pectus.
Sic igitur,tota quòd lætor mente,maritum
MATTHIAM video,video,iubeoq; ſecundum
Et felix hoc coniugium fauſtumq; venire,
Cui non aduerſæ tempeſtas ingruat vlla
Fortunæ,iuxta vigeat ſed vota beatum.
Felicem, quem caſta Dei reuerentia tangit,
Illius inq; timore pio qui iuſſa faceſſit,
Quiſquis es,officio vigili dum fungere dextra,
Conaris promto victumq; parare labore,
Te cœlo Domini benedictio larga ſequetur.
Fertilis vt ſurgit generoſo palmite vitis,
Et dulci profert imbutos nectare botros,
Sic tua cara domus quæ limina ſedula luſtrat,
Innumera coniux te commoditate beabit.
Qualis & eſt teneras producens termes oliuas,
Talis erit ſobolis numeroſa caterua, coronæ
Inſtructas inſtar circundans ordine menſas.
Scilicet iſta virum comitantur præmia,cordi

Cui

Cui domini timor eſt, iuſtos quiq; exigit annos.
In te cœleſti pater almus depluet arce,
Quæ deſiderio mentis bona cunq; requires,
Cum Solymis cernes patriamq; domumq; beatam,
Cernes & dulces cum laude vigere nepotes,
Atq; frui ciues optatæ tempore pacis.
Quis demens opibus fidos vxoris amores
Præferat, & gratam nimium ſpem prolis amatæ?
Eſt conſtantis amicitiæ, fideiq; probatæ
Coniugium Exemplar, durantis tempore quouis.
Nil animis hominum vel in vna incertius hora eſt,
Nil mutabilius. Tibi iam blanditur amicus
Omnia, poſt idem paulò capitaliter odit.
Non tam ſe variat quæ ſummo culmine tecti
Aduerſos contra ventos eſt fixa coronis,
Quam ſe hominum paucis momentis pectora mutant.
At ſincerus amor neq; fallere ſueta voluntas,
Nec non fortuna fidus conſenſus in omni,
Coniugibus conſtans eſt toto tempore vitæ.
Quod faciunt, quod ſuſcipiunt, quæ mente reuoluunt,
Auribus alter id alterius fideiq; reuelat.
Quas ſibi fortunas vigili peperêre labore,
His ſine diſſidio communi ſorte fruuntur.
Communis ſoboles eſt communesq; penates.
Reſpondet votis quando fortuna, ſereno
Effulgens vultu, ſunt mutua gaudia. contra
Si tonat, & vitæ tempeſtas atrior inſtat:
Dura facultates ſi ſors negat, aut premit acer
Natorum tentans natarum aut corpora morbus,
In caro ſentit ſolatia certa marito
Vxor, in illius verbis & voce quieſcit,
Qui certam nouit curis adhibere medelam.
Quid multum triſti iuuat indulgere dolori,
Inquit is, haud fiunt ſine numine talia diuûm,
Auerti precibus quæ caſtis omnia poſſunt.

Sit nobis ſpes fixa Deo,dabit ille ſalutem,
Turbine concuſſæ portum dabit ille carinæ,
Tranquillis ſæuas auris mutando procellas.
Is noſter pater eſt,nos curat,amatq;,putetur
Quantumuis triſtes nobis oſtendere vultus.
Cernis vt aëria volucres regione ferantur,
Quæ nec arant,frugum neq; meſſe inſtante laborant,
Ecquis eas alit? En vt ſurgant lilia campis,
Quantus ineſt fragili flori decor atq; venuſtas?
Et dubitamus adhuc cœleſti fidere patri?
Ac quid ſollicitat te vis ita languida morbi
Membra perurentis natorum: Credere vitam
Qui voluit Deus,idem,vbi vult,molimine nullo
In medio ſeruare poteſt diſcrimine mortis
Sin placeat ſobolem complexu auellere noſtro,
Cui poteris quæſo melius quam reddere cœlo?
Solue metus. & quæ te mordicat vlcere,curam
Abiice,cras forſan melior fortuna ſequetur.
Non fuit vllius tam vita beata per orbem,
Cui non attulerint diuerſos aſpera caſus
Fata,breuis nobis vitæ conceditur vſus,
Ærumnæ nequeunt hiemes durare per omnes.
Quod pietas iubet,extollamus ad æthera vultus,
Auxiliumq; Dei contenta voce petamus.
Poſt tempeſtates auram dabit ille ſerenam,
Sic & vbi curis turbari pectora ſentit
Vxor,ſolatur verbis animoſa maritum:
Anxius es,nec ego fallor,cariſſime coniux,
Nec quamuis hoc diſſimules,celare valebis,
Quid te ſollicitat,quæ mentem cura fatigat?
Si non,vt cuperes,ſuccedunt omnia,quid tum?
Cuncta quibus ſucceſſerunt mortalibus vnquam?
Sis animo præſente vir,atq; remitte dolores,
Quos alimus ſæpe in caſſum,cùm pectora rodant
Crudeli morſu,membris adimantq; quietem.

In Dominum curas animiq; repone dolores,
Ille leuare poteſt preſſos,& ferre ſalutem.
In nos multa Deus diuini & plena fauoris
Contulit,vt nunquam grati ſatis eſſe queamus,
Exiguo cur non ipſi parere velimus
Tempore dum tenui veluti nos vulnere ſtringit,
In melius donec ſe ſors incommoda vertat?
Aſpice filiolos vt te per tecta frequentes
Circumeunt,blandaq; vocant te voce parentem,
Hoſne Deo curæ pulcellos eſſe negabis?
Nos quoq (num dubitare potes?) ſeruabit,vt illos
Eſt ſeruaturus,cœli quibus annuit arcem.
Hac vice ſermonum cedit dolor omnis,& omnis
Fit leuior labor,ipſaq; cura repreſſa reſidit.
Ad ſolitas redit ille operas bonus,atq; labore
Abſoluit quæ propoſuit ſibi penſa diurno:
Hæc,curas ſibi gnara domus incumbere,victu
Inuigilat,famulis mandata dat,apparat eſcas,
Balbam doctrina linguam precibuſq; figurat
Dilectæ ſobolis,peragrat loca cuncta penatum,
Ne quid omittatur,ſed vt omnia ritè gerantur:
Non ſecus ac ſaltus apis & vaga prata pererrans
Purpureos flores metit,& fragrantia fingit
Mella,memorq; hyemis duræ,prudenſq; futuri,
In ſecreta domus æſtate parata reponit.
Ægra viri quandò tentantur corpora morbo,
Aſſidet,& fomenta parat,medicoq; vocato,
Reddat Eum natis,orat,cariſq; propinquis.
O quoties altè ſuſpiria pectore ducit,
Defluit ex oculis quoties vberrimus humor!
Quin imis poſſet ſi corda recludere fibris,
Hoc faceret perpromta,mederetur& marito.
Commoda ſunt huius ſatis hæc ingentia vitæ,
Quæ quis non magni verbis faciendo celebret?
Dum loquor,ornatis ſucceditur ædibus,& iam

Vrgetur longis reſidere ſedilibus hoſpes,
Implentur dapibus menſæ, ſtat Bacchus in auro,
Adſis ô purum viuo qui è fonte liquorem
Vertiſti in vinum mundi Saluator IESV,
Quà tenuis crebra ſe tollit arundine CANA,
Adſis ô, præſenſq; tuis benedicito donis:
Te ſapiant eſcæ poſitæ, te pocula IESV,
Te ſine non membris, vires alimenta miniſtrant,
Nectareo fruſtra funduntur pocula vino?
Quid? quem nec vaſti capit ingens machina mundi,
Qui Deus ante fuit ſpacioſi exordia mundi,
Iſne tori ſociis hoſpes ſub paupere tecto
Affuit? is vero conuiuas affuit inter,
Nec tenues epulas eſt aſpernatus egentum.
Quin & inaudito tunc ambos munere ſponſos
Affecit, quo tum maius non viderat orbis.
Et quid id eſt, adeo mirum? Sponſalia CHRISTVS
Ipſe celebrabit, finem cum mundus habebit,
Ingentiq; ruent labefacta Elementa fragore.
Tunc etenim ſancto decorata Eccleſia amictu,
Tota micans auro puro gemmiſq; coruſcans,
Sponſa adducetur Sponſo pulcerrima CHRISTO,
Sponſa beata, carens næuis, rugaq; ſenili,
Viuaq; de cuius ſe gratia corpore fundet,
Cum Sponſo æternum ſic & regnabit in æuum.
O' qui complexus, & erunt quæ gaudia, rurſus!
Tunc vbi conuenient vxor caruſq; maritus,
Et quos in terris olim vis mortis ademit,
Filiolis cœli reddentur in arce parentes,
Inq; animis rurſus nouus inſtaurabitur ardor,
Quem non extinguet longi vis temporis vnquam.
Quis non coniugio tribuat præconia, Chriſtus
Cum ſit coniugii clauſurus fœdere mundum?
Concaluêre animi, voceſq; per atria paſſim
Ampla volutantur, feriunt laquearia plauſus

Potan-

Potantum, & quæuis ſponſis optata precantum.
Nos quoq; quis curas animis laxare vetabit,
Diſcutere atq; mero turbantia nubila mentem?
Non vult ſollicitis mentes mœroribus angi,
Qui noſtri generis Deus eſt & fictor & autor,
Triſtitias odit tetrici vultuſq; Catonis,
Quæ ſunt læta probat, lætis lætatur adeſſe,
Mœror ad Æthiopas abeat Scythicaſq; pruinas,
Nos hilari, quia fas, moueamus gaudia fronte,
Et benefactoris celebremus dona parentis,
In noſtros tot res qui clemens condidit vſus.
Tolle manu pateram, quæ proxima, quiſquis es, hoſpes,
Spumantemq; mero cupidis educito labris,
Et tacitè ſponſis felicia fata precator.
Ipſe parens fidei cœlo dilectus ABRAHAM,
Dicitur inſtruxiſſe piis conuiuia lauta
Cœtibus, inq; Deo lætatus pectore toto.
En animos acuit ſuperûm quoq; Muſica donum,
Suauibus alliciens numeris ad gaudia ſenſus,
Muſica permulcens imos in corde receſſus,
Naturæ à ſolitis operis recreatio feſſæ eſt,
Mitigat affectus concinno Muſica cantu,
Compoſitoſq; magis facit elucеſcere mores.
Viuat Iò ſponſus MATTHIAS, viuat, & illa
Gaudia quæ ſentit longinquis ſentiat annis.
Nox ruit, & tacito ſerpunt dum ſidera lapſu,
Se rutilans miti leo cum Ioue tollit in ortu:
At ſummo dudum cœli de vertice labens
Incipit ire polo decliuior aurea Phœbe,
Oceano paulò ſe pòſt merſura profundo.
Fallor? an adducunt ad læta cubilia ſponſam,
Complexu & iungunt cari lateriq; mariti.
Non ego nunc opto Veneris (quæ fabula) ceſtum,
Ceſtus amor Veneris verus, qui corde profectus
Sincero vires omnes aſſumit in annos,

Non ortus caſu cœcove Cupidinis aſtro,
Sed ſupero fibris infuſus ab æthere cordi‘,
Vt flagret hoc velut Igne vxoris amore maritus,
Vxor & hoc viuo flagret vt velut igne marito:
Talis & hos ſponſos liget ardor & intima iungat
Pectora, quæ vecors dirimat diſcordia nunquam.
Tobiæ ſanctis qui tædis Angelus olim
Auxiliis præſtò fuit,& mala cuncta fugando
Præſtitit incolumes ſponſos: virtute potenti
Is præſens etiam ſponſis dignetur adeſſe,
Et bona concilians, mala trans mare cuncta releget.
Hæc ego dum ritus & ſacra dicata frequento
Coniugio, ſponſis & vitam gratulor iſtam,
Haud accurato feſtinus carmine fudi,
Quæ tibi (nil alios moror) opto ſponſe probentur.
Viue diu cara cum coſta, viue beatus,
Arbitrio tibi dextra tuo fortuna feratur.

Iohanni Leonharti F. Badehorno Iuriconſ. & Eliſabethæ Peiffera.

HAnc etiam lucem ſpectacula læta ferentem,
Omnibus ſuperi iubeant decurrere fauſtis,
Qua vir præclaro maiorum ſtemmate natus,
Præuertenſq; annos virtutum laude Badornus,
Cum Nympha ſtirpis generoſæ, & Iaſpide Eoa
Nobiliore, ſacræ penetralia tendit ad ædis
Teſte Deo, ſocii iuncturus fœdera lecti,
Magnarum ſtipante manu, quos omnis euntes
Proſequitur votis plebs, ardeſcitq; tuendo,
Magnificos mirata viros, cultuſq; decoros.
Quos inter vultu mixta grauitate ſereno,
Iuris apex, virtutum exemplar, gloria terræ
Miſniacæ fama peregrinas note per oras
Incedis PEIFFERE, Ducum fidiſſima cura
Magnorum, patrem quem ſponſa venuſta ſalutat,

Et præcedenti decus addis nobile pompæ.
Vt vero reliquos inter micat Heſperus ignes
Clarior & radiis diffuſis aëra luſtrat:
Torquatos inter magnates, ore decoro
Corporis, Heroaq; valens grauitate. per vrbem
Sic in ſe vertit ſpectantum lumina ſponſus,
Hærent obtutu qui fixi ſemper eodem.
Externa ſpecie quæ ſunt, oculoſq; morantur,
Admirans vulgus, potius nihil æſtimat illis.
Nos maiora iuuant: virtutis ſplendor auitæ
In ſponſo, integritas, præclara ſcientia iuris,
Cum placida morum grauitate, peritia rerum,
Diuerſis vario terris quæſita labore,
Propoſitum recti firmum, conſtanſq; voluntas,
Quaſq; alias culto condit ſub pectore dotes,
Quæ ſummis ipſum, iam tum iuuenilibus annis
Principibus, magnarum in agendo negotia rerum,
Commendant, amplo procerum miſcentq; ſenatu.
Felices terras noſtras, & tempora fati
Lege, viris quibus eſt conceſſum talibus vti.
His patriæ patre magnanimo cum principe ſaluis,
Res etiam noſtras ducemus & omnia ſalua
Tu quoq; pars eſſes ſpecioſi maxima cœtus,
Ample Badorne pater priſco æquiparande Metello,
Canitiem ſeu quis venerandam, acremq; ſenectam,
Vix è mille vni conceſſam munere diuûm,
Seu vitam plenam grauitatis & ora diſerta
Verba inſtar liquidi mellis fundentia, ſiue
Cum natis ſpectet natas, turbamq; nepotum,
Quem quoq;, nec dubito, veniens mirabitur ætas,
Atque tuum nomen ſublimia tollet in aſtra:
Sed tenet inualidos morbus diuturnior artus,
Nec patitur fixis veſtigia figere plantis.
Quod potes, ornatis deſpectans ædibus, optas
Fauſta tuo gnato, præfers & gaudia vultu.

At quid

At quid in hac feſta facimus nos vilia luce
Corpora, dum iuuenum plauſus, mixtæque choreis
Exultant clamore tubæ, & longa atria rident?
Quod licet, exiguo gratando carmine ſponſis,
Ducimus ad noua non inuitas gaudia Muſas,
Quas hodie rutilum cum Cynthius altior orbem
Proferret terris, memini ſic ore locutas.
Orta ſit auſpiciis lux hæc felicibus opto,
Qua datur in thalamum claro noua nupta Badorno,
Dotibus egregiis virtutum prædita virgo,
Virgo puellarum decus, ingens cura parentum.
Iunior Aonidum ſponſus cum noſtra ſecutus
Caſtra ſit, & faueat propenſo pectore doctis,
Vir tantus quid ni Muſis redametur ab iiſdem
Tantorumque die ipſius celebretur honorum,
Cui Deus, aſtra, homines & cuncta fauere videntur.
Namque oculos referens ad magni lumina mundi,
Aſpice quam dextro procedant ordine ſtellæ,
Quæ motu variante plagis errare feruntur
Ætheriis: Omnes ſimul in ſupero axe morantur,
Nec vult vlla imo mergi ſub gurgite, donec
Agmine ſpectarint iuncto inceptos hymenæos.
Blanda Venus curæ cui ſunt connubia, ſedem
Ante alias celſa ſibi legit in arce ſupremam,
Deſuper & ſpectat radiis felicibus orbem.
Cœleſtis ſequitur quam Cancellarius aulæ,
Pinnatas geſtans plantas Cylennia proles,
Hinc duce Gradiuo Phœbus ſtipatus, in armis
Haud ira ardenti, qua fundit Aquarius vrnas,
Conſpicitur rex ipſe throno ſublimis in alto.
Pone legunt cuius lento veſtigia paſſu,
Falcifer ille ſenex, & amico Iuppiter ore,
Primates regni, quos rex, ſi credimus idem:
Fulgentem radiis frontem vallatus acutis,
Conſiliis adhibere, vbi poſcunt tempora, ſueuit.

Sede

Sede locata illa, caſtis quæ addicta maritis,
Et iam ſub terras ſpatio ceſſura diurno
LVNA, valedicit ſponſis, bona cuncta precata;
Ad ſuperas reditura plagas, vbi luce peracta
Optatos terris ſomnos nox humida ſparget,
Caſtaque iungetur dilecto nupta marito.
Coniuraſſe pias ad tædas ſidera dicas,
Vt VITO vitæ ſint tempora læta, ſuaque
Innumeros felix cum coniuge floreat annos.

Bartholdo Kichlero Iuriſconſ. & Margaritha Heiria.

SIc nobis docta quos Lipſia nutrit in vmbra,
Inuidet vrbs ſecum retinens Roſtochia magno
Kichlerum ingenio, & doctrinæ laude celebrem,
Tamque bono grandi Miſnenſia rura carebunt?
At non hoc caris olim ſpondebat amicis
Kichlerus noſtra iam diſceſſurus ab vrbe,
Sed fore dicebat paucis vt euntibus annis
Compleret cœptos cum laude reuerſus honores.
Hæcne fides promiſſa, redit ſic ſidere dextro
Kichlerus, cœptos completque reuerſus honores?
Sed bene habet, ſat amicitiæ fideique ſolutum,
Maior ibi velis ſeſe fortuna ſecundis
Explicat, oſtentans Kichlero proſpera quæuis.
Virgo decens illic & magno nata parente
Eſt illius in amplexus ventura petitos,
Eſt exoptatæ ſed & is ſub tempore tædæ
Doctoris felix altos aditurus honores.
Hanc tibi fortunam gratamur, amice, lubentes,
Certatimque tibi felicia cuncta precamur.
Viue diu, de te tibi patria Saxona tellus,
Atque viris florens ſe Megalburgica iactet.
Viue, torique diu dulci conſorte fruaris,
Quæ fœcunda beet multa te prole parentem.

Viue

Viue memor noſtri quoq; : ſic quæcunq; requires,
Euentus habeant felici fine ſecundos.

Chriſtophoro Meurero & Catharinæ Löſerę.

SIderei curſus quæ contemplaris Olympi
VRANIE, ſtudio metiris & aſtra ſagaci,
Muſa faue modò MEVRERO florente iuuenta
Integer, & toto cui gratia corpore ſpirat,
FRIBERGÆ ſponſus comitatu mœnia digno
Dum petit,amplexus vbi Nympha venuſta,parente
Conſule nata,viro ſummis virtutibus amplo,
Illius expectans flagranti carpitur igni,
Et fido carum ſuſpirat pectore Sponſum.
Tu quando magno puer auras ætheris hauſit
MEVRERO genitore ſatus (celeberrima cuius
Fama viri medica partumq; peribit ab arte
Nomen, vbi propria cœli ſtatione relicta
Parrhaſides liquido ſe tingent æquore ſtellæ)
Spondebas quæuis aſtrorum proſpera motu.
Et fore dicebas inſigni vt clarus honore,
Ingenioq; & doctrina cultiſſimus olim
Laudatam ſeros famam proferret in annos.
Quin etiam firmata virum feciſſet vbi ætas,
Ducturum forma ſponſum præſtante puellam,
Quæ vitam placidè dulci deuincta marito
Exigeret,faceretq; venuſta prôle parentem.
Nec verò tacito circumlabentia cœlo
Aſtra fefellerunt, titulis ornatus honorum
MEVRERVS doctis cœlo caput artibus effert.
Et iam Phœbæis herbis altaq; Matheſi
Excellens, ſponſum vultu ſe iactat amœno.
Ergo,quod intrat iter MEVRERVS, cedere felix
Muſa iube, ac ſponſus Fribergia quando ſubibit
Templa nouus, tædas ſine fauſtas ire iugales,

Auſpiciis

Auſpiciis cœptas lætis, votiſq; ſecundis.
Hæc ego: mox cœli ſpeculata volubilis orbes
VRANIE: nitidus gyro viden' (inquit) vt æther
Concinno, lepidoq; choro reliqua aſtra ferantur?
Oceanum ſupra ſunt omnes ordine ſtellæ
Errantes, quibus eſſe ſolent connubia curæ,
Et fauſto terras ſubiectas lumine ſpectant.
Efferus at Mauors flamma ſplendente rubeſcens
Occiduum Geminis intrat comitantibus æquor,
Iamdudum Saturnus vbi latet abditus, ignes,
Quos rentur thalamis minus eſſe iugalibus æquos.
Verùm non equidem cœli tam ſidera ſpecto,
Danda nouis quando ſunt vota ſecunda maritis,
Quàm ſummum ſpecto cœli terræq; parentem
Qui rerum Dominus celſiſq; potentior aſtris
Æternis regit imperiis, quæcunq; mouentur.
In terris, quæcunq; ingens complectitur æther.
Ille DEVS, caſtis qui præſes adeſſe maritis,
Auxilioq; ſolet tutos præſtare parato,
Sanctio coniugii quos intemerata recepit,
Et prohibet, ne quid ſocialia fœdera turbet:
Ille toro MEVRERE tuo quoq; pronubus adſit,
Et te propitio cum pulcra numine coſta
Reſpiciens, clemens tibi ſuggerat omnia vitæ
Commoda, dilectaq; beet te prole parentem.
Hæc tibi, Sponſe, precor. ſunt hæc mea vota, profecta
Ex animo, tibi quæ ſint opto grata, fideli.

Georgio Wintero Iuriſconſ. & Catharinæ Clausbruchiæ.

QVi ſtudio indagare ſolent miracula rerum
Abdita, quas terris natura vel æquore profert,
Eſſe maritatas, quaſdam quoq; dicere gemmas
Non dubitant, quas arcano vis indita nexu
Copulet, vt nequeas à ſe diuellere iunctas,

Quin ſimul intereat communiter inſita virtus.
Quem non delectet naturæ hic luſus amicus,
Quod ſit & in ſenſu monſtrans expertibus ardor
Mutuus, & mira vis qua ratione ligentur?
Forſan & exemplum voluit proponere caſti
Coniugii, quod ſint aliqui ſacra fœdera lecti
Qui iungunt, ſimiles puris in pectore gemmis.
Gemmeus eſt propter doctrinæ nobile donum
VVinterus, quem iura Themis docuiſſe videtur
Ipſa, petit virtus & cuius ſidera cœli.
Ducitur auſpiciis huic fauſtis gemmea virgo,
Virgo puellarum decus, alto nata parente,
Cui Charites formam moreſque dedêre venuſtos.
Ergo quos antehac affectio mutua iunxit,
Nunc ambos Deus vnanimi conſtringit amore.
Idem perficiat ſancto quod numine cœpit,
Sit diuturnus amor, ſint intemerata maritis
Gaudia, ſit ſublimis honor, ſit copia rerum,
Optata ducant vitam cum prole beatam.

Iohanni Neldelio, & Annæ Lepzelteræ.

NEldelio Phœbus ſponſo Muſæque fauete,
Et date Parnaſſi claros de vertice plauſus:
Neldelii Charites ſponſæ Venereſque fauete,
Promite candidulo fauſtas & pectore voces,
Cingite multicolore comas vtriuſque corona,
Indice multiplicis doctrinæ, laudis & amplæ.
Et quis honore magis dignus, dignuſque fauore
Neldelio? ſponſa quæ carmine dignior ANNA?
Artibus ingenium doctis formauit Apollo
Neldelio, Pallas mores adiunxit honeſtos:
Quicquid habet Latium doctrinæ, quicquid & ingens
Græcia, Neldelius fœcundo pectore condit.
Chryſolitus tereti radians ceu fulget in auro,

Sic cum

Sic cum doctrina nitor eloquii, altaq́ue rerum
Cognitio ſeſe pleno cum lumine fundunt.
Sponſa pii generis prognata è ſtirpe parentum,
Caſta quibus verè laudari virgo meretur,
Omnibus excellit virtutum dotibus ANNA.
Atque vtinam heu nimium properè quem fata tulerunt
Viuus adhuc genitor iam Leptzelterus adeſſet.
Legitimos toties qui conciliarat amores,
Ad ſacras toties ſponſos qui duxerat aras,
Quanta lætitia mentis, quam fronte ſerena,
Hæc aſpectaret caræ ſponſalia natæ!
Interea patris quem ſponſis fata negarunt,
Te ſupplere decet partes clariſſime Doctor
Leptzeltere, decus patriæ, quem Phœbus Apollo
Herbarum docuit vires artemq́ue medendi,
Et quem nunc Medicum vicina Argelia iactat
Doctrinæ donis raræ famaq́ue celebrem.
Aſt ego quid claro mortalia lumina ſoli
Infero, non laudum præconia longa moratur
Neldelius, non Sponſa decens, fraterve Iacobus,
Vota placent magis, hæc gratantes pectore læto
Demus, & inceptas tædas celebremus ouantes.
Coniugii qui magne Deus ſacra fœdera curas,
Propitiuſq́ue piis gaudes pater eſſe maritis,
Et iunctos donis illos ingentibus ornas:
Deuincire nouos flamma digneris amoris
E cœlo ſponſos, qui vitæ tempore cònſtans
Duret, amabilior quaſuis & creſcat in horas.
Sit ſoboles formoſa breui, ſit & optima rerum
Commoditas, vitæ gratos nil deſit ad vſus,
Denique diuitiis, meritis & honoribus aucti
Cum fuerint, ſeram contingat vterque ſenectam.
Hæc ego dum voluo, diuina in vota vocando
Numina, mens fauſto mihi ſubiicit omine: Fiet.

Ioachimo Tanckio & Iuſtinæ Schreyvogelæ.

TANCKIVS eſt ſponſus, date ſerta, roſaſq; recentes
Spargite Pierides, & ſuaues edite cantus,
Quales in tædis CADMI ceciniſtis alumni,
HARmonia, vt fertur, cùm ſponſo tradita coniux.
TANCKIVS eſt totus veſter, vos carmine docto
Ornauit toties, & adhuc vos laudibus ornat,
Multiplicis donis doctrinæ inſignis & arte.
Tu tamen ante alias vultu gratare ſereno
VR[illegible]E, reliquas inter nitidiſſima Muſas.
Te duce ſidereos penetrat conatibus axes
TANCKIVS, & cœli nobis miracula pandit,
Qui labor eſt ingens, & digna laude vehendus.
Ad decus hoc amplæ doctrinæ clarius addit,
Pæonios miſcens ſuccos, artiq; medendi,
Quæ properata poteſt hominum producere fata
Intentus, Coive ſenis magnive Galeni
Euoluit libros, & ad altos tendit honores.
Hæc TANcki tibi IVSTInam peperêre puellam
Egregio quam patre ſatam, formaq; venuſta,
Mœnia clara tibi ſponſam Dreſdenſia mittunt,
In pace vt tecum felices exigat annos.
Fallor? an & pulcram ſpondebant ſidera ſponſam,
Vitales infans es quando natus in auras:
Nimirum Venus in propria ſublimior arce
Subiectas fauſto ſpectabat lumine terras.
Et iam dum templum petis illuſtri comitatu,
Cardinis occidui vecta intrat turture limen,
Quam quaſi ſacra tenent propriam connubia ſedem,
Fata nouis precor vt ſint feliciſſima ſponſis,
Affluat ambobus fortunæ quicquid vbiq; eſt
Ad votum, ſit firma fides, ſit mutuus ardor,
Augeſcens ſemper nullo qui deſinat æuo.

Sigiſmundo

Sigiſmundo Badehorno Iuriſconſ. & Chriſtinæ Ienitiæ.

MAiorum eſt magnum quiddam præcellere fama,
Ampla recenſere & ſtemmata poſſe patrum:
His vbi diuitiæ iungunt ſe,& ſplendor honorum,
A vita poſſit nunquid abeſſe boni?
Non hæc,non omni faciunt ex parte beatos,
Vulgus vt,iſta nimis ſuſpiciendo,putat.
Ingenium,præſtans doctrina, peritia rerum,
Et virtus quaſuis inclita vincit opes.
His homines donis inter quem fata bearunt,
Felicis merito nomen habere poteſt.
Nil ergo vlterius? ſupereſt ſuauiſſima coniux,
Qua ſine quid vita hæc commoditatis habet?
Hanc vino potius DARII regius aulæ
Eſſe quid, & potius Rege ſatelles ait.
Hæc bona contingunt clariſſime quando BADHORNE,
Fortunæ ſeu ſint, ſint animiue, tibi:
Hac quis luce tuo, quis non gratetur honori,
In vultu præ ſe lætitiamq; ferat?
Te tua commendat doctrina, ſcientia Iuris,
Rebus & in grauibus conſiliiſq; fides.
Dulcis honorato facundia profluit ore,
Neſcio quid geſtus & grauitatis habent.
Cætera prætereo, quæ cura potiſſima nunquam
Sunt tua, virtutis ſplendor honoſq; placet.
Nunc & habes ſponſam, quæ gemmas vincit & aurum,
Cum qua coniugii fœdera ſponſus inis.
Quam ſentis dum ſponſus inis hæc fœdera corde
Lætitiam, Chriſtus perpetuam eſſe velit.
Nunc ô nunc ſupero pater eſſet in orbe ſuperſtes,
Coniugii fautor quiq; patronus erat:
Clarus item ſponſæ genitor Ienitſchius, olim
Quem magni proceres & coluêre Duces:
Quanta putas animis ſentirent gaudia, felix

Ille ſui nati laudibus, hic genero?
Sed fruſtra votis optantur talia, poſtquam
Vrget perpetuus lumina preſſa ſopor.
Hoc faxint ſuperi: magnorum magna Virorum
Gloria, quam poterit nulla abolere dies.
Prole reuiuiſcat Veſtra, fœcunda futuris
Floreat & ſeclis, opto, BADHORNA domus.

In obitum Dn. Petri Buchneri, Conſulis Lipſenſis.

DVm paſſim luctus Philyræam flebilis vrbem
Conſulis in mœſto Buchneri funere turbat,
Et multi fundunt lugubri carmina queſtu,
Præcipites miſerando obitus, indignaque fata,
Virtuteſque viri celebrando laudibus amplas:
Méne ſilere decet, Muſis ad eaſque vocatis
Exequias, iuſtam non declarare dolorem?
Haud ita ſit: non me rigidis è cautibus ortum
Expertem ſenſus adeo natura creauit.
Humanos fas eſt mortales plangere caſus:
Quæ poſſunt vni, cuiuis contingere poſſunt.
Quin vbi nos mala ſorte premunt, circumfluus aër
Non raro nobis & triſtis congemit æther.
Cum læto nuper (memini) BVCHnerus obiret,
Ipſa poli facies, Phœbo ſub nube latente,
Squalidior ſolito mortalia corda mouebat.
Cur ita, dicebam, triſti ferrugine cœlum
Contegitur? nigræ quid cingunt æthera nubes?
Cur ſic aduerſo luctantur turbine venti,
Tamque repentinos tollunt ad ſidera flatus?
Luctus neſcio quis noſtræ portenditur vrbi.
Verus eram heu nimium vates, lux tertia ſurgit,
Fama volat: propera Buchnerum morte ſolutum.
Hoc igitur cœli nigror, hoc fera lucta notabat
Ventorum, inter ſe conuexa per alta furentum.

Nempe

Nempe velut liquido cum Titan clarior orbe
Illuſtrat radiis terras, animalia cuncta
Luxuriant, vultu plaudunt homineſque ſereno:
At verò nitidas vbi triſtior ille quadrigas
Occulit, & lucem retrahit mortalibus ægris,
Cuncta dolent, animis & abit quæcunque voluptas:
Si quando ſalua BVCHNERO vita manebat
Fortuna, felix hoc Conſule LIPSIA, cuius
Conſiliis, monitiſque antehac ſapientibus vtî
Conſuêrat, digno ſeſe tollebat honore.
Nunc poſtquam ceſſit ſuperis defunctus ab oris,
Mœror vbique ingens, vagus & tremor occupat vrbem.
Ordo patrum luget, luget plebs tota, nec vdo
Multorum ceſſant oculi tabeſcere fletu.
Ante alios gemitus crebra & ſuſpiria ducis,
Magne BADhorne ſenex, iuris clariſſima lampas,
Iuſticiæ & columem, cui tantus ſidere fauſto
Contigerat gener, & tibi vinclo iunxerat arcto
Quem Deus, & rebus conſenſus amicus in altis.
Quid tibi tunc animi, quis erat color oris, vt index
Tam ſubiti caſus rumor tibi perculit aures:
BVCHNERVM fatis expirauiſſe ſupremis?
Omnia (non dubito) ſtupuerunt membra tremore,
Canas perque genas lacrymæ cecidêre profuſæ,
Faſſus & es nihil expertum te triſtius vnquam.
Quid vos, ô iuris, dicam, duo lumina, fratres,
Quos fuit affines vero complexus amore
Conſul, & eſt veſtro toties gauiſus honore,
Quem rear hoc obitu vos accepiſſe dolorem?
Veſtræ non auſim fletus efferre ſororis,
Buchnero quæ iuncta fuit caſtiſſima coniux,
Excellens matrona fide, virtuteque præſtans.
Nec facilè eſt, animi tantos effingere luctus,
Quos vxor capit ob mortem turbata mariti.
Ante pedes nimio morientis vt ægra dolore

Stabat, inexpletum mœrens: Moriérene coniux,
Dicebat, mihi luce magis dilecte? relinques
Et me filiolamq; tuam tutoribus orbam?
O Parcæ nimis immites! ô ferrea fata!
Singultus vocem interclusit plura querentis,
Et largæ lacrimæ ſunt tota per ora ſecutæ.
Filia præ luctu fuſis incomta capillis,
Care mane pater, exclamat, ne deſere natam,
Si moreris, tecum rape nos, hæc ſola voluptas,
Ingentem poterit nobis auferre dolorem:
Sed potius mihi care mane pater: Irrita vota
Dum ventis fundit, frigentes occupat artus
Pallida mors, tenues & in auras vita recedit.
Heu fallax heu vita bonum breue! fluxa voluptas?
Dum certos vitæ nos edere credimus annos,
Nos haud prouiſis iaculis mors ſæua trucidat.
Sed quod fata ferunt eſt æqua mente ferendum,
Hac nos conditione Deus produxit in auras,
Telluris tandem nigras ſubeamus vt vmbras.
Túne decus rerum, Conſul clariſſime, longis
Qui dignus fueras ſeclis extendere vitam,
Tam citò non nimium prouecto concidis æuo?
Concidit & tecum gens heu Buchneria claris
Splendentem titulis, & auita laude tumentem
Annis ter centum quam iam propè Lipſia nouit.
O quoties greſſus cum per fora lata ferebas,
Siue vehebaris frænos mandente caballo,
Heroa grauitate valens ſpectabilis ore,
In te vertebas cunctorum lumina, capti
Qui tanto morum geſtuſq; decore, nequibant
Expleri mentes, ardeſcebantq; tuendo!
O quoties cœtus inter quando ora loquendo
Soluebas, aut iura dabas poſcentibus æqua,
Iuraſſent attendentes ſe Neſtora priſcum
Orantem cauſſas verbis audire diſertis!

Nec

Nec blandis inerat fucus, ſed candor apertus,
Et veri iuſtiq; tenax conſtantia, dictis.
Reddite fata virum, de noſtra demite vita
Quantumcunque, virum terris & reddite tantum.
Hoc Heliconiadum, cui promto pectore fauit,
Exoptat chorus, hoc doctorum cœtus & omnis,
Quos admiratus ſtudiis ornauit & auxit.
Sed quid vana precor, iacet heu iacet vmbra ſepulcro
Condita, nec noſtras reditus datur vllus ad auras.
At fati pietas expers manet, inclita virtus,
Et bene geſtarum manet ardua gloria rerum.
Mens prius è ſupero quæ traxit ſemina cœlo,
Nunc tandem veram repetiuit libera ſedem,
Ætheriis excepta choris, ſanctoq; ſenatu.
Non illic labor eſt non ærumnoſa ſenectus,
Non dolor, aut ſæuus cruciat qui corpora morbus,
Sed citharæ cantuſq; ſonant, animaſq; piorum
Viuifico præſens ſolatur numine CHRISTVS.
Ecquis delitiis vanas his præferat vmbras,
Quæq; aloës quam mellis habent plus gaudia mundi?
Viuit BVCHNERVS celſi nouus ætheris hæres,
In terris etiam viuat, celebretur honore,
Nomen & æterno BVCHNERI floreat æuo.

Ad Dn. Iohannem Oeduuinum, & Dn. Andream Hummelium, cum Iuris vtriuſq; Doctores renunciarentur.

LÆta dies oritur, quam dextera fata ſecundent,
Et circumfuſo colluſtret lumine Titan,
Delitias animis optataq; gaudia fundens,
Qua pictis renitens aulæis vndique PAVLI
Excipit ornato deductos agmine templum
Quinq; Viros, quorum Themis aurea ridet honore,
Omnes egregios præſtantes laudibus omnes,
Et vel Apollineo cantari carmine dignos.
Hi ſunt quos Virtutis amor, laudumq; cupido

Ingentes animis fecit tolerare labores,
Dum per iter durum tendunt ſacra iura profeſſi,
Nec grauibus parcunt cum curis ſumtibus vllis.
Hi ſunt præſidiis quorum reſpublica quondam
Stabit, & extollet caput inter nubila virtus,
Sacrarum ſepto legum firmata perenni.
Sed te præcipuè patriæ clariſſime conſors
Alloquor OEDVVINE, & te raris dotibus aucte
HVMMELI, quorum mentes ſolertia, candor,
Iuſticiæ ſtudium, doctrina, ſcientia legum
Exornat, nec abeſt facundis gratia dictis.
Hunc vobis meruit quem Virtus grator honorem,
Grator, & vt longum ſit feliciſſimus opto.
O mihi ſi ſuperi concedant tempora vitæ,
Vos vt præfectos, id quod mens augurat, altis
Muneribus, celebres ætatem degere cernam,
Et veſtrum paſſim ſeſe diffundere nomen.
Sed ſeu vita mihi detur, ſeu funere merſus
Immota condar fatorum lege ſepulcro,
Vos durate diu, vobis proſperrima vitæ
Tempora ſint, veſtri vigeant & honore nepotes.

De vnione, Gemma, quæ imago eſt Eccleſiæ Chriſti Ieſu in his terris.

QVam ſit perpetuis Eccleſia preſſa periclis,
Quæ vigeat tamen, euincendo grauiſſima quæuis,
Terribiles inter Satanæ mundique furores,
Vnio gemma notat pulcra ſub imagine, ponti,
Vt narrant, tumidis quæ ſic generatur in vndis.
Intenſum ſiccæ radiorum Solis ob æſtum
Conchæ quando iacent ad littora curua marinæ,
Irriguum patulo captant velut ore liquorem
Roris, ab ætheria qui ſi cadit arce, rigatque
Languidulas conchas, optatum munus adeptæ
Extemplo claudunt oſcilla, fouentque receptas

Intus

Intus aquas. Tum ſi fit vt ingens fluctibus æquor
Tollatur, ſpirentque immani turbine venti,
Alliſæ & ſaxis conchæ rapiantur in vndas
Oceani: fluctus inter ſæuaſque procellas
Naturæ interna vi ſic operante latentis,
Rore fit è fragili (mirum) nitidiſſima gemma
Vnio, quæ reliquas vincit candore vel omnes.
Non aliter ſitiens Eccleſia rore fouetur
Cœleſti, verboque Dei, quod Chriſtus ab arce
Ætheria tulit, humanis ſpes vnica rebus.
Hoc ſolo fidens theſauro animoſior inter
Et ſæuos hoſtes, & diri dæmonis aſtus
Permanet incolumis, tandem victrixque triumphat.
Ac licet arma parent, & vibrent tela tyranni,
Omnes vt pariter verbum cœleſte profeſſos
Fune, rota, flammis, vndis ferroque trucident,
Aut propria faciant profugos à ſede per orbem,
Qua ſurgit magnus, qua mergitur Oceano ſol:
Membra tamen nequeunt Chriſti ſubmittere lethe
Omnia, ſi terraſque metu pontumque fatigent.
Eſt Deus in cœlo, ſanctum defendere cœtum
Qui ſcit, ad imperium cuius tremit arduus æther.
Ille gerit ſceptrum nullo ſuperabile ferro,
Quod poterit nunquam vis impia frangere mundi.
Ille ſuum magnus populum tutabitur Heros,
Donec agens rimas immenſus corruat orbis,
Cum ſonituque trahat moles hæc tota ruinam.
Vt poſt exhauſtos conſtanti mente labores,
Cum CHRISTO læti tandem potiamur Olympo.

Patientiæ laus.

Humanæ obiiciat cùm ſors mala plurima vitæ
Quæ variis vicibus mortalia pectora verſant,
Ecquis erit modus aduerſos euincere caſus
Quo poſſis, animi premere acceptumque dolorem?

Non opus eſt vt in arma ruas, tenteſq; datum vi
Auertendo malum triſtes compeſcere curas.
Vincere ſi mens eſt, patienti pectore, vitæ
Omnis erit ſuperanda tibi fortuna ferendo,
Quam te ferre iubet Deus,& mens conſcia recti.
Degeneres animos iniuria frangere quæuis
Sæpe ſolet,ne nocte dieúe quieſcere poſſint.
Vſq; adeò infelix hærens dolor oſſibus vrget,
Accenſo & ſtimulat conceptos corde furores.
At ſedata quibus mens & tolerantia curæ eſt,
Fortiter opponunt hi mœſtis pectora rebus,
Et tacitos intus ſecum reprimendo dolores,
Haud vitæ ambiguis ſuccumbunt caſibus vnquam.
Omnia dum conſtans ſuffert patientia,vincit
Omnia, quæ mundus Satanaſq; obtrudere poſſunt.
Perpetuoq; immota manet, velut æquore vaſti
Qui pendent ſcopuli, ventorum & flabra minantum
Excipiunt,ſtabileſq; ima radice reſiſtunt.
Qui patiens eſt ad cœli aurea ſidera palmas
Erigit,auxiliumq; à ſancto numine poſcit
Tempus & optatum expectat,poſt nubila lucem
Quod feret,& vertat triſtes in gaudia luctus.
Nec ſpes fidentem fallit, nam viuit Olympo
Rex regum,dextra cuncta omnipotente gubernans.
Is tandem afflictos vultu dignatur amico,
Et poſt exhauſtos vitæ fortiſq; dolores
Aduerſæ,facit vt poſſint contingere portum.
Ergo qui finem fortunæ quæris iniquæ,
Diſce pati patiens quamuis duriſſima vinces.

De vita & fortitudine veterum Germanorum.

NOs quia ab antiquis Germanis ducimus ortum,
Quæſo mihi liceat priſci memorare parentes
Qui fuerint,inculta ſitu Germania quando

Prorſus

Prorſus adhuc fuit, & denſis creberrima ſyluis.
Digna eſt res, ni me fallit ſententia, dictu.
Principio conſtat per ſecula multa fuiſſe
Acre genus bello, durumq́; & pectore magno
Germanos, quamuis non illos oppida muris
Tuta, nec excelſo munirent vertice turres,
Sed vitam tenui cum paupertate trahentes
Seu ſub glandiferæ ſine curis arboris vmbra
Siue morarentur quouis è ceſpite factis
Sedibus, obſcurove laterent fortè ſub antro.
Tanta ſed indomitam tenuit fiducia gentem,
Tantus amor fuit armorum Martiſq; cruenti,
Hoſtes vt medios inter belliq; tumultus
Pro patriis aris occumbere maluerint, quàm
Pace frui cum coniugibuſq; quiete ſine armis,
Quin etiam ſi nulla fuit data copia belli,
Fama eſt ignotos traxiſſe ad prælia reges.
Roma caput quondam domiti reginaq; mundi,
Imperio quæ regna ſuo tot auita ſubegit
Quantumcunq; potens non vnquam Teutonas acres
Ante triumphales potuit producere currus.
Non potuit totum Romanis frangere pilis
Iulius, Arctoo labentem vertice Rhenum.
Nil potuêre tuæ exquiſitæ Vare cohortes,
Te licet horribilem ſuperauit ſtrage, tuoſq́;
ARMINIVS noſtræ immortalis gloria gentis.
Nil hoſtis valuit belli vis ſæua Neronis,
Terga tuis dedit impatiens Germania ſignis,
Nemo vnquam vel dux bello clariſſimus illud
Effecit, ſociis vt ſe Germania fuſis
Illius imperiis addiceret, omnibus auſis
Reſtitit, excuſſitq; iugum, ſeruireq; nulli
Victa quaſi voluit, quæuis ſed ſumma ſubire
Non renuit patria dum libertate fruatur.
Quis verò fortemq́; animum, pectuſq; virile

Non GERMANORVM miretur, cominus hoſtes
Accincti quando ſtabant ad prælia ferro,
Pulſaque principium poſcebant claſſica pugnæ:
Illi, vt erat tum mos, ſublata voce canebant
Alcidæ intrepidi reſonans ſuper æthera carmen.
Inde moras ſoluentes hoſtis in agmina nudi
Et clypeis iaculiſque furenti mente ruebant.
Non ſecús atque ſolet Libyes ſqualentibus aruis
Seſe armare leo conſpecto interritus hoſte.
Nam primo dubius totam dum colligat iram
Cunctatur, motæ ſtimulans ſe verbere caudæ.
Inde iubac tollens rictu graue murmur ab imo
Infremit, inferturque inimicum pronus in hoſtem:
Tali GERMANVS rabie quoque miles inibat
Prælia, gaudebatque animo vel vincere forti,
Vel ſi nulla ſalus rebus, ſpes nulla ſuperſit,
Vna cum ſociis proſtratis linquere vitam.
Quid? quod & ipſa frequens funeſta ad prælia matrũ
Turba ſequebaturque ſuos, verbiſque monebat,
Martis vt inuicto paterentur corde labores.
Sæpe ſuas nudo retegentes pectore mammas,
Clamabant: moriare prius Germanice miles,
Quam capiant hoſtes patriam, caroſque penates
Diripiant, moriare, patet tibi ianua lethi.
Vel patriam defende & nos, citus arripe tela,
Flecte arcum, celeres pharetra deprome ſagittas,
Hoſtis & infidum obluctantis traiice pectus.
Signa dedit dudum Mars deſuper æthere ſummo,
Cui victrice manu meritos adolebis honores.
Talibus inſtabant matres, & mente labantes
His incedebant dictis, ſtatione relicta
Deficerent ne forte animis: Ita ad arma redibant,
Hoſtiles & per cuneos per tela ruebant,
Non ictus mortemve nec vlla pericla pauentes.
Ducebant hoc grande nefas, & morte piandum,

Si iuuenis

Si iuuenis cui ſanguis adhuc erat integer æui,
E dextra clypeum ſibi ſiuerat excuti ab hoſte.
Quin ſacra tales arcebant æde deorum
Lege ſacerdotes patria, neque ritibus illis
Vti Diuorum ſacris ariſque licebat.
Id vero vires animis addebat, vt omnes
Hoſtis ab innumeris multo cum vulnere telis
Mallent interimi, ſalua quam talia vita
Probra pati, clypeique erepti labe notari.
Ad patrias quando remeabant hoſtibus oras
Deuictis, ſummo figebant colle trophæa,
Inque aris diuis ſolennia ſacra ferebant,
Præcipuè Marti cui ſunt fera prælia curæ
Per diuerſa aliquot ſuperabant compita tauros.
Vulnera quæ gladiis illis inflixerat hoſtis
In facie; læti ſub aperta fronte ferebant,
Signa grauis nimium tanquam certiſſima pugnæ,
Infractique animi, qui non contemnere dulcem
Pro patria mediis vitam dubitarit in armis.
Bellorum rabies ſuetique licentia ferri
Non admittebat leges, ſine iudice cauſſæ
Viuentes æquo dirimebant pondere lites.
Non genitor ſobolem pulcram virtutis ad arcem
Tendere cogebat, neque duris aſpera verbis
Corda coërcebat. Iuuenes maturior ætas
Cœperat hirſuta quorum lanugine malas
Pingere, deſidias ſecuraque tempore pacis
Ocia nec ſomnos non ſectabantur inertes.
Turba ſenum curis expers & rebus agendis,
Paupertatis onus nec iniqua mente ferebat.
Non quiſquam immiſſo campos ſcindebat aratro,
Nemo ſuis patulos ſignabat finibus hortos,
Infelix tellus raſtris intacta, nec vllis
Saucia vomeribus ſentes loliumque ferebat.
Germanos epulæ lautæ trans & mare vectæ

Non delectabant, partæq; labore, ſed omnes
Inter ſe vili curabant corpora victu.
Prandia præbebant lac & ſylueſtria mala,
Et quæ deciderant ſumma Iouis arbore glandes.
Commoda ſpectabant tantum præſentia vitæ,
Nemo ſecuturos aliquid ſeruabat in annos.
Hibernas glacies & ſæuæ frigora brumæ
Ferre quidem poterant conſtantes gutture ſicco
Sed tolerare ſitim nil triſtius eſſe putabant,
Tempore præſertim cum virginis æthere vertex
Ardet ſolis equis, aut feruent brachia cancri.
Tum verò arreptos inſueto more liquores
Rictu vidiſſes illos haurire patenti.
Sæpe illos roſeis veniens aurora capillis
Potantes vidit, vidit quoq; luce peracta
Heſperus, & flectens mediæ poſt tempora noctis
Obliquo ſegnis plauſtrum temone Bootes.
Sæuior at quamuis eſſet gens tigride in armis,
Tractaretq; dies & longas pocula noctes,
Illicitis Veneris tamen infenſiſſima furtis
Illa fuit, cordis quibus interit intimus ardor.
Rara reperta fuit thalamo deuincta iugali
Fœmina, quæ caſti rupiſſet fœdera lecti.
Quin etiam tali pollutam crimine coniux
Pellebat cæſam virgis à ſede paterna.
Nec lacrymæ, nec opes, ſpecioſæ aut gratia formæ
Offenſi poterant animum mollire mariti,
Rurſus vt in thalami partem legeſq; rediſſet,
Coniugii omnis amor ceſſabat curaq; mentis,
Auri ſtulta fames & habendi cœca libido
Nulla erat, haud quiſquam multis corradere curis
Theſauros, fuluiq; æris tentabat aceruos.
Pro contemnendo reputabant pondera ſaxo
Argenti, gemmaſq; niger quas colligit Indus.
Quin vbi mittebant ex auro pocula reges,

Non

Non ipſis ea pluris erant, quam vaſa rotarum,
Quæ motu figulus teſtacea fingere ſueuit.
Atq; hæc ſimplicitas gentis per plurima durans
Secula, diues & anguſtis concordia rebus
Abſq; magiſtratus aliquo moderamine ſummi,
Germanos tenuit tutos ditione paterna,
Immanem quamuis populum gentemq; rebellem.
Irrepſit donec grauioris opinio vitæ,
Quæ veteres cœpit paulatim inuertere mores,
Deſertis ſyluis vt ſpelæiſq; ferarum
Extruerent ductis ſpacioſas mœnibus vrbes,
Nec magis obſcuris cuperent latitare ſub antris,
Seraq; commeſta ieiunia pellere glande,
Sed varias epulas, & dulcia ponere menſis
Cœcuba, delitiaſq; alias, cum carnibus aſſis
Elixas miſcere ſimul conchylia turdis,
Mollia cygnæis inuoluere corpora plumis,
Lautaq; per ſetas conuiuia ducere noctes,
Tunc ſtudiis cœpit ſeruari pluribus aurum,
Intima tunc homines foderunt viſcera terræ,
Eruerent vt opes irritamenta malorum.
Cœperunt nautæ metiri mercibus æquor,
Attritus longis vomer ſplendeſcere ſulcis
Eſt viſus, preſſæq; iugo gemuêre iuuencæ.
Sic tandem ſcelerum mater, quæ ſemper habendo
Plus ſitit, & patulis rimatur faucibus aurum
Venit auarities & honorum cœca cupido,
Iræ, inimicitiæ, fraudes, iniuria, cædes,
Impietas, triſti volitanſq; calumnia vultu.
Plurima quid memorem; cœperunt omnia fatis
In peius ruere, & retrò ſublapſa referri.
Noſtra quidem doctis eſt Muſis dignior ætas,
Cognitione Dei & longè quæ præſtet auorum,
Sed propter luxus & plurima crimina, multò
Deterior ſenſim euadit, non candor apertus

Non antiqua fides ſupereſt & amica voluntas.
Horrida quinetiam nunc paſſim bella mouentes
In ſua cognati graſſantur viſcera reges.
Interea Scythicus Geta confirmatur, & Iſtri
Depopulatur agros, & fortia pectora quondam
Germanos, potuit quos hoſtis frangere nullus
Seruitio premit, & diris cruciatibus vrget.
At Deus omnipotens propria virtute reſiſtat
Hoſtibus, inuictum Germanorumq; gubernet
Imperium, cultaſq; ſinat clareſcere Muſas:
Vt rebus vigeat ſaluis Eccleſia CHRISTI,
Iſq; Deus ſolus toto celebretur in orbe.

In fontem pagi Ebensfelt in Francia Orientali.

FOns Ebensfelti ſalue liquidiſſime pagi,
Franciacis paſſim populus quem prædicat aruis:
Æternas qui fundis aquas, feſſiq; perenni
Ora viatoris reficis ſitientia vena.
Talis erat, credo, fons in Samaritide terra,
Cui mundi pius aſſedit ſaluator IESVS,
Verbaq; diuino dulciſſima fudit ab ore,
Verba ſitim pellunt ægris quæ mentibus omnem,
Cœleſtem iugi & præbent ſcaturigine vitam.
Salue iterum, patriis manaq; perennis in oris.
Viuat SELMANI tecum nomenq; IOANNIS,
Qui te dum patriæ præſtat ſe munere gratum,
Structuræ hoc ſummæq; coronidis auxit honore.

NVPTIIS

Iohannis Teiluk & Mariæ Reiffſchneiteræ.

EXoritur lux feſta, nouo ſacranda marito,
Auſpicibus ſuperis fauſta ſit illa precor.
Phœbe decus cœli radiantes exere vultus
Deſuper, & multa luce ſerenus eas.

Nulla

Nulla per obductum decurrant nubila cœlum,
Sint læto nobis omnia læta die.
Non aliquis vitæ patriis ignobilis oris,
Aut populi ſocium de grege fœdus init.
Ortus auis claris iuuenis ſacra limina templi
Cum ſponſa gemmis nobiliore petit.
O'vtinam poſſem tantis felicia tædis
Theſpiadum blandis dicere verba ſonis,
Eſt ſacris ſponſi numeris digniſſima virtus,
Digna ſed & virtus carmine ſponſa tua eſt.
Audiit Aonidas tellus Bœota canentes,
Iuncta ſuo Cadmo cum fuit Harmonia.
Pulcra placent animis,quæ non ſunt pulcra relinquunt
Pegaſeas aiunt concinuiſſe deas.
Quid prohibet lingua nobis iterare fauente
Carmen id atq, nouo dicere fauſta toro.
Iamq; dedit ſonitum tremulo cana buccina cantu,
Et fora ſpectatum vulgus in ampla ruit.
Fallor?an aulæis linquens ornata ſuperbis
Tecta,ſacras aras ſponſus adire parat.
Non fallor,faciem agnoſco,floremq; iuuentæ,
Quin etiam cingunt aurea ſerta caput.
Progredere ô felixq; ſubi pede nota ſecundo
Templa,patent votis omnia ſponſe tuis.
Progredere,hac ſurgunt tibi maxima gaudia luce,
Gaudia perpetuo quæ Deus eſſe velit.
Ecce autem titulis amplis & diuite cultu
Præſtantum ſequitur quanta corona Virûm.
Hac reor inceſſit Romæ grauitate ſenatus,
Tarpei ſubiens ardua templa Iouis.
Aſtant innumeri dextra læuaq; Quirites,
Lætitia populi concio tota fremit.
O mihi quis referat.quantum cognoſcere fas eſt,
Eximia qui ſint integritate viri.
Sic ego,ſic vnus veteri mihi iunctus ab vſu,

Certior illorum quæ cupis, inquit, eris.
Qui dextra vultu mixta grauitate ſereno
 Ingreditur, pater eſt candide ſponſe tuus.
Huius priſca viri regnans in pectore virtus,
 Seſe per varias exerit aucta vices.
Inter Lipſiaci primores ille ſenatus,
 Curandæ magnum ſuſtinet vrbis onus.
Vix alius ſtudio commiſſa negotia tanto,
 Innumeris rerum caſibus aptus, obit.
Solerti nullo detrectat mente labores,
 Dum modo ſit cunctis patria ſalua locis.
Nec cedit proauis celebres virtutibus olim
 Mœnia Cicenſis quos habuêre ſoli.
Atq; parens viuus quondam nunc addita cœlo
 Gloria, ceu noſtra clarus in vrbe fuit:
Cuius & ingenii raras Academia dotes
 Suſpexit, dubiis conſiliiſq; fidem.
Et mirata fuit facundum Curia pectus,
 Dum rerum geſſit grande Scabinus onus:
Sic etiam meritis (quod ſerò numina donent)
 Poſt cineres partum nomen habere cupit.
Omnia prætereunt, quæ magno fama labore
 Quæritur, ardentes effugit vna rogos.
Interpres legum ſed REIFF ſchneitterus, & ingens
 Vrbe decus Philyra notus opinor erit.
Fama viri nec enim tanti præclaraq; virtus
 Credo latet, præſtans eloquiiq; nitor.
Hic læuum ſponſi claudit latus, atq; marito
 Iungendæ gaudet virginis eſſe pater.
Ante quidem genero felix Doctore ſuperbit,
 Inſtar cui ſermo nectaris ore fluit.
Nunc abii iuuenem natæ florentibus annis
 Addunt, & geminant fata ſecunda bonum.
Dii clarum ſeruate virum, ſeruate penates,
 Sit felix opibus totaq; ſalua domus.

Quid

Quid tibi nunc alios memoremus in ordine, lento
Quos incedentes aſpicis ire gradu.
Ante diem claudat tenebroſo veſper Olympo,
Deficiat medio linguaq; feſſa ſono,
Quàm tibi virtuteſq; virûm atq; inſignia dicam
Dona, nec huius ego temporis eſſe puto.
Te non prætereo, neq; ſic licet, optime ſponſe,
Noſtra chelys cuius carmen honore ſonat.
Te propter tædaſq; tuas lætantur amici,
Et fundunt fauſtas ore fauente preces.
Nec ſine lætitia plauſuq; decente recedet
Conuexo nobis æthere tota dies:
Facta piis animis nimiiq; expertia luxus,
Credibile eſt ipſum gaudia velle Deum.
Si genitrix Eberhuſiaca clariſſima ſtirpe,
Pars ſupero cœtus eſſet in orbe tui:
Quæ pertentarent dilectum gaudia pectus!
Signa voluntatis quæ daret ipſa ſuæ!
Nunc quoq; ſi quid ineſt ſenſus, vt ineſſe putamus,
Defunctis, cum non omnia buſta tegant:
Elyſiis inter matronas illa viretis,
Ambroſia texit florida ſerta manu:
Et veterem recolens mentis flagrantis amorem,
Optat coniugio gaudia mille tuo.
Te tua commendat, noſtræ nihil indiga virtus
Laudis, & innocua cum probitate fides.
Sunt placidi mores, & flore nitentius omni
Pectus, habent laudes cætera cuncta ſuas.
Ingenuas vernans exacta iuuenta per artes,
Quæ mentis ſtimulant inſita dona, fuit.
Nunc vero ſacri numeroſa volumina iuris
Euoluens multis vtilis eſſe cupis.
Te, neq; me fallet ſententia, maxima quondam
Inter honoratos gloria tollet auos.
Iamq; tori ſociam vitæ ſine labe peractæ,

A ſuperis Sponſam nobile munus habes.
Munus habes melius quas Lydius amnis arenis,
Quas voluit flaui lympha ſuperba Tagi.
Sed bene habet,templo iam ſucceſsêre frequentes,
Et ſedêre ſuis ordine quiſq; locis.
Iamq; ſui tacito ſponſi veſtigia paſſu
Virgineo ſequitur nupta venuſta choro.
Ore ſedent Charites,lepidis amor hæret ocellis,
Emicat in reliquo corpore ſuaue decus.
Aſtrorum Phœbe cœlo regina ſereno
Exuperat flammis aſtra minora ſuis:
Cincta verecundis formoſa MARIA puellis,
Non minus has inter pulchrior ore nitet.
Felices tædæ,cum talis flore iuuentæ
Conueniunt vno pectora bina toro.
Sit felix fauſtumq;,manus iam iungit ad aras,
Et myſtes ſacro concipit ore preces.
Omine iam dextro ſocialia fœdera fiunt,
Fœdera ad extremos non ſoluenda dies.
Magne faue cœli Rector, cœptoſq; hymenæos
Prouehe,coniugii qui ſacra iura probas.
Vincula coniungant faciles Adamantina mentes
Quæ vis perpetuo ſoluere nulla queat.
Tranquillo vitæ tranſmittant tempora curſu,
Et votis cedant omnia prona ſuis.
Hæc tibi ſponſe precor: Nunc deſine Muſa,relinquunt
Templa,ſat hæc teneris ſit ceciniſſe modis,
Dicite iò læto conuiuæ dicite plauſu,
Cum ſponſa viuas optime ſponſe diu.

Iohanni Siglicio & Catharinæ Schenbeliæ.

DVm maris Heſperii Phœbo properante ſub vndas
Grata ſecuturæ tempora noctis eunt:
Aſtraq; paulatim tenues ſpargentia ſomnos
In celſo repetunt axe,minora,vias.
Huc age Pieridum pulcerrima diua ſororum,

Cum

Digitized by Google

Cum citharis Erato carminibusq; veni.
Cinge thymo redolente comas, vel rore marino,
Veſtis candidulos & tegat alba pedes.
Nunc iterum Cytheræa Venus molitur amores,
Sigliciuſq; nouus templa maritus adit,
Siglicius decus Aonidum, Phœbiq; ſacerdos,
Quem Muſæ donis erudiêre ſuis.
Gratemur ſocii fortunæ carmine, donec
Mortales veniens ſtet ſopor ante genas.
Sed viden' vt læto ſponſus procedat honore,
Inter præſtantes emineatq; viros.
Ore patet grauitas, pietatem florida virtus,
Virtutis pietas arguit ipſa decus:
Ingenii dotes produnt ſine crimine mores,
Candor & integritas pectus aperta notat.
Sponſi ponè legit lento veſtigia paſſu
Cincta puellari ſponſa venuſta choro.
Quanta verecundos comitatur gratia geſtus,
Formoſoq; micat quantus ab ore nitor!
Felices ambo quos hoc in flore iuuentæ
Sincerus ſtabili fœdere iungit amor.
Dicite qui magni ſpectantes ſidera mundi,
Scitis quo ſurgant ordine, quove cadant.
Ominibus nunquid curſum felicibus vrgent
Cypria, munifici ſtellaq; blanda Iouis.
Sic ego, ſic vnus quos ætheris aſpicis ignes
Coniugibus ſpondent proſpera quæq; nouis.
Eſt locus in cœlo medio vicinus Olympo,
Occiduæ ſpectans æquora vaſta plagæ:
Phœbus vbi pulſans iam pronior æthera, curſu
Paulatim feſſis lora remittit equis.
Illic cum primum vitales ſponſus in auras
Editus eſt, matri ſarcina grata ſuæ:
Iuncta tuis ſoboles Phœbe Latonia bigis,
In nona fulſit lucida ſede Venus:

Nunc magno cum Sole loco remoratur eodem,
Prouehit & radiis gaudia cœpta ſuis.
Et quamuis errent reliquæ ſub gurgite ſtellæ,
Sunt vbi Tartareæ dira fluenta Stygis:
Ipſa tamen lepidos hilari ſpectans hymenæos
Fronte, capiſtratas ſegnius vrget aues.
Iuppiter incedit Phœbæas ante quadrigas,
Occuluitq; modo ſub freta lata caput.
Connubium felix & vitæ mille iugalis
Gaudia, nec fatum molle, nec aſtra negant.
Quid ſtamus? ſacras aras & templa relinquunt,
Lætaq; firmato fœdere tecta petunt.
Si placet, ornatum præeamus carmine cœtum,
Carmine quæ reſtat nam via ſuauis erit.
Ergo ſuo tandem gaudet Catharina marito,
Ergo tori ſociam nunc quoq; ſponſus habet.
Gratia ſit magno regi, qui talia curans
Inſtituit verbo ius ſociale ſuo:
Vt poſſent homines thalamum ſeruare pudicum,
Creſceret humanum coniugioq; genus.
Cernere iam videor placido quam pectore viuent,
Mentibus amborum quantus & ardor erit.
Mirabar pictas quare concordia veſtes
Indueret, Ceſton & Venus alma ſuum:
Nimirum ſponſi dudum venêre ſub ædes,
Æternis nodis vt pia corda ligent.
Quiſquis es in triuiis in nos qui figis ocellos,
Optes Siglicio fata ſecunda meo.
Sic tibi contingat quoq; pulcra puella marito,
Commoda ſors multas & tibi donet opes.
Sed ſatis eſt tecto ſuccedimus, aſpice circum
Fulgeat vt lychnis & face tota domus.
Implentur dapibus menſæ, ſtat Bacchus in auro,
Exeat hinc rigidus qui volet eſſe Cato.
Nunc epulis recreare licet languentia membra,

Nunc

Nunc hauſtus vini guttura ſicca riget.
Quid mihi vobiſcum rodentes pectora curæ,
Ite dolor, luctus, mœſticiæq; procul:
Iam multo fuimus mala plurima tempore paſſi,
Atq; grauis nobis quælibet hora fuit.
Quid nocet euicta miſerorum parte malorum,
Interdum læta fingere mente iocos.
Pocula funde puer largo ſpumantia Zytho,
Triſtitiamq; fuget pectore dulce merum.
Adſit blanda modo diuûm quoq; Muſica donum,
Mulceat vt lepidis anxia corda ſonis.
Lætemur dum fata ſinunt, licitiſq; fruamur
Delitiis, ætas non ea ſemper erit.
Quis ſcit an ex acto ſpatio reuolubilis anni
Hæc nobis vnquam ſit reditura dies.
Dum bibimus ſimul & loquimur, cita labitur hora,
In cœlo variant aſtraq; celſa vias.
Fallimur, an medias nox attigit humida metas,
Atq; monet noſtrum quenq; redire domum.
Et iam ſponſa venit manibus deducta ſuorum,
Iungitur & lateri ſponſe pudice tuo.
Nunc ades ô hymenæe, torus fouet vnus amantes,
Quid ceſſas hymen ô hymenæe hymen?
Nunc caſtis nectas Adamantina vincula ſponſis,
Quæ vis perpetuo ſoluere nulla queat.
Dii faciant ſoboles vt poſt breue candida tempus
Dilectæ matris rideat ante pedes.
Cuncta ſilent, carpunt hominesq; feræq; ſoporem,
Æquoris & liquidas Pegaſus intrat aquas.
En etiam nocturna modo quæ luna latebat,
In terras ſupera ſpargit ab arce iubar.
Deſine nunc Erato, nemus antraq; ſacra reuiſe,
Cantatum ſatis eſt, me premat alta quies.
Sponſe vale, cedens bene potus, comprecor vnum:
Sit pax coniugio firma fideſq; tuo.

Gregorio Hartmanno, & Barbara Rholedera.

TE quoq; vir præſtans, Hartmanne, cupidine victum
Aurea nunc traxit ſub ſua iura Venus.
Flagrantes accenſa faces præcordia tangunt,
Pectora conſtantis vulnus amoris habent.
Barbara, ſi neſcis, eſt huius vulneris autor,
Spicula quæ ſentis fixit & illa tibi.
Verum ſis animo læto, quæ vulnera fecit
BARBARA, præſenti ſola leuabit ope.
Iungetur nunc illa tibi noua nupta marito,
Et coniunx thalami fida iugalis erit.
Aera ſub excelſa turri iam ſigna dederunt,
Auditur dulci Muſica læta ſono.
Diuerſis coëunt è magnæ partibus vrbis
Aonidum ſacro dedita turba choro:
Vt tua cum reliquis connubia cœtibus ornent,
Atq; tibi promta gratificentur ope.
Neſcio quæ læto declarant gaudia vultu,
Neſcio quæ ſtudii ſigna fauentis habent.
Omnia lætantur clauſis in carcere ventis,
Aeolio, mitis deſuper aura venit.
Circum clara rotat felici cardine cœlum
Sidera, coniugio fauſta futura tuo.
Ætheris alta petens ſummi faſtigia Titan,
Ore iacens ſpectat ſplendidiore ſolum,
Illi fidus adeſt rutilo cum Marte ſatelles,
Mercurius, Maiam quem peperiſſe ferunt.
Quæ modo ſub radiis Phœbæis luna latebat,
Nunc ex parte ſuum lumen adepta nitet.
Atq; rotam fratris curſu volitante relinquit,
Tardius Eoo tollat vt axe iubar.
Alma Venus nona cœli regione moratur,
Legitimi fautrix quæ ſolet eſſe tori.
Iuppiter Heſperii ſubeat licet æquoris vndas,

Ante

Ante tamen tædis gaudet adeſſe tuis.
Saturnus dudum Tarteſſia littora preſſit,
A ſupero tendens rurſus ad ima polo.
Quid multum? nihil aduerſi minitantibus aſtris,
Omnia procedent fauſta, volente Deo.
Quin igitur pete ſponſe libens penetralia templi,
Optant aduentum limina ſacra tuum.
Præſtantem virtute tibi patiare puellam
Iungi, quæ vitæ ſit comes vna tuæ.
Vos Heliconiades iunctiſſima pectora Muſæ,
Quæ canitis variis carmina grata modis:
Si modò cura tenet vos vlla fidelis alumni,
Ad ſacra feſtino cœpta venite gradu.
Tempora laureolis redimite decora coronis,
Et facili blandum fingite voce melos.
Egregium celebrate virum, qui tempore longo
Spes fuit Aonii dulce decuſque chori.
Inter adhuc infans cunabula quando iacebat,
Oſcula vos ipſi multa dediſſe ferunt.
Tempore nam quodam primo ſub vere ſorores
Cum ſimul in viridi congrederentur agro:
Hic vbi denſa iacet contermina ſylua Salinis,
Oſtentans amplas lata per arua comas.
Vera loquor, cantu feſſas æſtuque diurno
HARTHManni haud piguit tecta ſubire deas.
VRANIE infantem, quæ conſpicit omnia, primum
Vidit, & hos culto fudit ab ore ſonos:
Creſce puer, dextris fatis attinge iuuentam,
Firma diu Lacheſis fila tibique neat.
Vnica tu patriæ dicêris gloria quondam,
Magnaque Pierii gloria fontis eris.
Artibus excultus ſummo potiêris honore,
Te digno docti ſemper amore colent.
Quin vbi te firmata virum iam fecerit ætas,
Intrabit thalamum virgo pudica tuum:

Cum qua concordem poteris traducere vitam,
  Clarius & patrium reddere prole genus.
Sic eſt in fatis, faueat modò magnus Olympi
  Rector, & euentu tranſigat iſta bono.
Dixerat Vranie prior, aſſensêre ſorores,
  Signaq; lætitiæ certa dedêre ſuæ.
Nec vero diuæ præſagia vana fuerunt,
  Euentus voti res manifeſtà probat.
Viuit GREGORIVS virtutibus auctus & arte,
  Viuit, & ingenii dexteritate viget.
Iungere iamq; ſibi ſociali fœdere ſponſam,
  Felici rerum commoditate parat.
Viuat poſt etiam, vigeat, floreſcat, ametur,
  Sentiat in caſto gaudia mille toro.
Ah miſeros homines ſacra qui connubia temnunt,
  Atque piis thalamis crimen ineſſe putant.
Interea flammis fœdæq; libidinis æſtu
  Incenſi, patrant turpiter omne ſcelus.
Non hominum tales diuino nomine dignos,
  Sed turpes potius dixeris eſſe feras.
Ad quid coniugio melius, quid ſanctius vſquam,
  Quid superûm regi gratius eſſe poteſt,
Quam coniux caſtæ cum flagrat amore maritæ,
  Sincerè contra diligit illa virum?
Et ſic viuentes animis concordibus, vnà
  Quæ mala ſunt, & quæ ſunt bona cunq; ferunt.
Talis contigerit tibi cùm doctiſſime ſponſe
  Vita, precor tædis omnia læta tuis.
Coniugii pater ille Deus, qui primus Adamo,
  Perpetuo quondam fœdere iunxit Euam:
Donet vos opibus, fortuna, prole, ſenecta,
  Atq; liget ſtudio pacis, amore, fide.

Ludouico Trubio, & Sibyllæ Badthorniæ.

Tandem

Tandem dulce ſolum patriæ Ludouice relinquens
Miſnica feſtinans mœnia ſponſus adis:
Vrget iter cupidis qui flagrat in oſſibus ignis,
Atque moras omnes candidus odit amor.
Vade Deo felix duce, nil remoretur euntem,
Vtilis ad cœptas ſit precor aura vias.
Expectat dudum roſeis te pulcra labellis
Virgo, tui conſors fida futura tori.
Non deerunt comites Muſæ, per mille viarum
Ambages, volucer teq; ſequetur amor.
Vidi depoſitis heſterná luce pharetris
Sumere Phœbæas plectra lyramq; manus.
Luteolos Erato, memini, cùm dulcis amictus
Indueret, nomen ſæpe ſonare tuum.
Albiacam ſic ipſe pater tecum ibit ad vrbem,
Pegaſidum lepido ſponte ſequente choro.
Eſt nec enim Muſis locus iſto gratior vllus,
Et quo ſe iactet Phœbus Apollo magis.
Iamque rotas ſcandis genitore tuiſque receptis,
Et citus à patria te mouet axis humo.
Scilicet exacto vernantis flore iuuentæ,
Nunc ad coniugium te pia fata vocant.
Nec proprii poſt iuris eris, pars altera vitæ,
Quæ tibi caſta viro iungitur, vxor erit.
Arridet cœptis æther, ceſſantibus auſtris
Sedibus è ſuperis gratior aura venit.
O vitæ ſacra conditio, nimiumq; beatus,
Qui caſtè thalamus pectora iuncta fouet.
Coniugio pietas, & virtus inclita floret,
Inter & agnatos mutuus ardet amor.
Coniugium mundi leges & iura tuetur,
Coniugio vallis oppida cincta vigent,
Coniugio durans Eccleſia ſancta, per annos
Innumeros, digno laudat honore Deum.
Fœda cucullati quid tandem corpora ventres

In licitos

In licitos iacitis verba proterua toros.
Non homo,non rutili decus ætheris angelus ingens,
Arbitrio ſtatuit ius ſociale ſuo.
Eſt Deus, ô miſeri, primos qui iunxit amantes
Ipſe prior myſtes pronubus ipſe fuit.
Sacra maritalis qui temnit fœdera lecti,
(Horreſco referens) temnit & ille Deum.
Aſpice quæ rerum genitrix natura creauit,
Singula quo creſcant intereantque modo.
Forſitan ignarum te muta magiſtra docebit,
Tale genus vitæ qui probet, eſſe Deum
Sidereo geminum quod fulget in æthere lumen,
Eſt quoque coniugii dulcis imago pii.
Dura ferè iam fugit hyems, vireſque reſumit
Hyberno tellus hactenus vſta gelu.
Paulatim variis pingentur floribus horti,
Induet & teneras arbor opaca comas.
Frigore quæ latuit brumæ conſtricta, cacumen
Exeret è ſulco molle virente ſeges.
Vnde ſolo vigor hic? quæ vis diuinior herbas
Excitat & paſſim cuncta virere facit.
Viuificum radiis infundis nempe calorem
Phœbe, regens ſuperos, temporis autor,equos.
Ipſa ſed humores argentea luna miniſtrat,
Quis ſine vis prorſum vana caloris erit.
Hinc creſcendo vigent aſpectibus omnia lætis,
Quæ tellus amplo continet alma ſinu.
Fallor, an & veteres Phœbum dixère maritum,
Cui noctis Phœbe iuncta ſit vxor honos.
Nunc ad te redeo doctiſſime ſponſe,ſed ecquid
Longius eſſe tibi dulce videtur iter?
Non reor, Apparent en paruæ culmina villæ,
Illa mihi num ſint neſcio nota ſatis.
Dic age quiſquis ades, ratio quæ certa locorum,
Miſnenſes recta nunquid adimus agros?

Aggredi-

Aggredimur vero, neque fallit opinio recta,
Agnoſco noſtri iugera grata ſoli.
Hos circum genitor campos meus ire ſolebat,
Has ſalices propria ſeuit & ille manu.
Care parens expers qui nunc colis æthera curis,
Æterni frueris colloquioque Dei,
Anne tui vocem nati cognoſcis? at vltrò
Cognoſcis, ſalue perpetuumque vale.
Progreditur currus, loca iam propiora pateſcunt,
Quæ petimus, leuior carmine facta via eſt.
Pande tuas portas, quondam dum fata ſinebant
Dulcior ô vita Miſnia cara mihi.
Pande precor, nouus ingreditur tua mœnia ſponſus,
Laudibus inſigni ſit via plana viro.
Tu quoque ſponſa decens occurre Sibylla marito,
En deſiderium cernis adeſſe tuum.
Vt fas eſt ipſum teneris include lacertis,
Hic coniunx tua lux, & tuus ignis erit.
Artibus ingenuis cum præſtet, & auctus honore
Sit ſummo, per eum clarior eſſe potes.
Condita mente tenet memori iuſtaque, reliquit
Bartolus ingenii quæ monumenta ſui.
Candor ineſt verbis, vultus graue pectus, & acre
Ingenium, mores vita modeſta probat.
Obſequitur virgo monitis, amplectere ſponſam
Rurſus, & ô noſtrum dic LVDOVICE decus.
Nunc tibi quæ tandem fatales leniat æſtus,
Et cordis ſanet vulnus amantis, adeſt.
Hæc tibi curarum requies, & dulce laborum
Solamen, vitæ ſpeſque iugalis erit.
Neſcio quæ caſtos commendat gratia mores,
Neſcio formoſo qui nitet ore decor.
Scilicet è pulcro quæ prodit corpore virtus,
Plus homines mouet, & gratior eſſe ſolet.
Sic igitur thalami ſociam LVDOVICE, maritum

Cara

Cara SIBYLLA tuum, quod bene cedat, habes.
Nil reſtat, niſi vota, Deus, quo cuncta reguntur,
Auſpice, quæ fient fœdera ſacra iuuet.
Cum ſit amans vitæ concordis; & illud Olympi
Ingens perpetua pace ligârit opus:
Vos quoque conſeruans animis concordibus, vltrà
Sauromatas lites & mala cuncta fuget.
Illius extiterint & cùm viuentia iuſſu,
Omnia quæ tellus, aura, ſalumque fouet:
Veſtram prole domum fœcundet, & ante parentes
Geſtiat ingenuo blandulus ore puer.
Cum ſit & is ſolus vitæ ſeruator & autor,
Illius inque manu ſit ſita noſtra ſalus:
Ambos ad ſeram vos prouehat vſque ſenectam,
Et vita functos auferat vna dies.
Iuſta precor, Tu magne nouis cum Chriſte maritis
Sis felix, votum pondus habere, ſinis.
A ſupera ſpirat regione ſerenior aër,
Sint etiam læto pectora læta die.

Iacobo Oelhaſio & Catharinæ Cruſiæ.

NVnc adeo Charites, ſi blandis vlla venuſtas
Geſtibus, aut verbis ſi lepor vllus ineſt,
Aſpirate mihi, dum caſta iugalis amoris
Fœdera Pieriis tento referre modis.
Aëra quæ ducunt, præſentibus omnia vobis
Gaudent. ex animis mœror & omnis abit.
Vos vbi diffugitis, fugiunt riſuſque ſaleſque,
Lætitiam querulus ſubſequiturque dolor.
Eſte mihi faciles quæſo: ſed fallor? an ædes
Sponſi concordes iam ſubiêre Deæ.
Et nunc en niueis, neque fallimur, artubus âſtant,
Panduntur nuptæ dum ſacra templa nouæ.
Aſpice quam lepidis iunctæ complexibus hærent,

Quam teneras ornant ſerta decora comas.
In roſeo lætam ru bor arguit ore iuuentam,
Longa dies illis quam minuiſſe nequit.
Qui rigidos poſſet ſenſus mulcere ferarum
E nitidis oculis quantus & exit honor.
O ſaluete deæ, decus ampli nobile mundi,
Aonidum ſummæ delitiæque chori.
Vos quid ab Orchomeno noſtras attraxit ad oras,
Iuſſit & hac dulces figere ſede gradus?
Nunquid adeſſe ſacris ſponſalibus, atque marito
Lætitiam cupitis conciliare nouo?
Omine veniſtis felici, gratior auro
Aduentus ſponſo, ſat ſcio, veſter erit.
Sic ego. ſic facie præſtans AGLAIA decora,
Noſſe quod exoptas, quiſquis es, inquit, habes.
Nos almæ Veneris veſtigia pone legentes,
Venimus ad thalamos optima ſponſa tuos.
Et coniuncta licet, Cytheræa Cupidine nato
Tranſiget officiis omnia ritè ſuis:
Vt tamen iſta dies conuiuis lætior eſſet,
Huc hilari libuit pectore ferre gradum.
Tum quia connubio cari lætamur amici,
Cura diu nobis qui tribus vna fuit.
Vix auras ſiquidem vitales hauſerat infans,
Cùm dedimus teneris baſia mille genis.
Cinximus & cunas circum redolentibus herbis,
Cederet vt paruo noxa repulſa toro.
Interea Phœbus mentem grauioribus ornans
Artibus, Eloquii iuſſit habere decus.
Vnde nec ingenuas contempſit degener artes,
Deſiit Aonidum nec ſacra caſtra ſequi.
Longinquas iuuenis quoties acceſſit ad oras,
Multa ferens acri tædia mente viæ,
Hæ ſimus adiunctæ lateri, ſeu puppe per æquor,
Seu faceret terris irrequietus iter.

Montibus eſt teſtis Rhodanus celer ortus ab altis,
Atque tumeſcentis Sequana rector aquæ.
Teſtis & Ilicibus pater Appenninus opacis,
Aurea qui cinctum tollit in aſtra caput.
Felſinea ô quoties veſtigia preſſit in vrbe,
Medoacus cultos aut vbi findit agros.
Adriaco quoties torqueri gurgite remum
Vidit, vt ad Venetos appulit ipſe ſinus.
Hinc placidi mores, hinc culti pectoris artes,
Hinc cum iudicio lingua diſerta graui.
Scilicet ignauo peragit qui tempora luxu,
Maternos nunquam deſerit atque focos,
Cum probro vitæ ſegnes inglorius annos
Exigit, & vulgi pars rudis vna manet.
At patrios linquens virtutis amore penates
Diuerſis luſtrat qui loca multa plagis,
Nec rapidos horret morboſi ſideris æſtus,
Nec timet hiberni temporis acre gelu,
Hunc tandem manet altus honos, hunc tollit ad aſtra
Præſtantes inter gloria clara viros.
Dii ſeruent multos te care IACOBE per annos,
Et nunc coniugio ſit Venus æqua tuo.
Dicere purpureo conantem plura labello
His interpellat pulchra Thalia ſonis:
Sit licet inter nos animi ſententia concors,
Quæque placent tibi, ſint & mihi grata ſoror.
Inprimis tamen eximio digniſſima ſponſo,
Nunc mihi præ multis nupta pudica placet.
Felix illa dies vno caſtiſſima partu
Edita cum cara quando ſorore fuit.
Tunc reor inſignes ſpondebat vtrique maritos
Circumagens rutilus ſidera celſa polus.
Altera nempe viro pridem Doctore ſuperbit,
Dulcis honorato cui fluit ore ſonus.
Altera nunc iuuenis florenti iungitur æuo
Legitimo

Legitimo coniunx intemerata toro.
Illius quid ego vitam moreſque probatos,
Et raras dotes ingeniumque loquar?
Vt radiis fulgens plenis argentea Phœbe,
Exuperat flammis aſtra minora ſuis:
Haud paucas animi ſic integritate puellas
Anteit, in noſtra quas Venus vrbe fouet.
Addidit ad mores faciem natura venuſtam,
In qua neſcio quæ gratia blanda latet.
Qualis Apellæis tabulis color eſſe putatur,
Quæ referunt artus parue Cupido tuos:
Aut qualem rubei tunc oſtentant amaranthi,
Cum niueis iungis lilia mixta roſis:
Talis & in facie color eſt, vel liuor iniquus
Quem putet egregium corporis eſſe decus.
Vnde magis tenero probitas elucet ab ore,
Et faciles geſtus plus grauitatis habent.
Nam velut obrizo ſi forſan Iaſpis in auro
Clauditur, aſpectu clarior eſſe ſolet:
Sic quoque virtutem magis admirantur, amantque
Mortales, pulchro corpore ſi qua venit.
Viue diu cari ſolamen dulce mariti,
Eueniant votis omnia læta tuis.
Hactenus, ac tenuit vocem: quam deinde ſecuta
Lætior Euphroſyne talia dicta dedit:
Teſtor Acidalii fontis diuina fluenta,
Me quoque connubio ſponſe fauere tuo.
Dignus es vt tantæ iungaris amore puellæ,
Dignus vt à Muſis hoc celebrêre die.
Hæc animi virtus fortunæ dona meretur,
Nobilis hæc generis præſtat origo tui.
Nominibus tituliſque valent auus, ampla potentum
Cura ducum, & ſecli gloria rara ſui,
Si quid in Elyſiis poſt fata ſuprema viretis
Cogitat, hæc thalami fœdera caſta probat.

Et genitor, quem diues adhuc Pegneſſe requiris
Præſtantem meritis & grauitate virum,
Felices animas inter cœtuſque beatos,
Ante Deum pro te plurima vota facit.
Aureus ipſe leo galea lætatur aperta,
Erigit & flauas ore patente iubas.
Affore namque videt tempus labentibus annis,
Te ſocii ſponſo iura parante tori,
Quo veſtra quondam ſurgant à ſtirpe nepotes,
Illius per quos tunc quoque duret honor.
Sed iam rauca ſonant alterno tympana pulſu,
Auſpiciis lætis & ſacra templa petis.
I fauſto pede, quo vocat alti rector Olympi,
Perpetua qui te proſperitate beet.
Hæc dulci Charites memini, ſunt voce locutæ,
Signaque lætitiæ certa dedêre ſuæ.
Ipſe quibus iungens fido mea pectore vota,
Optime ſponſe tibi gaudia mille precor.
Sit tibi cum tenera concordia coniuge firma,
Lædere quam poſſit nulla querela, diu.
Vnus amor vobis maneat, ſit & vna voluptas,
Quæ ſummum vitæ duret ad vſque diem.
Vitis vt annoſam frondens amplectitur vlmum,
Et decorat ſiccas fronde virente comas:
Sic tua te quondam blandis Catharina lacertis
Includens, requies ſit tibi grata ſeni.
Quæ precor euenient, lux clarior æthere ſurgit;
Aſpirant votis Phœbus & aura meis.

Abelo Straſburgo Iuriſc. & Martlæ Thomingæ.

CErnitur vt nulli tacitæ per tempora noctis
Abdita quæ cineris mole fauilla latet:
Gnaua ſed admotis flabris vbi ſuſcitat ipſam,
Maue miniſtra nouo ſueta mouere focum:

Conſpi-

Conſpicias ſenſim vires acquirere flammam,
Nutrimenta ipſi ſubdita quando vorat:
Aucta vago donec paſſim fulgore coruſcet,
Et faciat totam luce nitere domum:
Sic generoſa latens virtus impubibus annis,
Splendorem, nulli conſpicienda, tegit:
Quà datur obſtantes ſed mox perrumpere moles
Nititur, & longæ fert male damna moræ.
Quo creſcunt anni magis, hoc magis ardua tentans
Emicat, ac vires accipit aucta ſuas.
Nec mora, ſe vibrando ſolo pernicibus alis,
Tollit honoratum lucida in aſtra caput.
Exemplum petis? En iuuenilibus integer annis,
Qui ſacra templa ſubit ſponſus ABElus adeſt.
Quos non à pueris virtutis amore labores
Hic tulit, ad Muſas dum parat acer iter?
Impiger ad quas non oras acceſſit & vrbes,
Perluſtrans ſtudiis intima quæque ſuis?
Vidit Arar iuuenem, præceps Rhodanique fluentum,
Vidit & infidæ Sequana Rector aquæ.
Sæpe graues ſenſit flagrantis ſideris æſtus,
Inque pruinoſis Alpibus acre gelu.
Nil intentatum liquit, nil liquit inauſum,
Sicubi Pieridum fas fuit ire via.
Et tamen (vſque latent adeò vel maxima) clarum
Hactenus haud nomen viſus habere fuit.
Scilicet hoc veræ proprium eſt virtutis honores
Temnere nec titulis ante tumere diem.
At iam tecta diu tenebris ſe gloria tollit,
Et ſors munificas æqua recludit opes.
Strasburgi ingenium nunc mirari incipit orbis,
Reſque viri certam publica poſcit opem.
Iamque Periclei cœleſti ſede recepti
Herois, felix dicitur eſſe gener.
Herois quem nulla ætas ventura ſilebit,

 Inter-

[redacted]

Digitized by Google

In terris aliquid ſi modò iuris erit.
Atque has dum tædas tibi, præſtantiſſime ſponſe,
Gratulor, hæc cupida carmina mente cano.
Quæ licet haud facili ſint condita ſorte Mineruæ,
Vt tamen illa probes ore fauente, precor.
Iura modis alii numeroſis inclita tollent,
Cognita quæ docto ſunt tibi tota viro.
Non deerunt qui dona vehant inſignia ſponſæ,
Quæ tribus eſſe poteſt addita quarta Charis:
Sorte hac qua gaudes toto me pectore lætum
Virtutis teſtem ſit ſatis eſſe tuæ.
Hoc ſatis & tibi ſit, qui non Encomia ſpectas
Grandia, ſed proprio laudis honore viges.
Sic vel ſperatis viuas diuturnior annis,
Et cano ſoboles ſit tibi dulcis auo.

Sebaſtiano Leonharto, & Dorotheæ Snepſiæ.

DEbita conſequitur tandem ſibi præmia virtus,
Præſtita conſtanti cumque labore fides.
Speque licet cæpta interdum mora longior obſtet,
Læta tamen certum gaudia tempus habent.
Quod verò donum terris vxore pudica
Ætheria melius poſſit ab arce dari?
Hic portus, ſine quo vita hæc incerta vagatur,
Ceu ſine remigio quam mare nauis agit.
Et te virtutem propter, ſanctoſque labores,
Impenſam magnis principibuſque fidem,
Eximium donum certò LEONHarte manebat,
Quod faceret vitæ tempora grata tuæ.
Contigit hoc (tota quod lætor mente) tuamque
DOROTHEAM caſti munus amoris habes:
DORotheam cuius claro cum ſtemmate blandos
Exornat mores cum pietate pudor.
Hoc dono lætare diu, lætare pudica

Coniu-

Coniuge, ſint votis omnia prona tuis.
Diuitiis, dextra fortuna. prole venuſta
Perpetuò vobis rideat aucta domus.

Georgio Salmutho Medico, & Catharinæ Schvveickeræ.

QVid SAlmuthe tibi Medicorum gloria Sponſo,
Quid tandem voti noſtra Thalia dabit?
Virtutem cunctis Phœbæam propter & artem
Carus es, es carus propter & illa Deo.
Non igitur dubium ſacra quæ connubia ſancis
Euentum fuerint quin habitura bonum.
Si pateris tamen, irriguos vertamus ad hortos
Lumina, vbi paſſim germina læta virent,
Germina mirifico ſe complectentia motu,
Coniugii quæ ſunt dulcis imago pii.
Sunt vbi complexus ſuaues, & amica voluptas,
Fidaque perpetuus pectora nectit amor.
Hic hederæ tenero pandentes brachia nexu,
Flexilibus cingunt robora longa comis.
Hic Amaranthe vires, hic mollis ſurgit Acanthus,
Hic Clytie Phœbi ſeruat euntis iter.
Ecquid adhuc trahitur dilecti ſolis amore
Planta, licet radix fixa ſit ima ſolo?
Parte alia ſpinis ſe fundit Eringyon albis,
O nimium nuptis vtilis herba nouis!
Auſonius vites inſertas hoſpes oliuis,
Vuas vidiſti ferre oleaſque ſimul.
Vidiſti grauidis & amictas vitibus vlmos,
His adeo ſenſus vt quis ineſſe putet.
Qualis ineſt igitur decor & conſenſio plantis:
Vt fœcunda virens ſemina germen habet:
Tam vobis ſpecioſa ſit hæc coniunctio vitæ,
Tam ſit fœcundus tamque perennis amor.
Denique qui magnus caſtis Deus omnia præſtat
Coniugibus, veſtræ ſit panacea domus.

Digitized by Google

Caſparo Taſchenbergio & Mariæ Heiliæ.

QVando dari ſponſo ſponſam contemplor ad aram,
Ore ſacras myſta concipiente preces:
Iungentem dextris ſociali fœdere dextras
Ipſe mihi videor mente videre Deum.
Mente videre Deum videor bona cuncta precando
Dicere coniugibus fata ſecunda nouis.
Ille Deus, Deus ille tibi CASPARE MAriam
In dextram præſens tradit habere manum.
Veſtraque ſuccendens flamma conſtantis amoris
Perpetua ſtringit pectora iuncta fide.
Hoc meruit pietas tua munus, & integra virtus,
Doctrinæque fluens copia larga tibi.
Hoc fruere, hoc longos lætare maritus in annos,
Obuia ſint vobis proſpera, triſte nihil.
Nactus es hîc portum, qui cui conceditur, ille
A ſuperis donum maius habere nequit.

Michaeli Maſco Iuriſc. & Mariæ Straubiæ.

ECquid templa vident Sponſum Lipſenſia Maſcum!
Eſſe quod ô fauſtum numina dextra velint.
Aſtitit ad ſacras vir magnus laudibus aras,
Cui cingit dextrum Sponſa venuſta latus.
Tale reor Paradiſiacis par conſtitit hortis,
Euam quando Deus iunxit Adame tibi.
Flos in vtroque virens, formæ decus, inſcia fraudis
Pectora, & illuſtri cum pietate fides.
Vos ô vos Charites greſſus huc ferte ſecundos,
Ad thalamum Aonides pangite dulce melos.
At quid opus monitis? iamdudum bellula ſponſi
Cum Muſis ſeruat molle cubile Charis.
Ipſe precor maneat, ſacra quem connubia firmant,
Æternum ſponſis intemeratus amor.

Iacobo

Iacobo Bergero, & Marthæ Brandmulleræ.

NOn ſemper glacie terra eſt aſtricta, ſub arcto
Threicio bacchante aquilone:
Nec ſemper triſtes viduantur floribus agri:
Poſt hyemes ſuperingerit ortus
Sol oculus mundi tepidos, & tempore verno
Flore nouo loca cuncta coronat.
Mutat terra vices, mutant humana, videntur
Triſtitiam ſæuoſque dolores
Læta ſequi: Non ſi malè nunc eſt, omnibus annis
Sic erit, hora tulit meliora,
Quæ minimè ſperatur: edaces cedite curæ,
Læta die ſint omnia læto.
Ingens ille virûm decus, exemplumque bonorum
BERGERVS, qui coniugis antehac
Triſtia demiſſo lugebat funera vultu,
Quam facie nunc geſtit amica!
Dum thalamos repetens matura ætate iugales,
Ingenio formaque venuſta,
Quæ vitæ conſors ſolitorum ſitque laborum,
Ante aras ſponſam ſibi iungit.
Et quis coniugio non huic gratetur amice?
Quis tibi non bona cuncta precetur?
Dignus es his tædis, hoc caſti munus amoris
Inſigni probitate mereris.
Viue precor felix, rerum tibi copia diues,
Vnde poteſt modo, defluat alto
A cœli Rectore, hominum cuſtode piorum,
Nil vnquam tua gaudia turbet,
Vitis vt annoſam frondens amplectitur vlmum,
Et ramis decus aridulis eſt:
Sic tua te niueis includens ſponſa lacertis,
Suaue ſeneſcenti decus addat.
Altera ſit virtute tibi Cornelia, GRACCHVM

Tu cana æquipares pietate.
GRACCHVS cum geminos cepiſſet in ædibus angues,
Fœminam (vti ſcripſère) maremque,
Attonito monſtris Tuſcus reſpondit aruſpex:
Incolumem dimittere ſi vis
GRACCHE marem, vxori letum prius ingruet, Atta
Eſſe ſuper plures potes annos.
Alterius quod ſi ſexus dimiſeris anguem,
Te fatum manet interiturum.
Quis credat? necat enſe marem vir nobilis omni,
Sidera dum vertet polus, æuo.
Eſſe nefas ducens ſumma virtute maritæ
In viuis remanere ſuperſtes.

Burchardo Harbartho Theologo, & Concordiæ Funcciæ.

GEns vt Erythreas tua priſce Iacobe per vndas
Incolumis ſicco cum pede fecit iter,
Ad loca deſertis & venit inhoſpita ſaxis,
Quo Moſes iuſſit caſtra locare loco:
Quam nimio vaga turba ſitim collegerat æſtu
Irriguo cupidè fonte leuare cupit.
Flumina larga quidem nemora inter denſa fluebant,
Sed ſapor ingratam reddit amarus aquam.
Sicca ter admouit ſalienti labra liquori,
Ter populus potum reſpuit ore datum.
Et iam pertæſus vitæ, conuitia demens
Cœperat in fidum ſpargere ſæua ducem:
Cum Deus oſtenſo viridanti cortice ligno,
Amramidem iubet hac tingere fronde lacum.
In liquidas lignum vix hoc coniecerat vndas,
Ambiguo turba membra pauente metu,
Fuſus amaritiem cum mox liquor exuit omnem,
Melleque Cecropio ſuauius ora iuuat.
Hoc Superûm gaudens Iſraëlitica pubes

Munere,

Munere, ceu dulci proluit ora mero:
Et lætum pæana canens, modulamine dulci
Vocis, agit grates officioſa Deo.
Dic age priſcorum diuina volumina vatum
Pectore qui memori condita, ſponſe, tenes:
Quid (nec enim dubito pia quin myſteria ſubſint)
Quid liquor ingratus, quid ſibi ligna volunt?
Scilicet affligunt hominum quæ corda piorum,
Aduerſas fluidus res notat humor aquæ.
Arbore ſed cæſum lignum ſolatia certa,
E ſupera cœli ſede profecta, docet.
Mortales varius dolor & fortuna fatigat,
Sæpius vt vitam viuere triſte putent.
Ærumnis ſed in his, & dura mole laborum,
Cum nil præſidii, cum nihil inſtat opis,
Ipſe Deus, mediis, ne mens labet ægra, procellis,
Fidenti tandem corde vocatus adeſt.
Atque pios, lætis mutans triſtiſſima rebus,
Sperata haud vnquam commoditate beat.
Te quoque dum Muſis impendis tempore longo
Ocia, Doctorum nobile, ſponſe, decus,
Multa tuliſſe ſcio votis contraria, mentem
Sæpius afflixit cura laborque tuam.
Nec verò ſtudio potuit te vincere quiſquam,
Dum Muſis ſumma ſedulitate vacas.
Intentum libris cupido te pectore vidit
Lucifer, Eois qui vigil exit aquis.
Vidit & Heſperus, & vertens poſt muta Bootes
Obliquum mediæ tempora noctis iter.
Hinc tibi tam variæ doctrinæ copia manat,
Hinc tantas culto pectore promis opes.
Nec minus interdum, cum tempora dura tulerunt,
Inuida ſors fudit pocula amara tibi.
Quæ tamen exorbens animoſo pectore, curſus
Manſiſti conſtans in ſtatione tui.

Exhauſtis

Exhauſtis igitur nunc mente laboribus alta,
A ſuperis ingens poſt mala munus habes.
Munus habes ſponſam genere & virtutibus amplis,
Quam pietas decorat cumq; pudore fides.
Hæc tibi curarum requies erit vnica dulcem
Quamlibet hæc faciet dulcis amaritiem.
Hac fruere, hac longos cum caſta viue per annos
Coniuge, ſint votis omnia prona tuis.
Quæque olim caros referant pietate parentes,
Ad veſtros ludant pignora multa pedes.

Georgio Gualtero Medico, & Claræ Rothiæ.

ÆMulus Hippocrati, innumeros qui fortibus herbis,
Et medica nigris arcuit arte rogis,
Aureolo circum redimitus tempora ſerto
GVALTERVS diuûm limina ſponſus adit.
Quid precer huic ſummoque viro, Medicoque probato,
Qui tantæ paſſim nomina laudis habet?
Qualis & eſt multis æquari dignus honore,
Humano generi cùm bona tanta ferat.
Tempore ſit CLARA felix cum coniuge longo,
Illius ante ſalus excubet ipſa torum.
Quæ deſiderii votis animoque requiret,
Omnia ſucceſſu prona fauente cadant.
Salua domus vigeat, fama clareſcat honorum,
Sors tempeſtiuas commoda fundat opes.
Quos ſuccos ægris ad opem miſcebit & herbas,
Effectu reddant corpora ſana ſuo.
Denique cum fuerit cum laude peracta ſenectus,
Luſerit & ſoboles auctior ante pedes:
Cum thalami haud vno conſorte nepote relicto,
Tranſeat ad ſuperi regna beata poli.

Iohanni

Iohanni Katzſchio Medico, & Margaritæ Tauſiæ.

HOc erat in votis: templi ſacra KATZſchius intrans
Limina, ſerta nouus fulgida ſponſus habet:
Katzſchius Aonidum Medicus præclarus in hortis,
Cui dotes tribuit Phœbus Apollo ſuas.
Quis gemma dubitet Sponſa ipſum iure potiri,
Pectora qui gemma lucidiora gerit?
Hunc ô hunc cupidi quoties optauimus, alto
Vt veheret nobis lucifer axe diem!
Vota mouent ſuperos: nil te Saturne moramur,
Qui ſummo lentos conficis orbe gradus.
Errant qui ſpectant rutilantis ſidera mundi,
Et ſpes inde ſuas vanaque vota trahunt.
Qui fidit Chriſto vel refragantibus aſtris,
Optatum tandem, quod volet, omne feret.
Hunc Katzſchi (memini) ſupplex in vota vocabas,
Ille tuas hauſit, qua ſolet, aure preces.
Et nunc quam thalami ſociam Sponſamque petebas,
In dextram inque animum datque dicatque tuum.
Nil optare potes melius: quod vincit & aurum,
Et gemmas caſti munus amoris habes.
Quicquid ages poſthac, quæ ſumes cunque gerenda,
Ex voto cedent omnia prona tibi.
Quid? quid nos fauſto tibi quæſo precabimur ore
Iunxit amicitiæ quos tibi firma fides?
Scilicet ex toto cum iam ſis aſſe beatus,
Duret vt hæc vobis vita beata diu.
Ambiat amplexu tua te ſuauiſſima læto
Margaris, & figat baſia mille tibi.
Qui vitæ concordis amans Deus, illud Olympi
Ingens perpetua pace ligauit opus:
Et ſolatiolum vitæ ſociamque laborum,
Euam qui quondam iunxit Adame tibi:
Is vos conſeruans animis concordibus, vltra

Sauroma-

Sauromatas lites & mala cuncta fuget.
Idem prole domum læta fœcundet, & anno
Ludat adhoc puer hoc blandulus ante patrem.
Quæ precor euenient: lux clarior æthere ſurgit,
Aſpirant votis Phœbus & aura meis.

Iohanni Forſtero & Annæ Wanneræ.

GEmma velut tereti quando circundatur auro,
Candidior radio lucidiorque micat:
Sic cum formoſo ſi ſplendet corpore virtus,
Egregium præſtat conſpicienda decus.
Virtutem propter, doctas FORSterus & artes,
Auri qui pectus nobilis inſtar habet,
Nunc iterum gemmam primæ poſt fata maritæ
Legitimo iunctam fœdere ſponſus habet.
Hoc par ô felix iubeat regnator Olympi
Eſſe, parique liget mutua corda fide.
Firmiter incluſam ceu gemmam continet aurum,
Et geſtata micant ambo nitore magis:
Sic ſit in ambobus, longo iucundior vſu,
Perpetuo conſtans intemeratus amor.

Danieli Friſio, & Barbaræ Schilteræ.

TE quoque Doctorum, Friſi, decus, aurea traxit
(Quod bene dii vertant) ſub iuga blanda Venus.
Iam tibi ſola placet ſpecioſo Barbara vultu,
Quæ tibi vel mundi eſt totius inſtar opum.
Hanc vnam tacito ſuſpiras pectore ſponſus,
Omnis in hac vna cura ſtat, omnis amor.
Ergóne, cum varias regiones hoſpes obires,
Lædere cor potuit nulla puella tuum,
Offerret cùm ſe formarum mira venuſtas,
Quas fert diuerſis terra remota plagis.
Eſt aliquid magnum, caſti retinere pudoris,
Per loca carpis iter dum peregrina, decus.

Nempe

Nempe reſeruabas quouis te crimine purum,
Vt caſtus caſtos ingrederére toros.
Ac potius virtutis iter laudemq́ue capeſſens,
Tendebas Muſas per loca clara ſequi.
Iamq́ue ferebaris per florida teſqua virorum,
Quos claros quondam Græcia docta tulit.
Iam te Arpinatum ciuis monumenta tenebant,
Dum fundit dulci verba diſerta ſono.
Nec non euoluens numeroſa volumina Iuris,
Diſcebas æqui Iuſtitiæq́ue modum.
Hinc tibi tot faciles docti ſunt pectoris artes,
Hinc tantus verbis eloquioq́ue nitor.
Nunc etiam pretium virtutis amabile Sponſam,
Solamen vitæ commodioris, habes.
Tot conceſſa tibi diuino munere dona
Gratulor, vtq́ue tibi ſint diuturna precor.
Principio vtq́ue anni ſuauiſſima gaudia ſentis,
Ad noſtras vertit Sol vbi lora plagas:
Sic annus quæuis præſtans felicia totus
Effluat, & reparet gaudia quæq́ue dies.
Quiq́ue ſecuturi longo ſunt ordine menſes,
Adiutore ferant omnia fauſta DEO.

Georgio Lonnerſtadio, & Mariæ Schopperitziæ.

CVm par conueniens animis, & corpore pulcro,
Audio legitimi fœdus inire tori:
Neſcio qui motus mihi lætior occupet artus,
Illorum tædis vt bona quæque precer.
Præſentem videor templis mihi cernere Chriſtum,
Numine firmantem fœdera facta ſuo.
Angelicos etiam pueros quaſi cerno, ferentes
Veſte nouis ſponſis candidiore faces.
CHRISTVS adeſt Lonnerſtadi, connubia firmet
Qui tua propitio numine CHRISTVS adeſt.

Ille tibi

Ille tibi (quid enim coniunx auguſtius optes?)
  Et nuptæ præſens ad latus eſſe velit.
Hoc duce per cunctos caſus interritus ibis,
  Ad votumque cadent omnia prona tuum.
Sic ſobolem cernens natos nataſque venuſtam,
  Innumeris læta mente fruêre bonis.

Theodoro Môſtelio & Vrſulæ Teiliceiæ.

MOribus egregiis, & forma ſponſa venuſta,
  Præclaro gaudens Conſule neptis auo,
VRSVLA, cum præſtante viro, vernante iuuenta
  MOSTELIO, thalami fœdera inire parat:
Fœdera coniugii quæ dux ſocialis & autor,
  Approbat omnipotens ore fauente Deus.
Talibus & quis non gratetur amantibus? ætas
  Quos parilis, parili & iungit amore fides.
Nobilis & quorum toto ſe corpore virtus
  Exerit, è vultu blanda micatque Charis.
Quàm lætor, iuuenem cum ſponſum incedere, patrem
  Conſpicor eximios inter auumque viros.
Exemplo quorum ad magnos ſublimis honores
  Contendet, generis ſpeſque decuſque ſui.
Chriſte Deus rerum qui fons & origo, maritos
  Perpetuo curas promptus amaſque pios,
Hoc ô par iunctum longis feliciter annis,
  Diuitiis, pulcra prole, & honore bea.
Vt quorum depoſcit opem reſpublica, ſummi
  In ſera vigeant poſteritate viri.
Exemtiſque aliis vita mortalibus, olim
  Sint, qui perpetua te pietate colant.

Abrahamo Gisbacho, & Sabinæ Deubeneræ.

INgenii propter dotes & amabile donum
  Doctrinæ, morum conſpicuumque decus:

GIS-

GISBACHO quæuis ſpondebant optima Muſæ,
Promiſſumq; ratum iuſſerat eſſe Deus.
En Muſæ meruêre fidem, quæ maxima terris
Exoptare animo gaudia poſſet habet.
Nil opus eſt quæ ſint ea gaudia quærere, caſtum
Illius ingreditur ſponſa pudica torum.
Proſperitatis apex hic eſt, fortiſq; benignæ,
Hoc cui contigit, huic contigit omne bonum.
Nos hoc ergo bonum cur non gratemur amico,
Dicamus fauſto verbaq; fauſta die?
Ceu felix in amore fuit GISBACHVS amator,
Flumine vbi explicuit vela ſecunda rati:
Sic vitæ curſu fortunam ſentiat æquam,
Illius & votis proſpera cuncta fluant.
Sit ſoboles illi, ſit honorum & copia rerum,
Quæ longos ſenii duret ad vſq; dies.

Georgio Morlino & Catharinæ Schmanæ.

QVid ſibi vult, quod ſacra canunt oracula, caſto
Vna in coniugio viuere carne duos?
Ingeniis an non, cultu, ſtudiiſq́, laborum,
Eſt diſpar marium fœmineumq́ genus?
Eſt ita: ſed ſunt vna caro, quia pectora iungens
Intima in ambobus mutuus ardet amor.
Intemerata fides ſocialia iura tuetur,
Ille ſuam ſolam reſpicit, illa ſuum.
Quas res cunq; fauens fortuna miniſtrat, vtriſq;
Communes pietas & iubet eſſe ſuas.
Ac rurſum ſi quid ſors dura propinat amari,
Amborum mordax inficit ora ſapor.
Mutua vim contra ſimul hos defenſio munit,
Inq́; viri flagrans pectore zelus ineſt.
Cor etiam fibris potius rumpetur in imis,
Deſertam coſtam quàm ſinat eſſe ſuam.
Deniq; ſtirps generis noſtri vt longiſſima duret,

Producunt vnà pignora cara tori.
Quàm dulcis ſanæ eſt hæc contemplatio menti
Coniugii,infelix quem nihil iſta mouent.
At vobis,noua iam quibus inſtat vita,Georgi,
Sint hæc fauſta tibi,ſint Catharina tibi.
Vos diuina beet pleno benedictio cornu,
Quodq́; exoptatis præbeat omne Deus.
Sit diuturnus amor,defenſio mutua,rerum
Ius commune,fides,ſit ſobolesq́; precor.

Eraſmo Loſſio,& Eliſabethæ, viduæ Apelæ.

LOſſius vt templi ſacra limina Eraſmus adibat
Cum ſponſa caſtis moribus atq; fide:
Non leuis Aonidum tenuit dubitatio mentes,
Eſſent quæ ſponſo dona ferenda nouo.
Vna dari gemmas vult,altera diuitis auri
Pondus,at hæc pateram iudicat,illa ſcyphum.
Hic ERATO frontem myrto redimita virenti,
Splendida non ſponſus dona moratur,ait:
Ille libris variis Muſas induſtrius ornat,
Candidius verna pectus habetq́; roſa.
E vario quare texamus flore corollam,
Quem iuga Parnaſſi montis amœna ferunt:
Hæc auro teneros interlucente capillos
Ambiat,hoc gratum munus amoris erit.
Viuat,amet, multis cum coniuge floreat annis,
Hoc optant mites pectore & ore deæ.

Bartholomæo Rulichio, & Magdalenæ Groſiæ.

INſigni quamuis per ſe fulgore coruſcet
Eois adamas gemma reperta plagis:
Cælato ſi forte tamen claudatur in auro,
Quàm ſueuit radio lucidiore micat.

MAGDA-

MAGDALENA nitens eſt inter gemma puellas
GROSIA.conſpicuæ laude pudicitiæ.
Poſt tibi RVLICHI fuerit cùm iuncta marito,
Clarius hoc virtus exeret aucta decus.
O par egregium puroq; decentius auro!
Cura illud Charitum credo coiſſe chori.
Aureolus gemmam velut vndiq; circulus ambit,
Pectora ſic fiant iuncta ligante Deo.
Inuictus quoſuis Adamas & vt excutit ictus,
Sic,quem vis nequeat frangere,perſtet amor.

Iacobo Furmano, & Blandinæ Siberæ.

CErnimus arcanis naturam iungere cauſſis
Res,quibus & ratio ſenſus & omnis abeſt.
Accreſcit palmæ iunctæ velut oſcula figens
Mutua,fœcundo conſita palma ſolo.
Et dulces botros & lætas gignit oliuas,
Vitibus inſeritur quando virens olea.
Seruat iter Clytie Phœbi cum ſurgit in ortu;
Pronus in Heſperium cum mare condit equos;
Quantus amor caſtis inerit;quæ blanda voluptas
Coniugibus,plantas cum quoq; tangat amor.
Non illos virtute modo natura latente,
Fœdere conſtanti ſed ligat ipſe Deus.
Salue vita Deo verè gratiſſima,ſalue,
Quæ facis humanum ſola vigere genus.
Mella fluant thalamis caſtis,concordia felix
Quem foueat quouis tempore duret amor.
Hoc opto FVRmane tibi, cui nata SIBERO
Iungitur auſpiciis ſponſa venuſta bonis.
Tarda tibi veniat,quæ te cum coniuge dulci
Decrepitum terris auferat illa dies.
Cum coſta interea vitæ pius exige tempus,
Ad votumq; cadant proſpera quæq; tuum.

Digitized by Google

Andreæ Seibio, & Annæ Bergeræ.

IAm fera fugit hyems, vireſq; reſumſit ademtas,
Ignauo tellus quæ fuit vſta gelu.
Ante Lycaonia Borea ſtridente ſub arcto,
Errabant triſtes per nemus omne feræ:
In patulis volucres caueis ſine voce latentes
Mœrebant, ſiluis ceſſerat omnis honor.
At pictos videas nunc mille coloribus hortos,
Expandit teneras arbor opaca comas.
Abdita cantat auis ramis, lætiſſima tellus
Innumeras molli germine ſpondet opes.
Scilicet eſt vitæ ver dulcis imago iugalis,
Sed deſolati triſtis amoris hyems.
Vt niue ver igitur præſtat, connubia maius
Sic & habent vita cœlibe læta decus.
Ac quem coniugii lex intemerata recepit,
Felicem merito dixeris eſſe virum.
Seu fatum quoſdam ſeu ſtella maligna moratur,
Ne tanta poſſint commoditate frui.
Tu, cui propitii fulſerunt ætheris ignes
ANDREA, liciti fœdere digne tori,
Iungitur in prima cui caſta puella iuuenta,
Ius hoc coniugii lætior ecquid inis?
Lætus inis video: ſint omnia dextera ſponſis,
Propoſito cœlum ridet & aura tuo.
Viue diu, tecum viuat cariſſima coniux,
Suſcepto multo pignore viue diu.

Floriano Sigharto, & Magdalenæ Salmuthiæ.

FLorenti coniux iuueni, cui ducitur æuo,
Huic ornant meritò florea ſerta comas:
Intemerata viro florente puella iuuenta
Quæ datur, aureolum iure monile gerit.
Illa notant animum, qui vicit pectoris æſtus,

Hoc

Hoc notat in caſta mente pudicitiam.
Plaudite victori ſponſo,ſponſæq́; pudicæ,
Victores caſti ſint maneantq́; diu.
Vincant aduerſos caſus,vincantq́; labores,
Et quicquid nubis vita iugalis habet.
Non dubito,vincent:cui ſunt connubia curæ
Victorem neſcis ad latus eſſe Deum.

Georgio Klugio Iuriſconſ.& Chriſtinæ Luciæ.

QVæ ſacra iura tori parat alto clarus honore
Klugius (vt faciunt) numina dextra probent.
Vos Charites penes eſt quas mentis amica voluptas,
Coniugibus præſto vos precor eſte nouis.
Tempora ſponſo ornans viridanti AGLAIA ſerto,
Egregio geminet quod nitet ore decus.
In niueo geſtet collo noua nupta monile
Aureolum munus pulcra THALIA tuum.
EVPHRoſyne dextram conſtanti fœdere dextræ
Implicet,& faciat ſint rata vota diu.
Vt tres hæ graciles ſunt nudo corpore diuæ,
Coniugium fuco ſic careatq́; dolis.
Vt digitos digitis inſertos ordine geſtant,
Sic liget amborum corda perennis amor.
Deniq; ceu læto teſtantur gaudia vultu,
Triſtitiæ nubes ſic procul omnis eat.
Hæc opto eueniant:virtutem propter & artes
Fortuna ſponſus ſponſaq́; digna bona eſt.

Bartholomæo Waltero,& Magdalenæ Finckelthuſiæ.

ET quis non tædis felicia cuncta precetur,
Quas VValtere nouus ſpoſus inire paras?
VValtere ô noſtri decus haud vulgare lycæi,
Egregiæ Nymphæ qui face dignus eras.

Non modò doctorum numeroſa caterua virorum,
Quos vero candor iunxit amore tibi.
Concipiunt animo gratantia vota ſereno,
Pangentes hilari carmina blanda chely:
Ipſa ſed arridens facies pulcerrima mundi,
Gratantis ſpeciem tempore veris habet.
Aſpice quam niteant miro diſcrimine flores,
Spectantes vario quamq́; colore iuuent.
Semina mox foliis noua marceſcentibus edent,
Vt generis creſcens his reparetur honos.
An non coniugii hæc tibi dulcis imago videtur,
Vt contra vitæ cœlibis acris hyems?
Ver hoc coniugii longo tibi tempore conſtans
Duret, & augeſcat flore ſubinde nouo.
Diuitiis, fama, formoſa prole beatus
Cum tibi dilecta coniuge viue diu.

Dauidi Lippacho, & Catharinæ Huteræ.

QVid Lippache tibi, noue ſponſe, precemur amici,
Vt vitæ tempus rideat omne tuæ.
Non ſatis hoc, iuueni quod fœdere iungitur arcto,
Moribus & facie virgo venuſta tibi?
Forſitan inſignes tribui tibi pectore dotes
Expetis? at tibi nil hac quoq; parte deeſt.
Ingenium natura ſagax, animiq́; vigorem,
Cum varia rerum cognitione dedit.
Diuitias famæq́; decus maturior ætas
(Non odioſa tibi ſit mora parua) dabit.
Solum ego propitii tibi numinis opto fauorem,
Hunc vbi habes, fœlix cuncta maritus habes.
Sis (vt eris) curæ fida cum coniuge CHRISTO,
A thalamo CHRISTVS neſcit abeſſe pio.

Benedicto Iegero, & Eliſabethæ Franciæ.

ELISA-

ELISABETHA ſuo IEGERO Franciæ nubit,
Certatim Aoniæ ſerta parate deæ.
Serta quidem florum foliis non texta caducis,
Quos varias tellus educat inter opes:
Sed vis viua quibus non marceſcentibus inſit,
Et iugi decorent læta virore comas.
IEGERVM vel liuor amet, quem candor, & inter
Æquales virtus integritaſq; vehit.
His nitor eloquii venit & doctrina, remotis
In terris alacri parta labore, comes.
Scilicet hæ dotes ipſi peperére puellam
Egregiam formæ laude, pudore, fide,
Quæ poſſet decima eſſe nouem ſuperaddita Muſis,
Aut ſi ſint plures ordine quarta Charis.
VRBANVS genero pater hoc, affineq; longum
Gaudeat hoc concors Francia tota domus.
Coniugibuſq; nouis diuturnæ tempore vitæ
Fœcundus fundat nil niſi mella torus.

Balthaſaro Cruſio, & Catharinæ Strxeræ.

INgenio præſtans & multa CRVSIVS arte,
Cui blandæ Charites Pieridesq; fauent,
Coniugii pulcram inngens ſibi fœdere coſtam
Sacra fauente Deo limina ſponſus adit.
Hanc ego fortunam dilecto grator amico,
Illius & tædis fata ſecunda precor.
Nunc tibi parta quies, CRVSI, nunc vita beata
Contigit, optatus quoq; morere locus.
Det Deus vt quæ iam cœpit ſors læta perennis
Permaneat, ſtabili continuata gradu.
Creſcat amor magis atq; magis vos inter, honore
Floreat incolumis diuitiiſq. domus.
Atq; parens ſeros videatis vterq, nepotes,
Nec niſi decrepitos hinc ferat vna dies.

Digitized by Google

Euentura precor. tacitæ præſagia mentis,
Neſcio quod ſubitis motibus omen habent.

Zachariæ Bervvaldo, & Salomæ Helborniæ.

CONiugio, ſtabili quod fœdere iungit amantes
Virtute ornatos, integritate, fide:
Et quorum pietas illuſtrat pectora conſtans,
In terris quicquam ſanctius eſſe nequit.
Tale mihi videor ſacro par cernere templo,
ZACHARIÆ Salome dum noua nupta datur.
Zacharias probus eſt, induſtrius, integer, æquus,
Officii fungens munere ritè ſui:
Mente pia Salome eſt Helbornia gnaua, pudica,
Omnia cum ſponſo promta ſubire ſuo.
Dent illis ſuperi bona diuite plurima cornu,
Vitam, fortunas, ſpem generiſq;, precor.

Paulo Mugio Theologo, & Mariæ Salmuthæ.

QVod pia fata volunt tandem contingere certum eſt,
Longa intercedat ſeu mora, ſiue breuis.
Quod pia fata volunt in CHRISTI nomine cœptum,
Euentum nunquam neſcit habere bonum.
MVGIVS vt claro Salmutham ſanguine natam
Duceret, in fatis nemo fuiſſe neget.
Nempe merebatur ſuperum tam nobile munus
Laudibus inſignis vita probata viri:
Cuius in integro certatim pectore regnat.
Illuſtri conſtans cum pietate fides.
Nos hac fortuna cur non lætemur amici,
Officiis promti quemq, iuuare ſuis?
Lætamur vero: & teſtantes gaudia plauſu,
Cuncta exoptamus proſpera, Sponſe, tibi.
Viue diu tenera cum coſta, viue, nec vnquam
Perturbent veſtrum fata ſiniſtra torum.

Chriſtophoro Heiligmeiero, & Suſannæ Helbornie.

QVisquis ades, ſponſoſq; nouos accedere templum:
Ornatos habitu ſplendidiore vides:
HEILIGMEIERO ſponſo, ſponſæq; SVSANNÆ.
Ad ſanctum quæuis fauſta precator opus.
Hoc votum facileſq; preces vtriuſq; meretur
Virtutum vera cum pietate decus:
HEILIGMEIERVM, cum frigida ſtrata peroſus
Iura maritalis vellet inire tori,
Et de iungenda verſaret coniuge mentem,
His credo precibus ſollicitaſſe DEVM:
Magne Deus, Deus omnipotens, pater optime rerum,
Hoc mundi cuius dextera fecit opus:
Qui paranymphus Euam ſociando primus Adamo,
Vna iuſſiſti viuere carne duos:
Quiq; piis pronus gaudes pater eſſe maritis,
Et caſta caſtas percipis aure preces:
Si tua fert ita ſancte pater diuina voluntas,
Vxorem mens eſt iungere certa mihi.
Sed quoniam felix ſine te nihil eſſe putandum eſt,
Et ſine te quæuis irrita cœpta cadunt:
Te precor, vt ſancto modereris numine mentem,
Propoſitum ſanis conſiliiſq; regas.
Non ego quod Veneris ſtimulet veſana libido,
Coniugii mecum fœdera ſacra paro:
Sed quo dexterius curarum parte leuatus,
Commiſſum liceat munus obire mihi:
Rectius & teneræ ſtudiis prodeſſe iuuentæ,
Artibus ingenuis inſtituendo, queam.
Quam mihi tu dederis clemens, retinebo, puellam,
Et tibi pro tali munere gratus ero.
Audiit omnipotens, & formoſiſſima virgo
Coniugii conſors, quod cupis, inquit, erit.
Nec mora, tacta calent ſubitis præcordia flammis,

HEILIGMEIERO cor & amore flagrat.
Et nunc ſollicita toties quod mente petiuit,
Amplexu fruitur pulcra SVSANNA tuo.
Hac nos fortuna merito lætamur amici,
Optantes ſponſis cuncta ſecunda nouis.
Det Deus vnanimes longos ſeruentur in annos,
Fœcundam multa prole beentque domum.

Hieronymo Lottero, & Annæ Oelbaſiæ.

EStne? quod ambiguo nuper ſermone ferebant:
LOTTERVS tempus poſt breue ſponſus erit.
Eſt vero. (toto quod lætor pectore) ſponſus
Cum clari generis virgine templa ſubit.
Scilicet hoc pretium virtus, probitasq; meretur,
Vitaq; culpanda quæ ſine labe fuit.
Hoc modò contigerit dextris HIERONYME fatis
Cum tibi, felicem te nimis eſſe puto.
Iam ſolatiolum poſt funera mœſta tuorum,
Triſtitiæq; tuæ dulce leuamen habes.
Hæc quæ coſta datur curas tibi leniet omnes,
Si quid & in tacito pectore nubis ineſt.
Poſt tempeſtates ſæuas, imbresque profuſos,
Sic roſeo Phœbus clarior orbe micat.
Dii faciant, multos vt poſſis ſaluus in annos
Cum tenera placida coniuge pace frui.
Nec dubito, ſiquidem nullis quam fœdere iunctis
Coniugii propior ſueuit adeſſe Deus.

Henrico Kitſchio, & Catharinæ viduæ Hertelia.

DIuerſis diuerſa DEVS mortalibus auctor
Dona dat, arbitrio diſtribuitque ſuo.
Sed non eſſe puto donum præſtantius vllum,
Quam ſeruans ſocium fida marita torum.
Hac quiſquis potitur, ſpes & ſolatia certa,

Dum

Dum cœli fruitur luce ſuperſtes,habet.
Obuia ſunt(aiunt)aduerſa haud pauca maritis:
Sint:ea ſed ſuperat cuncta iugalis amor.
Huic qui colla iugo maturis ſubdit in annis,
Tempora nec vitæ læta perire ſinit,
Eſt meritò felix,omniq; vehendus honore,
Haurit is à ſummo ſuauia dona DEO.
Felices igitur numerandus KITSCHIVS inter,
Qui iuuenis thalami vincula caſta ſubit.
Iam verè,coſta deuinctus,viuere diſcet,
Ad latus & præſto ſentiet eſſe DEVM.
Vita ſit hæc illis fortunatiſſima:lætis
Excipitur noſtrum plauſibus omen:Erit.

Balthaſaro Pleſio,& Iuſtiniana Beckſteinia.

HOc erat hoc,Pleſi,quod in arce micantia cœli
Spondebant,quando natus es,aſtra tibi.
Regius occiduo clarè leo cardine fulſit,
Excepit Thetys ſolis vt ima rotas.
Pone ſequens hunc blanda Venus,licet acriter inſtans
Vrgeret,currus quas habet altus,aues.
Attamen exiguo data tempore lora reflectens
Subſtitit,ac ſoluit talibus ora ſonis:
Viue precor ſuperis modò nate fauentibus infans,
Vitalis felix viſa ſit aura tibi.
Cum matura virum quondam te fecerit ætas,
Te thalami conſors ſplendida virgo manet.
O quæ gaudia,quos tibi conciliabit honores!
Aduehat ô citus hunc Phœbus ab axe diem.
Dixit,& auertens roſea ceruice capillos,
Lætior occuluit ſub freta lata caput.
Arriſit cœli radios de vertice fundens,
Iuſſit & eſſe ratas aurea luna preces.
Aſtra fauent,PLESI,fauet ille potentior aſtris.

Ius

Ius habet autorem quem ſociale DEVS.
Ille tuam tecum IVSTINAM prole venuſta,
  Innumeris clemens augeat atq; bonis.
Sis felix: Es iam felix, diuinius vllum
  Coniugio vitæ non reor eſſe genus.

Georgio Morlino, iterum Sponſo, & Barbaræ Straubiæ.

TEmpora ſic querulus non durat in omnia luctus,
  Suntque ſuæ gemitus lætitiæque vices.
Coniugis en antehac qui raptæ funera flebas,
  Cordis & in fibris nil niſi mœror erat:
Nunc Morline nouam ſentis in pectore flammam,
  BARBARA qua ſponſum pulcra calere facit.
Nunc animo curis emotis gaudia fundis,
  Hoc, tibi qui claro ridet honore, die:
Et quis non hilari tecum ſua gaudia vultu
  Teſtetur, tædis vota feratq; tuis?
Integer eſt animus tuus, eſt & cognita virtus,
  Quas & ab exculto pectore promis opes.
Ad latus incedens affinis honoribus amplis,
  Tecum templa fauens aurea MASCVS adit:
MASCVS honor patriæ, quæuis ad maxima natus,
  Quo gaudet magno Saxonis ora viro.
Splendidus hunc cœtus comitatur in ordine longo,
  STRAVBIA quos numerat gens celebrata, virûm.
Ingeminant alii plauſus, & vota frequentes,
  Et Sponſis optant omnia fauſta nouis.
Quos inter non eſſe volo poſtremus amicos,
  Iunxit amicitiæ quos tibi firma fides.
Fata velint vt quæ prudens connubia ſancis
  Altera, ſint nuptæ, ſint tibi læta diu:
Nulla nocens pariles tempeſtas turbet amores,
  Ad placitum veſtrum proſpera cuncta fluant.
Bellula ſit ſoboles, ſit abundans copia rerum,

Et

Digitized by Google

Et quodcunque boni vita iugalis habet.
Iuſta precor, tu coniugii qui ſanctus es autor,
His votis iubeas pondus ineſſe, DEVS.

FVNEBRIA,

In obitum Dominæ Annæ, Illuſtriſſ. Electoris Auguſti Coniugis.

SI luctus vnquam, mœſti ſi cauſa doloris
His antehac terris ſors malefida fuit:
Nunc faciem nimis heu nobis oſtentat acerbam,
Et lacrymis lacrymas continuare facit.
Regia progenies, Ducis occidit inclita coniunx
AVGVSTI, noſtri ſplendor honóſque ſoli.
Occidit heu, nec vana fides, & preſſa recentis
Funeris aſpectu DRESDA dolore ſtupet.
Quid Dreſdam dico? regio quæ ſubdita cunque
AVGVSTO, miſeri ſigna doloris habet.
Hoc erat hoc, toties æſtate quod horridus aër
Arcebat radios ignee Phœbe tuos.
Hoc portendebant vndantia flumina paſſim,
Et toties imis ſtagna refuſa vadis.
Heu incerta nimis mortalis tempora vitæ,
Quam variæ verſant omnia noſtra vices.
Dum ſpes præclaras & gaudia ſæpe fouemus,
Non expectato ſors pede triſtis adeſt.
Sors, interuentu perturbans cuncta maligno,
Atque ferens quouis deteriora die.
Quæ non lætitiæ præſentia ſigna dabantur,
Quam noſtris inerat lætus in ore rubor?
Hanc tener in lucem princeps felicibus aſtris,
Cum ſeptem menſes editus ante fuit.
Quam iucundus erat tota conſpectus in vrbe,
(Iam vix bis ſeptem præteriêre dies)
Hac hilari traducta fuit cùm nupta triumpho
Aurea, principibus concomitata tribus.
Quis putet: hæc ſubitus vertens lætiſſima caſus

Diſtur-

Diſturbat cunctis gaudia nata locis.
Non ſecus ac cœlo cum ſplenduit aura ſereno,
Tempeſtas nitidum contegit atra polum.
Triſtia cuncta quidem mortalia pectora pungunt,
Succeſſu angores multiplicantque graues:
Ille tamen tacitè mentes dolor acrius vrit,
Quem non præuiſum ſors inopina tulit.
Et quis tam ferus eſt, quem non mœſtiſſima noſtræ
Hæc Heroinæ funera commoueant?
Connubio vixit magno dum iuncta marito,
Regnauitque tori fœdere ſuauis amor.
Cum natis genuit cariſſima pignora natos,
In quibus Heroæ lucet imago domus.
E quibus in curas ſuccedere cœpit auitas
CHRISTIAnus, patriæ firma columna ſuæ.
Sunt natæ reliquæ quæuis ad ſumma ſorores,
Quas magni caſtas expetiêre duces.
Connubio hoc ſaluis pax floruit aurea rebus,
Pax qua nil mundo gratius eſſe poteſt.
Quid reliquas memorem virtutes ordine longo?
Corde ſibi hoc pietas legerat ipſa locum.
Seu ſol Eoo radians emergeret orbe,
Heſperium peteret ſeu mare feſſus equis:
Diuinis intenta libris, animoſaque verbo
Cœleſti, aſſiduas fudit ab ore preces.
Quin ſæpe ingentis fidei certiſſimus index,
Audita hæc ardens vox pietate fuit:
Oro, ſacerdotes, defendite dogmata CHRISTI,
Sit vobis curæ relligionis honor.
A ſancto Chriſti ne quæſo recedite verbo,
Vnica conſiliis norma ſit iſta piis.
Munificis opibus nullos non iuuit egenos,
Præbendo facili munera larga manu.
Deſide cum luxu mores exoſa ſuperbos,
Vitam inculpatam degere viſa fuit.

Prælu-

Prælucenſque aliis virtutum dotibus amplis,
Exemplum, cuncti quod ſequerentur, erat.
Qui non hanc igitur leto deplorat ademptam,
Durius ah rigido cor adamante gerit.
At vero, in primis morſu nos ſauciat acri,
O AVGVSTE tuus Dux generoſe dolor.
Atq; tuum quoties mens cogitat anxia luctum:
Ex oculis noſtris gutta profuſa fluit.
Heu deſiderium moriens quale ANNA relinquit!
O nimis hoc ſolo mors vel iniqua modo!
Sed contra mœſtum recreent ſolatia pectus,
Diuini è verbi fontibus hauſta ſacris:
Cui ſoli viſa eſt, animam cui credidit vni,
In CHRISTI viuit membra ſoluta ſinu.
Iamque videt præſens caram ſua pignora, prolem;
Quæ cœlo vita functa recepta fuit.
Reddeturque ſuo AVGVSTO rediuiua, ſupremis
Ingentis mundi tunc vbi finis erit.
Nos quod amor pietaſq; iubet modò fungimur, atq;
Defunctæ mœſtas ſoluimus exequias.
Cætera CHRISTE tibi volumus committere, ſolus
Anchora tu ſolus portus & aura tuis.
AVGVSTO vires ſolamine ſuffice viuo,
CHRISTIANVM & ſerua quæſo potente manu.
Et certò facies i animo tibi fidimus alto,
Fidentes nunquam deſeruiſſe potes.

In obitum Auguſti Ducis Saxoniæ, &c. creandiſq; Imperatoribus Septemuiri.

IOSIAM ſi gens Iſraëlitica luxit,
Occidit in campis quando MEGIDDO tuis:
Planxit IEREMIAS lacrymis & plenus amaris
Hoc obitu patriæ vulnera facta ſuæ:
Nos non AVGVSTVM deploraremus ademtum,
Omnia quo viuo ſalua fuêre, Ducem?

Rex

Rex erat ille pius. cui cordi iuris & æqui,
Atque illibatæ relligionis honos.
Non noſter minor Elector clariſſimus Heros,
Exemplo rexit Iuſtitiaque ſuos.
Lugeat Imperii Maieſtas inclita cuius,
Dum vixit, ſolus firma columna fuit.
Mirati quem ſunt & ſuſpexere, quot vſquam
Cum magnis proceres regibus orbis habet.
Lugeat amiſſo Germania Principe tanto,
Virtutum donis vix habitura parem.
Lugeat hoc decus eximium, ſibi funere raptum,
Saxoniæ Heroæ ſtirps generoſa domus.
Qui verò noſter qui luctus conuenit eſſe,
Qui fuimus tanto ſubdita turba Duci?
Cuius & aſpectu viuentis numinis inſtar
Conſpicui licuit tempore quoque frui.
Heu res humanas miſeras! heu flebilis ordo
Fatorum! Variat ſors ita númne vices?
Hæc ne noui, lætus qui currere debuit, anni
Auſpicia? Hæc verbis omnia facta bonis?
Quas nobis animis miſeri ſpes finximus ingens
Hac interrumpit morte fugatque dolor.
Sperata pro lætitia creberrima gutta
Ex oculis veluti fonte perenne fluit.
Dicite, qui cœli faciem ſpectare ſoletis,
Aëris & dubias forte notare vices:
Menſibus elapſis ſolito num fulſerit orbe,
Sol volucres lucis qui regit autor equos?
An non obſcura texit ferrugine frontem,
Nube vaga radios impediente poli?
Ille index paribus diſtinguens partibus horas,
Viſus neſcio quid triſte ſonare fuit.
Sæpe leuans oculos ad magni lumina ſolis,
Dum quod præſagit mens tremebunda malum:
Non fruſtra, dixi, cælat ſua lumina Titan,

Nec toties ſurgit turbidus axe dies.
Eſſe quid ah vereor tacitus quod lugeat æther,
O noſtris terris parcite fata precor.
Tuque ô, qui nutu moderaris cuncta potenti,
Res clemens noſtras aſpice, magne Deus.
Cura magiſtratus tua ſint, hos numine dextro
Longæuos præſtes incolumeſque diu.
Hæc ego ſollicitis fruſtra dum fundo querelis,
Et mens ambiguo preſſa timore ſtupet:
Nuncius affertur noſtræ triſtiſſimus vrbi,
AVGVSTVM terris fata tuliſſe ducem.
Quid dicam? præceps viſus ruere æthere Phœbus,
Inuolui tenebris clarus & ipſe dies.
Qui gemitus hominum, quæ comploratio facta eſt,
Qui conſternato pallor in ore fuit?
Eheu res miſeras! eheu lacrymabile fatum!
Mundi delitias abſtulit vna dies.
Quæ poterunt poſthac nos delectare, quid vſquam
Iucundum nobis, dulce quid eſſe poteſt?
Nec ſatis hoc, tacitis mens carpitur anxia curis,
Hoc caſu quid ſi nos grauiora manent?
Ite vnà cuncti, ſacras voluamur ad aras,
Prenſemuſque pia Numina læſa prece.
Non dubium, exarſit mens omnipotentis in iram,
Supplicia & iudex iuſtus acerba petit:
Ite piis animis, inhibebit forte flagellum,
Nos animaduertens pœnituiſſe Deus
Ad pœnam lentus facilè obliuiſcitur iræ,
Immiſſum clemens lenit & ille malum.
Tu parta felix AVGVSTE ſalute quieſcis,
Non angor vitam nec labor vllus habet.
Inuiſis linquis mœſto nos funere terris,
Vnica quas tutas reddere cura fuit.
Ante tuum pietas procumbit prona feretrum,
Relligioque ſacras dilaniata comas.

Iuſtitia his comes eſt, fletu perfuſa tepenti,
Atque gerens palmam pax gemebunda manu.
Virtutes ſed Magne tuas AVGVSTE Camœnæ
Per terras poſthac & freta lata ferent.
Nunc luctus vocem includit, nec plura dolore
Victa, dat ingenio Muſa vocata meo.
Viue beatorum permiſte Heroibus. ætas
Virtutes poterit demere nulla tuas.

In obitum Sophiæ, è familia Eberhuſenorum, D. Wolfgangi Perlick Senioru, Senatoru & iudicis Lipſ. Coniugis.

QVisquis ad hoc tendis ſecura mente ſepulcrum,
Atque vides oculis hæc monimenta tuis:
Siſte gradum, vultuque notans hoc marmor aperto,
Carmina ne cedas quin prius iſta legas.
Mole ſub hac dignis virtutum fœmina præſtans
Dotibus, immiti morte ſoluta iacet.
Fœmina, quæ fuerat quondam, dum vita manebat,
Inter Lipſiacas gloria magna nurus.
Nomen erat SOPHIÆ, quod vt impoſuêre parentes,
Sic & conueniens rebus id omen erat.
A celebri quondam fama genus orta trahebat
Stemmate, cuius adhuc nomen vbique viget.
Non Eberhuſiacæ ſiquidem latet inclita ſtirpis
Gloria, ſi veteres enumerentur aui.
Orti vixerunt illo de ſanguine multi
Præſtantes meritis & grauitate viri.
Artibus exculti qui ſacra volumina iuris
Ingenio atque operis excoluêre ſuis.
Teſtantur monumenta virûm præclaraque ſcripta,
Nec non Lipſiacæ docta theatra ſcholæ.
Sæpius hoc ortos magnus de ſtipite Cæſar
Orantes vultus audiit ante ſuos.
Vnde etiam pretium virtutis, nomen auitæ

Munere

Munere Cæſareo nobilitatis habent.
Eſt aliquid vera laudem virtute mereri,
Atque ſibi magnos conciliare Duces.
Quæ ſtudio proprio propria virtute paratur,
Dici nobilitas hæc generoſa poteſt.
Bis duo contigerat luſtra annis iuncta duobus,
Legitimum petiit cùm noua nupta torum.
Et PELICANORVM veteri de ſtirpe oriundo
VVOLFGANGO florens tradita nupta fuit.
Sic proprii fama generis licet ante tumeret,
Attamen hoc cœpit clarior eſſe viro.
Nempe huius quoque venerunt ab origine ſtirpis
Laude graues digna iuſtitiaque viri.
Grande Scabinatus, qui munus Lipſidos vrbis
Suſtinuêre, & quos iam manet altus honor.
Profuit & coniux patriæ, dum tempore longo
Iudicis obtinuit grande Senator onus.
Tempus ad optatæ venit matrona ſenectæ
Sex annos vitæ luſtra gerenſque decem.
Ac dulces etiam nati natæque nepotes
Ante ſuos vidit ludere ſæpe pedes.
Tandem CHRISTE tibi conſtanti pectore fidens
In patria hac placidè fata ſuprema obiit.
Heu quantum luctum deſideriumque reliquit
Cara tibi ſoboles care marite tibi!
O quoties lacrymas effundens filia, dixit:
Viue precor, nec nos deſere cara parens.
O quoties gemitus viſi ſunt edere nati
Tundentes crebra pectora mœſta manu!
Sed ſi fata vocant, vis mortis ahenea nullis
Placari lacrymis muneribuſve poteſt.
Sit defuncta licet, viuit tamen, oſſa recepit
Terra, ſed exultat ſpiritus ante Deum.
Lætus & expectat venturæ gaudia vitæ,
Ipſe piis tribuet quæ ſine fine Deus.

Digitized by Google

De morte D. Paulli Gorlicii Salinarum Hallenſium Comitu.

SIc nos perpetuo luctus noua cauſſa fatigat,
Sic ſemper miſeri quod doleamus adeſt.
Quem modò florentem maturis vidimus annis,
En te nunc rapuit PAVLLE ſuprema dies.
Paule Salinarum præſes celeberrime, quo non
Alter in Hallenſi clarior orbe fuit.
O dolor! inuicti vis ô adamantina fati!
O nimium fallax & breue vita bonum!
Sicne iaces vir magne, tuam ſpumoſaque tumbam
Præteriens rauco murmure Sala videt?
Iamque furens tumidæ nimis aucta liquoribus vndæ,
Forte tuæ mortis funera mœſta gemit.
Quos tibi viuenti decuiſſet condere carmen,
Virtutum digna laude vehendo decus:
Hi luctus iterare graues, & fundere fletus
Coguntur, cineri iuſta ferendo tuo.
Reddite fata virum, vitæ mihi demite partem,
Si licet, & tantum reddite fata virum.
Sed quid vana precor, iacet heu iacet vmbra ſepulcro
Flebilis, & reditus non datur ad ſuperos.
Parte tamen meliore ſui famaque ſuperſtes
In terris, cœli gaudia viua capit.
Oſſa iacent tumulo quem ceſpite cincta virenti
Floribus innumeris læta coronet humus.

Epitaphium M. Erharti Hertelii, ludi Merſburgenſis Rectoris.

DOctrina excellens, & vitæ laude probatæ
Hertelius iacet hac preſſus Erhartus humo.
Edidit hunc ſuperæ vitales lucis in auras
Structa Variſcorum Curia culta ſolo.
Ingenio magnum, veræ & pietatis amantem
Artibus inſtruxit LIPSIA clara bonis,

Inde

Inde docens teneram ſumma cum laude iuuentam,
Per ſex hac annos Rector in vrbe fuit.
Parca viro vitam inuidit, quæ quando manebat,
Dignus is haud vnquam qui moreretur erat.

Epitaphium D. Leonharti Baadehorni, Collegii Iuridici in Acad. Lipſ. Senioris.

QVem veterum ſapiens ætas mirata fuiſſet,
Iactaſſet toto Romaque celſa foro:
Hoc magnus tegitur tumulo poſt fata BADhornus,
Dum vixit, ſecli fama decuſq; ſui.
Hunc alti coluêre Duces, Reſpublica curis
Huius nixa fuit conſiliiſque viri.
Muneribus variis ſummorum functus honorum,
Hæc inter geſſit grande Scabinus onus.
Hoc gauiſa diu fuit inclita LIPSIA fido
Conſule, quam promta iuuit & auxit ope.
Hoc gratata ſibi decus eſt Academia, donis
Eximiis vnquam non habitura parem.
Eloquium, virtus, grauitas, prudentia, candor,
Integritas, vera cum pietate fides,
Rerum vſus, doctrina, ſcientia iuris & æqui,
Omnia tam clarum viſa dolere virum.
Dum virtus erit vlla ſuper, laus vlla vigebit,
Huius in his terris fama ſuperſtes erit.
Quod mortale fuit tenui concluditur vrna,
Mens immortalis viuit in arce poli.
Oſſa ſolo placidè recubent, quod tempore quouis
Germine perpetui floris obumbret humus.

In obitum Dn. Pauli Franckenſteinii, Electoralis Scabini & Conſulis Lipſenſis.

QVi fuit ingenio, qui ſummus & arte Prometheus,
Ad ſuperos ſolitus ſcandere mente polos,
Caucaſea affixus fuit olim rupe putatus,

Cuius cor auido gutture vultur edat:
Quod tamen vſque nouum ſuccreſcat luce ſequenti,
Rurſus & immani pabula præſtet aui.
Dicite vos veterum quibus eſt ſapientia vatum
Cognita, quid ſibi cor, roſtra quid vnca volunt?
Sic ego: ſic alius: Qui magna negotia tractant
Magnatum curas corda pereſa notant.
Namque gubernandi quibus eſt commiſſa poteſtas
Publica, eos ingens ſollicitudo tenet.
Nec vigil in membris ſinit vllam cura quietem,
Seu nox atra volet, ſiue ſit orta dies.
Vnde cor apta tenens vitalis regna caloris,
Languidius, vires ſuppeditare nequit.
Hinc gelidi morbus lethi fabricator & autor,
Accelerat propero fata ſuprema gradu.
Conſul in hac celebri ſic FRANckenſteinius vrbe,
Dum graue ſollicito pectore munus obit:
Suſtinet ingentemque excelſo pectore molem,
Vi morbi victus mortis adiuit iter.
Ille quidem longo decumbens tempore, fortem
Non vllo hanc fractus corda dolore tulit.
Quin cupiens æqua terris excedere mente,
Arbitrio ſeſe tradidit ipſe DEI.
Felix qui potuit moriens confidere CHRISTO,
In cuius ſita ſunt vitaque morſque manu.
Delet hic affectu quæuis delicta paterno,
Et nobis clemens non nequit eſſe DEVS.
Sic Conſul curis peccato liber & omni:
Mortuus in cœlo gaudia viua capit.
Terra quieta viro ſit, amictum ceſpite læto
Perpetuo & florum vernet honore ſolum.

Ad Chriſtophorum Sehmanum Senatorem Lipſ. de obitu Eliſabethæ filiæ, vxoris Leonhardi Schmidii.

Cum

CVm mihi fama tulit, vir prudentiſſime, Nata
 Quod tua præproperæ mortis adiſſet iter:
Immaduiſſe genas fateor, dum multaque verſo
 Triſtia, præ luctu cor mihi molle fuit.
Cara tibi (ſcio) cara fuit tibi, ſæpeque dulce
 Solamen curis ELIZABETHA tuis.
Et merito: quis enim non proſequeretur amore,
 Ornarat quam tot dotibus ipſe Deus?
Blanda Charis toto ſpirabat corpore, vultus
 In roſei placida fronte ſedebat amor.
Alloquio ſuauis geſtuque decora modeſto,
 Ingenuo cunctis pectore cara fuit.
Huc accedebat pietas, fiducia mentis,
 Et ſpes in CHRISTO ſola locata DEO.
Quid multis? vitæ iuuenilia tempora virgo
 Cum traheret, decus hic Lipſidos vrbis erat.
Coniugii at poſtquam ſocialia fœdera iunxit,
 In vita ſenſit triſtia multa ſua.
Multas ærumnas, multos triſtiſſima luctus,
 (Arcano fato ſic ſtatuente) tulit.
At ſemper conſtans atque alto pectore manſit,
 Committens ſummo ſeque ſuoſque Deo.
Atque preces miſcens precibus, fore credidit, altis
 Vt ſol poſt nubes clarior iret equis.
Audiuit tandem DEVS ardentiſſima vota,
 His finem miſeris impoſuitque malis.
Incidit in morbum cauſſa quacunque premente,
 Non letum ante fores Elizabetha putans.
Ore preces fundit CHRISTO confiſa, nec vnquam
 Dimouet à ſupero lumina verſa polo.
Triſtis ades pater, & verbis ſolamina miſces,
 Mœſtitiæ præbes ſignaque certa tuæ.
Adſunt & multi qui conſolantur amici,
 Sperare & dictis optima quæque iubent.
Vocibus illa piis hortantes præuenit omnes,

E ſcriptis repetens aurea dicta ſacris.
Filiolæque ſuiſque valedicens, fieri quæ
In ritu cupiat funeris ipſa monet.
Quinta dies aderat, molli non languida lecto
Membra mouet, vitæ ſpes melioris adeſt.
Parua mora eſt, dum nemo putat, mors frigida pectus
Concutit, & vires deficiendo ruunt.
Vita ſimul properè tenues emigrat in auras,
Occupat & rigidus lumina victa ſopor.
Mortua ſic ſequitur matrem poſt perbreue tempus,
Ætherias & adit mente beata plagas:
CHRISTVM vbi te Dominum, maieſtatemq; verendam
Aſpicit, æternis perfruiturque bonis.
Non veteres curat iam libera facta dolores,
In cœlo dulcis corda ſerenat amor.
Illic dilecta matre occurrente, loquentis
Illius aſpectu ſe ſatiare nequit.
Illic filiolis poſt mortem læta receptis,
Figit candidulis oſcula blanda genis.
Horumque æternum ſic conſuetudine gaudens
Conſpectu fruitur colloquioque Dei.
Tu vero mœſtum cordis moderare dolorem,
CHRISTOphore, arbitrio ſubiice teque Dei.
Non cadit in terram diuum ſine numine paſſer,
E vacuo labens aëre vilis auis.
Illa capillorum quin confuſiſſima moles
(O ingens bonitas!) eſt numerata tibi.
Ille ſuos tentat, ſed eoſdem liberat, atque
In lætos vertit triſtia cuncta choros.
Is te, præſtando menti ſolatia, ſeruet
Cum nepte & nata coniuge cumque, diu.

In obitum D. Chriſtophori Sehmani, Senatoris Lipſ.

Ergo

ERgo vir excellens decus & ſpes magna tuorum
Te tulit è terris atra SEHMANE dies?
Nec fera mors mota eſt,pietas,prudentia, candor,
Eſſet & in niueo pectore quanta fides.
Iam maturus eras annis, Reſpublica curis
Lipſica gaudebat conſilioque tuo.
Ah miſeram ſortem, ſubitò febris arida venas
Tentat,& inſolito membra dolore flagrant.
Nil medicæ valet artis opus, medicamina torpent
Irrita, vis morbi ſæuior intus agit.
Illa furente tuos igni depaſcitur artus,
E membris donec vita ſoluta fugit.
Bis Titan (memini) duodena per aſtra relapſus,
Adducens ſecum tempora verna fuit,
Carior ELIZABETHA tibi cùm filia luce
Acceſſit manes Elyſiumque nemus.
Quæ pia tum fuerint mœſti ſuſpiria cordis,
Quæ fuerint lacrymæ teſtor ego ipſe tuæ.
Quam bene dilectæ natæ proſpexit amori,
Cui merito pietas grata paterna, DEVS.
Ad loca deducto vita propiora relicta
Reddita nunc præſens ELIZABEtha tibi eſt.
Reddita ſed coniux etiam cariſſima, viuens
Solamen rebus quæ fuit omne tuis.
His æuum nunc lætaris viuendo per omne,
Gaudia quæ grator iure SEHMANE tibi.
Oſſa quieta ſolo recubent, circumque vireſcens
Innumeras violas terra benigna ferat.

D. Georgio Morlino viro doctiſſ. lugenti immaturum obitum coniugis dilectiſſ. Catharinæ D. Sehmanni filiæ.

VNde tibi pangam ſolatia, docte GEORGI,
Neſcio, materiam Muſa coacta negat.
Vſque adeò rapta propero tibi coniuge leto
Tota mihi caſu mens ſtupet ægra tuo.

Illius haud longum eſt cum fleui fata ſororis,
  Promta miniſtrabat tum mihi verba dolor.
Inde patris planxi lacrymoſum carmine funus,
  Cui, dum viuebat, iunctus amicus eram.
Nunc hæret mihi vena, tibi cariſſima coniux
  Altera SEHMANI filia dum moritur.
Cur at id? afficior luctu gemituque recenti,
  Quem ſcio te nimium pectore ferre grauem.
Ah extincta iacet CATHArina virente iuuenta,
  Vix ingreſſa ſacri limina coniugii.
Hanc tu flagranti complectebaris amore,
  Res nec erat terris dulcior vlla tibi.
Ipſi tu contra, fida quem mente ferebat,
  Delitiæ ſolus, ſolus & ardor eras.
Hæc animo quando repetis, crudeſcit in horas
  Mœror, & hæc adeo lux odioſa tibi eſt.
Auget triſtitias infantula parua relicta,
  Ah nimium properè cui genitrix rapitur.
Sed quid agas? quid te afflictes? diuina voluntas,
  Cara tibi coniux vt moreretur, erat.
Hos & ei toties, vt ſcis, præſaga futuri
  Mens properos obitus vaticinata fuit.
Vince animum, viuit cœlo CATHArina recepta
  Phœbæis radiis clarior ante DEVM.
Nec dubita quondam tibi reſtituetur, vt vnà
  Coniuncti æternum ſitis in arce poli.
Curabit quoque filiolam DEVS. Orphana nunquam
  Illius auxilio proſpicientis erit.
Fide DEO, potis hic in gaudia vertere luctus,
  Sic lux poſt nubes clarior ire ſolet.
Rebus in aduerſis eſt magnum fidere Chriſto,
  Proximus hic, abſens quando putatur, adeſt.

In obitum Laurentii Iohannis F. Oetvvini pueri infantis.

Sic

SIc OETVVINE tibi prima heu mors vulnera fecit,
Et nati ſpectas funera mœſta tui.
Qua te triſtitia patrem rear eſſe, profuſis
Cum nobis fœdet fletibus ora dolor.
Téne ferox rapuit formoſe puellule Clotho,
Nec timuit vitæ rumpere fata tuæ.
Iam poteras caro tener arridere parenti,
Figebat roſeis oſcula quando genis.
Matris & alludens notis feſtiuus in vlnis,
Diſcebas blando fingere verba ſono.
Heu vitam incertam nimis! heu fallacia vota!
Occidis, & patri gaudia magna rapis.
Sic ego gramineos vidi modò nata per hortos
Imbre graui quondam lilia tacta mori.
Sed quid ego queror? hæc ſuperûm placuêre parenti,
In cuius ſita ſunt omnia noſtra manu.
Non periit, primo floret LAVRENTIVS æuo,
In Paradiſiacis plantula viua roſis.
Tu verò moderare tuum, vir docte, dolorem,
Placari lacrymis mors truculenta nequit.
Filioli mœſtus ceu nunc es funere, lætus
Sic, illum CHRISTVS cum tibi reddet, eris.
Interea tumulum ſparges vbi flore recentem,
Pars animæ noſtræ dicito nate vale.

Ad Dn. Vdalricum Groſium, de obitu Iullanæ Rallidis coniugis.

SIc igitur miſeris nihil eſt durabile terris,
Optima ſic quæuis inuida Parca metit.
O hominum infelix genus! ô immitia fata!
Quam ſubito turbat gaudia læta dolor!
Vita quid eſt? naſcens eſt bulla caduca per vndas,
Momento rurſus quæ perit orta breui.
Dum ſtabiles vitæ nos edere credimus annos,
Irruit ignoto mors inopina gradu.

En, tibi

En, tibi quæ fuerat, GROSI, cariſſima coniux,
Solamen veſtræ delitiæque domus,
Proh dolor, ante diem numeroſa prole relicta
Occidit, & ſecum ſpem tulit illa tuam.
Funere concuſſus triſti nunc ſolus, vt olim
Amiſſa querulus compare turtur, agis.
Tota tibi ſolito domus amplior eſſe videtur,
Sunt, loca quæ fuerant dulcia, grata minus.
At verò tecum quæ conſpicis omnia lugent,
Ipſa tuam credas tecta dolere vicem.
Non minus hoc obitu fidi triſtantur amici,
Multi ſe lacrymas poſſe tenere negant.
Hi tamen (vt poſſunt) te conſolantur, acerbum
Et caſum forti pectore ferre iubent.
Mutari quæ dura nequit fortuna, ferendo
Fit leuior: vincit qui mala ferre poteſt.
Eſt magnum quiddam, quando ſors intonat atra,
Credere propitio ſe, ſua, poſſe DEO.
Ille poteſt lacrymas in gaudia vertere, lætos
E luctu luſus efficere ille poteſt.
Huic qui fidit, habet quod votis omnibus optat,
Fidenti cedunt in bona cuncta DEO.

In immaturum obitum Erneſti, filioli Henningi Groſii.

SIccine te rapuit triſtis violentia mortis
ERNESTE, heu propero funere, belle puer?
Quid dicam? lacrymæ tepefacta per ora fluentes
Non me quæ cuperem dicere verba ſinunt.
Scilicet in campo veluti vernante videmus
Purpureas violas ſæpe roſaſque mori:
Sic anno marceſ pulcerrima plantula primo,
Morte tibi ſæuas iniiciente manus.
Heu quantos matri luctus, quantoſque dolores
Concilias, aufers gaudia quanta, tuæ:

Quin

Quin pater HENNINGVS pullo velamine tectus,
Amplius in vita nil ſibi dulce putat:
Spes erat, ah vitam ſi mitia fata dediſſent,
Te generi, patriæ te fore grande decus.
Hoc vigor in teneris membris & blanda venuſtas,
Hoc & ſpondebant aſtra ſecunda tibi.
Atropos inuidit: Melior te nempe manere
Debebat, cunctis vitaque plena bonis.
Hanc nunc ingreſſus ſupero ducente parente,
In pura cœli luce beatus agis.
Angelicíſque choris permixtus, in alite cœtu
Ante Deum blanda carmina voce canis.
Hic alias citharas audis, hic gemmea cantu
Fundit inauditum tibia mixta ſonum.
Felix in viridi qui mox extinguitur æuo,
Infandis mundi præripiturque malis.
Non ſpes hunc ducit, non curis angitur vllis,
Quæ nos hîc vrgent nec tot acerba videt.
Securus fati, ſortis ſecurus & omnis,
Tempora perpetuæ læta quietis agit.
At nobis, vitæ quos huius inania verſant
Somnia, quid quæſo triſtius eſſe poteſt?
Inuiſam trahimus per multa pericula lucem,
Ignari quando nos fera fata vocent.
Quid multum? preſſi miſerorum mole laborum,
Ærumniſque, adeo quotidie morimur.
Nunc quæ poſtremum donant ERNESTE parentes,
Accipito lacrymis ſerta rigata piis.
Cum quondam ſuperis ipſis redderis in oris.
Phœbæi radiis æmulus orbis eris.
Interea conſtante ferant hunc pectore caſum,
Pacata eſt aliquid triſtia mente pati.

Piis manibus D. Iohannis Reinmani, Medicinæ candidati.

Parca

Digitized by Google

Parca ferox adeon' ſæuit, neque parcitur vlli,
Cunctane ſic auida mors metit atra manu?
Qui modò doctrina, medicaque peritus in arte
Clarebat, generis ſpes columenque ſui,
Reinmanum properi tulit inclementia fati,
Tempus adhuc æui dum iuuenilis agit.
Spes erat (ah miſerum) ſi vita fuiſſet, honorum
Ire per inſignes hunc potuiſſe gradus.
Iam multis ægro pellebat corpore morbos,
Intentus libris Magne Galene tuis.
Iam gauiſurus titulo doctoris ad alta
Tollebat dignis laudibus aſtra caput,
Cum quæ nil ſinit eſſe diu laudabile, vitæ
Inuida mors ſubitò ſtamina ducta ſecat.
Nil ah cum ſuccis valuêre ſalubribus herbæ,
Quas aliis fida miſcuit antè manu.
Sic nauis quondam velis inuecta ſecundis,
In medio remis dum volat acta mari:
Paulò poſt rabie ventorum quaſſa fatiſcens
Soluitur, ad portus nec vada tuta venit.
Auſoniis olim periit ſic Cordus in oris,
Qui decus his terris grande futurus erat.
Sic nuper primo frater Chriſtianus in æuo
Occidit, icta æſtu ceu roſa blanda perit.
Heu quantos luctus inopina parentibus orbis
Funera, quot gemitus conciliantque graues!
Sed terris ambos rapuit, cœloque locauit,
Cuius in arbitrio ſunt ſita noſtra, Deus:
Humanæ videant mala ne teterrima vitæ,
Sed ſuperûm viuant in meliore loco.
Care vale Reinmane, fragranti flore vireſcens
Sit cineri tellus inuiolata tuo.

Ad D. Chriſtophorum Cæſarem de obitu filii Iacobi.

Dum

DVm pueri nuper lacrymabile defleo fatum,
  E cunis quem mors abripiebat atrox:
Et tibi filiolo,fertur, clariſſime CÆSAR,
  Inieciſſe feras impia Parca manus.
Ingemui triſti caſu, plantaria noſtris
  Ingemui terris tam generoſa rapi,
Quæ quondam patriæ poterant,niſi fata vetarent,
  Et generi magnum conciliare decus.
Indolis hoc etenim vigor in puerilibus annis
  Prodebat, virtus ſignaque certa dabat.
Et iam doctrinæ primordia prima IACOBVS
  Hauſerat ad Muſas tendere certus iter.
Agnoſcebat eum quin noſtra Academia ciuem,
  Illius nomen dum monumenta tenent.
Ipſe animo patris fortuna lætus amici,
  Fingebam fruſtra gaudia vana mihi.
Sic CÆSAR pater adducet poſt tempora pauca
  Filiolum,quondam ſic mihi notus erit.
Progreſſus faciet ſic ille in qualibet arte,
  Sic vegeto ſenſim corpore maior erit.
Heu ſpes fallaces,ſpes vana receſſit in auras,
  In medio curſu deſtituitque patrem.
Sed tu conceptum lenito corde dolorem
  CHRISTOPHOre,ipſe Deus curat amatque ſuos.
Deplorata ſatis noſtro ſunt tempora ſeclo,
  Luctus & gemitus per loca cuncta ſonant.
Nemoque non metuit, ne poſt grauiora ſequantur,
  Demens exoptet qui ſupereſſe diu.
Ante has ærumnas & hæc mala tanta IAcobum
  Præripiens,recta duxit ad aſtra DEVS.
Et claris quondam radiis tibi reddet amictum,
  Æternæ vt tecum tempora lucis agat.
Hoc te ſoleris: cunctos qui viuimus orbe,
  Seu cito ceu ſerò funera certa manent.

Epitaphium Balthaſaris alterius Dn. Chriſtophori Cæſaris filii infantuli.

FLoſculus vt ſurgens terra ſpecioſus in auras,
Frigoribus paulò poſt iacet vſtus humo:
Sic ſolatiolum & ſpes magna parentibus, ortus
BAlthaſar in lucem qui modò CÆSAR erat,
Præteritis vitæ ter quinque diebus & vno,
Vltima poſt tempus tam breue fata ſubit.
Perpetui quondam venient vbi ſecula veris,
Emerget rurſus floſculus ille ſolo.
Angelicos interque choros ceu ſtella micabit
Lucida, nec vitæ terminus vllus erit.

In obitum Sebaſtiani Oleſnicii de Oleſniki.

SI, quos in viridi letum crudele iuuenta
Sublatos merſit funere, flere decet:
Humanas & ſi tangit miſeratio mentes,
Quando patrum ſobolem mors violenta rapit:
Lugendus merito generoſa ſtirpe SEBASTVS
OLSNICIVS, generis ſpeſque decuſque ſui,
Ætatis qui dum florentes exigit annos,
Ante diem morbi vi ſuperatus obit.
Aſtra bis ætherio duodena recenſuit orbe,
Sol moderans ſuperos temporis autor equos:
Huc ſeſe quando patrios linquendo Polonos
Contulit, vrbs celebris quà Philyræa iacet.
Doctrinæ, laudum, virtutis & alta cupido
Longinquas adeo fecit adire plagas.
Flagrantem ſtudiis Academia noſtra recepit,
Ac mox ingenio viſa fauere fuit.
Nec mora, Pieridum cultis verſatus in hortis,
Artibus impendit tempora grata bonis.
Aſſiduo didicit doctrinam quamlibet vſu,
Circuitus Sophiæ quam ſpacioſus habet.

In pri-

In primis ſed cura fuit ſacra diſcere verbi
Dogmata, quod ſuperi fluxit ab arce poli.
Hinc pietas nulli ſine qua licet eſſe beatum,
Creuit & haud fictus relligionis amor.
Vna exornabat præclara modeſtia mores,
Gratus & innocua cum probitate pudor.
Eheu ſpes hominum vanas, incertaq; fata!
Euentu quoties irrita vota carent?
Quos nobis animis curſus proponimus amplos,
Diuerſam in partem ſors male fida trahit.
Non ſecus ac puppim pelago quæ fertur in alto,
Inuito retrò remige fluctus agit.
Spes erat ah reducem magna cum laude Sebaſtum,
Ad patrios ſaluum poſſe redire lares.
Iam pater aduentu natorum lætus amico,
Pectore fingebat gaudia certa ſuo.
Sic maior mihi, dicebat quas viderit vrbes,
Emenſus referet quas fueritq; vias.
Poſt etiam paulò doctrina excultus, & annis
Maturus, quo ſe patria iactet, erit.
Hæc fruſtra ſecum rapientibus irrita ventis,
Vota pater finem non habitura refert.
Dulci pro reditu pro congreſſuq; SEBASTVM
Nuncius extremum fert obiiſſe diem.
Qui dolor & luctus cara cum matre futurus
Sit patri, verbis dicere Muſa nequit.
Flebilibus videor loca plena videre querelis,
Turgidulas lacrymis atq; madere genas.
Sed quoniam ſuperum fuit hæc diuina voluntas,
Mœſtitiæ quendam fas poſuiſſe modum.
Cœleſtes inter cœtus animasq; piorum,
Ætheris in pura luce SEBASTVS agit.
Cuiq; fuit moriens confiſus pectore toto,
In CHRISTI ſentit gaudia viua ſinu.
Hanc illi vitam demto nos fine beatam,

Gratari pietas officioſa iubet.
Eſt aliquid ſeu læta iuuent,ſeu triſtia pungant,
Æterno firma fidere mente DEO.

Manibus beatis Caſpari Oleſznicii Poloni.

SIc CASPARE igitur quæ nulli parcere ſueuit,
Parca etiam ſupero te tulit orbe ferox:
Caſpare,ô generis ſpes nobilis ampla,decuſq;,
Longum qui ſeclum viuere dignus eras.
Vix abiit totus reuolutis menſibus annus,
Cum frater propera morte SEBASTVS obit.
Iam fratrem ſequeris prima florente iuuenta,
Atq; iterum mœſti iam damus inferias.
Quis non hos obitus & fata immitia plangat,
Quæ patriæ hoc ingens eripuére decus?
Sed quodcunq; parum ſors affert æqua ferendum eſt,
Non lacrymis flecti mors inimica poteſt.
Corporis infirmi CASPARVS mole ſolutus,
In cœli vitam luce beatus agit.
Hæc illi potius gratari gaudia par eſt,
Gaudia quæ ſanctos non peritura manent.

In obitum Petri Codicilli à Tulechoua, Academiæ Pragenſis Rectoris.

QVi grande Pragæ claruerat decus
Cunctiſq; carus qui fuerat bonis,
Mors ſæua quæ nullum perhorret,
Abſtulit heu modò CODICILLVM.
Lugete virtus & pietas virum,
Lugete Muſæ:Relligio ſacra
Sumens amictum triſtiorem,
Fata fleat cita CODICILLI.
Phœbo dicatis quidquid in artibus
Linguiſq; doctis,quidquid & in ſacris
Myſteriis eſt, CODICILLVS

Mente

Mente bonus memori tenebat.
Regnabat alto pectore comitas,
Candorq; fuci haud conſcius vllius,
Autoritas vultu relucens
Neſcio quid graue præferebat.
Hunc ergo terris eripuit virum,
Per longa dignum viuere ſecula,
Fatalis horæ vis? ruentis
Heu nimium fera iura lethi!
Sed nil iuuant triſtes querimoniæ,
Iam CODICILLVS liber, & angelis
Sanctisq; permiſtus prophetis
Luce Deum meliore ſpectat.
Suprema rerum cum veniet dies,
Et orbis ingens machina corruet,
Ceu ſtella fulgens emicabit,
Præmia percipiens laborum.
Tu CODICILLI quæ tegis arida
Nunc oſſa tellus, liliaq; & roſas
Fundas & æuo viuat omni
Gloria famaq; CODICILLI.

In obitum Ioachimi Helmerichi.

HELmricho vitam Parcæ inuidêre, ſed illum
Tranſtulit è viuis ad meliora DEVS.
Sic quo quis melior viridi probiorq; iuuenta,
Hoc citius (miſerum) fata ſuprema ſubit.
Scilicet ærumnas vitæ ne ſpectet acerbas,
Et mala mortales quæ nimis aucta premunt.
Nos obitum IOACHIME tuum ſat luximus ante,
In triſtes cecidit gutta profuſa genas.
Et nunc hæc noſtrum tibi quæ teſtentur amorem
Carmina, ceu loculo ſerta ſuprema damus.
Viue polo felix: vita quæ mœſta manet nos
Vita tua in quanto nunc meliore loco eſt?

Digitized by Google

In imaginem D. Wolffgangi Meureri.

HOs, vt erant quondam, mixta grauitate ſerenos
MEVRERI vultus picta tabella refert:
MEVRERI, Medica Doctor celeberrimus arte
Lipſenſi is quando floruit vrbe Senex.
Nemo hoc dexterius ſuccis fuit vſus, & ægris
Nemo magis potuit ferre peritus opem.
Doctrinæ quiuis miratus nobile donum
Cum varia rerum cognitione fuit.
Intima naturæ penetrauit acumine mentis
Omnia, quæ Lunæ ſubditus orbis habet.
Huius ad hæc animo Pietas, Conſtantia, Candor,
In ſacra veluti legerat æde locum.
Poſt obitus corpus terris mortale receſſit,
Clara Viri ſupereſt neſcia fama mori.

In inſignia Peifferorum Lipſ. familiæ.

QVæ coram depicta nitent inſignia, dignæ
Sunt PEIFFErorum nobilitate domus.
MAXIme, ceu ſummæ virtutis præmia, CÆſar
Munere quæ data ſunt ÆMILIANE tuo.
Inflexa bicolor clypeus ſe margine pandit,
Quadratis ſpaciis diuiditurq; nouem.
Quorum quinq; color ſpecie diſtinguit amœna,
Sideribus ſuperis qualis ineſſe ſolet.
Quatuor at reliquis æquali parte diremtis,
Inductus croceus cernitur eſſe color.
In medio triplici ſerie tria cornua fulgent
Aurea, facta tribus rite foraminibus.
Abſide poſt clypei galea eminet ardua ſumma,
Regia quam gemmis plena corona tegit.
Hinc geminæ tollunt ſeſe ſublimius alæ
Præpetis, arma ferunt quam ſua ferre Ioui.
Ordine diſtinctas has diuerſoq; colore,
Per medium rurſus cornua bina ſecant.

Virtu-

Virtuti debetur honor, virtuteq; parta
Nobilitas, conſtans & diuturna manet.
Ceu quadrata patent quauis æqualia parte,
Sic virtus ſimilis non nequit eſſe ſui.
Auro confertur, quamuis pretioſior auro,
Sit: ſed & è cœli ſemina luce trahit.
Non obſcura latens celebri replet omnia fama,
Sic edunt clarum cornua acuta ſonum.
Quid iactamus opes, & auitæ ſtemmata gentis
Hanc galea è gemmis hanc diadema decet.
Alite ceu penna contendit ad ardua virtus,
Nullaq; nitentem vis retinere poteſt.
Sint PEIFFERORVM ſtirpi felicia fata,
Floreat & ſeclis innumerabilibus.

Opt. artium cognitionem rebus aliis quibuſcunq; præſtare.

VT quando incumbunt pelago cum turbine venti,
Contrariis iactatur Adria fluctibus:
Sic homines terris ſtudia in diuerſa feruntur,
Variisq; diſtinentur actionibus.
Sunt quos caſtra tubasq; ſequi iuuet, horridaq; arma,
Dubiiq; mille perpeti Martis vices.
Contra alii graue Martis opus lituosq; peroſi
Ab exteris merces ferunt mundi locis.
Ignotos per Afros, & Eoos curſibus Indos
Vagantur, Alpiumq; celſa per iuga.
Aut vbi perpetuò Scythiæ vicinior oris
Inhoſpitalis Caucaſus riget gelu.
Non Scyllam metuunt, implacatamq; Charybdim,
Minasq. Neptuni furentis horridas.
Vt modò diuitiis per ſumma pericula partis,
Præire poſſint cæteris mortalibus.
Quin alios videas qui nulla negotia tractent,
Opes ſed inter læta ducant ocia.

Aut luxu indulgentes Circes acrius herbis
Effœminentur,vt omne perpetrent ſcelus.
Verum qui cupiant doctis incumbere Muſis,
Et comparare decus ſibi ſcientia:
Vix reor inſigni cum laude tot eſſe,quod æther
Circum rapit motu celer ſphæras ſuo.
Aſt ô mortales cœcos,æterna caducis
Temerario qui præferunt auſu bona!
Qui non intendunt animos in rebus honeſtis,
Nec vt bonos deceret,honeſtatem colunt.
Diuitias animi veras ſed deſpiciunt dum,
Cultas & execrantur artes Pallados:
Incertæ potius vitæ bona fluxa ſequuntur,
Quæ legibus fortuna ſubiacent tuis.
Et quæ iudicio numeroſum vulgus iniquo
Felicitates eſſe cenſet maximas.
Errat at is fragilis præſentia commoda vitæ
Præferre qui donis volet ſcientiæ.
Cum cito prætereant vi temporis omnia longi,
Quæ corporis dubiæq; ſunt ſortis bona.
Libera ſed maneat diuina ſcientia fatis,
Nec interire poſſit vllo tempore.
Nam licet Ætnæum quis vaſto corpore fratrem
Excedat,altaq; tangat aſtra vertice:
Quando tamen figit,diros Adamantina clauos
Neceſſitas,fatumq; ineuitabile:
Quo valuit magnum immani cum corpore robur
Seſe expedire mortis haud laqueis poteſt.
Nec diuturna manent inſignis munera formæ,
Qualis Venus tua,Tyndaris qualis tua.
Exiguo feruens ſpacio corrumpitur ætas
Vt aridum flacceſcit æſtu lilium.
Vſum diuitiæ præter viliſſima ſunt res,
Et nihil niſi curas ferunt mortalibus.
Præterea fortuna potens his præſidet,& iam

Da?

Dat eas, modoq; quas dedit rurſus rapit.
Sed nihil in Muſis ſacratos lubrica iuris
Habere ſors longumq; ſeculum poteſt.
Diuitiæ culta quas ipſi mente repoſtas
Gerunt, manent poſt vltimos ſaluæ rogos.
Nunquid enim dotes diuini vatis Homeri
Monumenta totq; longa corrupit dies.
Scilicet in toto ſemper cantabitur orbe,
Circumuehet dum clara cœlum ſidera.
A memori doctus Maro poſteritate legetur,
Rapidum ſinu dum Tybris influet mare.
Viuet & Aſcræus dum taurus aratra ſubibit,
Dulciſq; dum latebit vua pampino.
Quam vero vitæ partem non fulcit & ornat
Facit beatos ſola quæ ſcientia?
Deme viros terris doctos, natura peribit,
Et omnia antiquum velut repetent Chaos:
Deſinet eſſe decus virtutis, & omnis honeſtas,
Fugiet fides & veritas, fugiet pudor.
Cedite qui tumido, faſtuq; odioq; frementes
Muſas pias, doctoſq; temnitis viros.
Cedat robuſtus Briareus ingenſq; Typhœus,
Cedat minis armiſq; miles horridus.
Cedat forma decens & amœni gratia vultus,
Cedant opes Hermi Tagiq; diuitis.
Omnia virtuti coniuncta ſcientia vincit,
Splendore ſol quæ luſtrat aureus ſuo.
Ille ſatis locuples, ſatis eſt formoſus, & audax,
Quicunq; cultum pectus artibus gerit.
Vt libet, incultum miretur vilia vulgus,
Volubilis fidatq; ſortis paſſibus.
Interea vigeat doctorum gloria, mentes
Nec artibus coli beatæ deſinant.
Vberiuſq; illis Phœbus, maioreq; fructu
Scientiæ liquore fundat pocula.

Digitized by Google

Præſtandam eſſe in victu temperantiam.

VT foueant homines moderato corpora victu,
Sectentur aureamq́; temperantiam:
Multa monent, Natura modum præſcribit & ipſa,
Attentius ſi mente quis conſideret.
Condita ſic noſtri ſunt organa corporis, vt non
Onerata munus exequi poſſint ſuum.
Ventriculi ſiquidem calor abſorbetur, & humor
Innatus immodico ſimul perit cibo.
Atq; iecur vitiis alimenti impurius, intus
Generare alentis ſanguinis parum poteſt.
Cor quoq; vitalis marceſcit origo caloris,
Exhalat vnde flamma ſanguine debilis.
Flamma, ſolet membrum quo corporis omne foueri,
Simulq́; ſacra vigere mentis actio.
Deniq; qua veniunt motus ſenſusq́; cerebri
Vis tota languet & ſubinde deficit.
Sic homines onerans incuria perdere multos
Solet, dies vt ante deperiant ſuos.
Contra qui modico corpus potuq́; ciboq́;
Præſcripta naturæ ſequens fouet:
Multos ille poteſt annos attingere vitæ,
Et ſeculum ſupereſſe viribus integris.
Mane ſtatim vegetus præſcripta ad munia ſurgit,
Opusq́; læta mente quodq́; ſuſcipit.
Eſt ventri bene, membra vigent expertia morbi,
Natiuus ipſo vernat in vultu rubor.
Sunt alacres ſenſus, dum vis viget integra mentis,
Seſeq́; promtos exhibent ad omnia.
Hac vita quidnam quæſo iucundius, aut quid
Hac eſſe ſanitate ſuauius poteſt?
Non etenim vita eſt multos implere dies, ſed
Valere ſola vita rectè dicitur.

In carmina ſacra D. Caſparis Starckii Lipſ.

NOn numeri tantum, ſed Chriſti nomine gaudens
Vis animi, dignum laude poëma facit.
Dulce ſonant numeri, ſed plus pia pectora flagrans
Spiritus, è cœli qui venit arce, mouet.
Ornat vtrumq; decus venerandi carmina Starckii
Innumeris plenus numine motus ineſt.

In decada epithalamiorum D. Caſpari Amther Medicinæ Doctoris.

SI res commendat præclaras longa vetuſtas,
Autorem ſapiens ſi quod & ornat opus:
Quis celebrare ſatis poſſit connubia quorum
Ille ſator rerum eſt fons & origo DEVS?
Huius vbi liquidi ſtaret iam machina mundi,
Cura mari ſociam iungere prima fuit.
Fœdus is hoc ſanctum diuino numine ſeruat,
Humanum exaugens hac ratione genus.
Felices igitur nimium nimiumq; beati
Cenſendi, licitum qui ſubiêre torum.
Credibile eſt, illis fuerint vbicunq; locorum
Cum caſtis geniis ad latus eſſe DEVM.
Et quoniam tales hoc dulce poëma celebrat,
Eximiam laudem quò mereatur habet.

In diſputationem D. Georgii Masbachii Medici de Melancholia.

VT, quando craſſo permixta vapore per auras
Obducunt clarum nubila denſa polum,
Omnia nigreſcunt dubia caligine circum,
Sole ſuum terris eripiente iubar:
Corporis exhalans ſic è penetralibus ater
Humor, vbi cerebrum membraq; tota petit,
Spiritus inficitur nigrore micantior aſtris,

Qui ſumma ſedem corporis arce tenet.
Morborum hinc varium genus, hinc affectio mira
Senſibus officium mente negante, venit.
Nec leuis artis opus leuis aut ſolertia, tantùm
Conceptum veniſ poſſe fugare malum.
Quo magis eximiæ doctrina nomine præſtans
MASBACHVS, magna laude vehendus erit,
Huius qui cauſſas morbi ſcrutatur, & ortum,
Demonſtratq; ſimul quæ medicina iuuet.
Rectius Argolicis quondam Podalirius oris
Ferre Melancholicis non potuiſſet opem.
Viuat MASBACHVS, multis & floreat annis,
Poſteritas dignus quem numeroſa colat.

In alteram eiuſdem diſputationem de temperamentis.

CVm varias habeant hæc infima corpora vires,
Subdita quæ radiis aurea luna tuis:
Quis cauſſas harum verbis ſatis explicet altas,
Quaſq; ferunt crebras omnia nata vices?
Atqui primæuo res ſolæ quatuor ortu
Cuncta regunt, miro conſtituuntq; modo.
Frigida cum coëunt calidis, humentia ſiccis,
Mutua congeniti viq; caloris agunt,
Multiplici videas exiſtere corpora forma,
Interius motus & peperiſſe nouos.
Poſt & agendo ſua quadam ratione feruntur,
Innata membris temperieq; vigent.
Hinc eſt ad proprios ſibi res hæc pronior actus,
Naturæ hæc vires debilioris habet.
Hinc mirè varians animorum affectio manat,
Mens admirari quam ſatis ipſa nequit.
I nunc ex atomis volitantibus aëre paſſim
Componas mundos Craſſe Epicure tuos.
Naturæ te ſola vel hæc miracula vincunt,

Atq; Dei produnt omnipotentis opus.
Hæc quoniam nobis rerum miracula pandit
MASBACHVS medici fama decuſq; chori,
Sit ſua laus illi, ſit gloria digna, ſuperſint
Et longum tanti ſcripta diſerta viri.

In diſputationem M. Chriſtophori Meureri de Iride ſeu arcu cœleſti.

INgenio quo quis maior, magis ardua tentat,
Deſpicienſque animo vilia, ſumma petit.
Non ſatis eſt illi rerum cognoſcere cauſſas,
Quas exploratas vel rude vulgus habet.
Altius aſſurgens quæ ſunt minus obuia quærit,
Geſtit cœleſtes & penetrare plagas.
Aërio quæ pulcra micat Thaumantias orbe,
Multiplici mentes picta colore mouet.
Quæ ſit cauſſa latet: nec doctos conuenit inter,
Tam mirus ſupero ſit color vnde polo.
MEVRERVS dirimit lites, & proxima veris,
Enodans vigili cuncta labore docet.
Macte animo MEVrere, ſenis ſpes ampla parentis,
Ingenium ſpondet nil mediocre tuum.
Dii tibi dent curſus faciles, & vt edere poſſis
Multa, velint ſaluum te ſupereſſe diu.

In diſputationem eiuſdem alteram de Mathematicis diſciplinis.

VSus remigiis alarum Dædalus, olim
Per vacuum pernix aëra fecit iter.
Fabula: quis credat? lentos quis credat ad altum
Mortales alis poſſe volare polum.
At tu ne temerè vatum ſapientia ride.
Scripta, ſacri vates nil niſi vera docent.
Si quæris celeres, quibus vſus Dædalus, alas,
Conſule Meureri quas modò vena dedit.

Ad ſupe-

Digitized by Google

Ad ſuperos cœli tractus diuina Matheſis
  Ducit,& inſuetas nos docet ire vias.
Sola adhibens numeros ingentem luſtrat olympum,
  Sidereosq́ globos ad rata puncta vocat.
Sola vagos terræ definit ſedula campos,
  Limite diſcernens quælibet arua ſuo.
Sola per erratum metitur gentibus orbem,
  Qua ſubit Oceanum Sol oriturúe plaga.
Deniq; multiplices vitæ ciuilis ad vſus
  Innumeris præſtat commoda plena bonis.
Hanc quicunq, tenet,tenet indita ſemina cœli,
  Dignus quem nunquam fata perire ſinant.

In comœdiam,quæ inſcribitur Tobias, Balthaſaris Cruſii.

DOctrinæ,CRVSI,raræ ingeniiq́; ſagacis
  In te quod memini ſæpe probare decus.
Iam magis admiror,terſo dum factus ad vnguem
  Tobias doctum carmine prodit opus.
Non hauris vndas impura fece fluentis,
  Præteriens quiuis quas bibit ore lacus:
Sed labra fonte rigans liquido per amœna vireta
  Priſcorum ſequeris ſcripta deſerta virûm.
Macte animo Cruſi,quantum mens augurat,olim
  Poſteritas veniens & tua ſcripta leget.

In Arithmeticen Pſelli,editam à M.Chriſtophoro Meurero.

DEfoſſus terris auri theſaurus in imis,
  Quantumuis magnas ille recondat opes,
Nil tamen,obſcuris niſi ſit tellure remota
  Erutus è latebris,vtilitatis habet.
Clara Mathematices PSELLI monumenta latebant
  Hactenus,& paucis cognitus vſus erat.
Non tulit hoc cupidus doctæ prodeſſe iuuentæ

MEV-

MEVRERVS, luci reſtituitque ſuæ.
Illius hinc opera GEOMETRIA nobilis ante,
Nunc & Arithmetices vtile prodit opus.
Dignus honore, viri quem virtus artibus ornat,
Dignus quem maneant præmia digna labor.

In formulas precationum D. Martini Taborni.

QVod triplici bellis arx eſt circundata vallo,
In dubio quod & eſt anchora fixa mari:
Sublimes penetrat quæ ſancta precatio nubes
(Quæ ſit fors) animis hoc ſolet eſſe piis.
Hoc qui ſe clypeo validis tutatur & armis,
Præſentem quouis tempore ſentit opem.
Bacchetur mundus, Satan indignetur & Orcus.
Qui prece ſe munit cum prece victor erit.
His quondam caſus armis TABornus in omnes
Ibat, & ingenti pectore victor erat.
Nunc etiam ſuperis poſtquam conceſſit ab oris,
Tirones armis inſtruit hiſce pios.
Vita ſit eximio LINDNERO longa, labore
Cuius & auſpiciis hoc modò prodit opus.
Gratum opus atque pium, quod dictauiſſe videri
Poſſit ab ætheria ſpiritus arce ſacer.

In Stephani Riccii opus de vita & obitu Ducum Saxoniæ

MVlta tibi RICCI debet ſtudioſa iuuentus,
Edere quod veterum ſcripta diſerta ſoles.
Hac lucem ratione bonis autoribus addis,
Conſulis & multis hac ratione ſcholis.
Ac velut obſtaclis clauſos qui præterit hortos,
Nec vario pictum ſpectat honore ſolum,
Naribus halantem paſſim nec captat odorem,
Quem flos irrigua fundit amœnus humo:
Sic aditu quæ difficili, nec nota, latebant,

Facta

Digitized by Google

Facta palam ſcriptis ſunt opera alta tuis.
Vt, ductore via eſt quia te patefacta, legentes
Innumeras animis experiantur opes.
Nunc quoq; poſt operas tantas tantoſque labores
Præclarum tituli nobilis edis opus:
Quo vitæ curſumq́; refers obituſq́; ſupremos
Quos tulit Heroum Saxonis ora Ducum.
Magnum opus & vera celebrandum laude, futurum
Solamen multis delitiæque piis.
Suſpiciant alii ſublimia geſta virorum,
Quos bellatores Græcia docta tulit.
Mirentur laudes & ſtrenua facta Camilli,
Qui patriæ vindex extitit enſe ſuæ:
Nos animis alto proauorum ſanguine nati
Saxoniæ teneant alliciantq; duces.
Horum olim melior mentes ſapientia rexit,
Et pietas ſupera quæ regione venit.
Atque fide pleni vixêre, negotia rerum
Siue domi gererent maxima ſiue foris.
Exhauſtiſq; malis multis poſt fata recepti
A CHRISTO in ſuperi regna fuêre poli.
Hinc præclararum virtutum exempla nitenti
In ſpeculo veluti cernere viua licet.
Quæ quicunque leges, vbi delectaberis, horum
Autori exoptes mollia fata ſeni.

In alteram partem Syluæ vocabulorum, collectam à Henrico Decimatore

ANtehac, doctrinæ præclara laude celebris,
Edidit egregium qui Decimator opus:
Quo dites linguæ campos vtriuſque pererrans,
Ingentes pueris ille recludit opes:
Suppetat ingeniis doctarum vt copia vocum,
Et ſolidæ pateat cognitionis iter.
Congeſtum idem alium nunc publicat arte libellum,

Qui

Qui grata non eſt vtilitate minor.
Nomina clara virûm, populos, vaga flumina, montes,
 Aſtra, deos, ventos, oppida, ſtagna, lacus.
Cæteraq; illuſtres quorum meminêre poëtæ
 Omnia quærenti plana videre licet:
Ne ſit opus mentes per plurima ſcripta vagari,
 Sed teneat ſimplex obuia cuncta liber.
Quæ bene de docili meritis tribuenda iuuenta,
 Et tibi perpetuò laus Décimator erit.

In Rhetoricæ libellum, collectum à M. Thoma Blebelio.

ARtis opus: breuibus complecti plurima ſcriptis:
 Commodus ordo quibus ſenſus & aptus ineſt.
Artis opus: quæ lucis egent illuſtria verbis
 Reddere conſueta progrediendo via.
Hæc ita, ceu docti cenſent, ſi vera fatemur,
 Vulgaris non eſt hic liber artis opus.
Dicendi verbis doctrinam explanat apertis,
 Denſaque directum per loca monſtrat iter.
Munere Blebelii fruere hoc ſtudioſa iuuentus,
 Præmia non magni magna laboris erunt.

In Anatomiam ſtatuæ Danielis Prophetæ, editam à Laurentio Fauſto.

ASſyriæ quondam thalamo rex magnus in alto
 Dum cubat, & ſomno membra ſoluta iacent:
Multa ſecuturos olim ventura ſub annos,
 Illius occulta mens ratione mouet.
Nec mora: terribilis ſomnis offertur imago,
 Quæ ceu pictura regna futura notat.
Excitus è ſomno, quæ ſint interprete diſcit
 Dum Daniele, ingens pectora motus habet.
Scilicet eſt flagrans animis innata cupido,
 Multiplici rerum cognitione frui.

Nec

Digitized by Google

Nec riget in gelido cuiquam ſic pectore ſanguis,
Quem non antiqui temporis acta iuuent.
Quare de ſera bene poſteritate mereri,
Dum merito FAVSTVS dignus honore cupit,
Singula Chaldaici declarans membra Coloſſi,
Prudenter varias colligit hiſtorias.
Principioq; orbis repetito ab origine prima,
Ad ſua deducit tempora gnauus opus.
Hiſtoriis & ne memoratis gratia deſit,
Omnia temporibus digerit apta ſuis:
Adiiciens ſerie ſimul alto ſanguine natos
Saxona continua quos tulit ora Duces.
Laude labor dignus, quo ſi capiêre legendo,
Exoptes Fauſto tempora fauſta ſeni.

In diſceſſum ab vrbe Lipſia Sebaſtiani Krigk, Mellerſtadii.

SIc igitur KRIGI, Lipſenſi cedis ab vrbe,
In loca teq; Deus commodiora vocat?
Vade (nec inuideo) clementibus vtere fatis,
Propoſito veniant omnia prona tuo.
Te pietas animi, vitæ commendat honeſtas,
Quiq; graui candor Francicus ore ſedet.
Hi tibi erunt comites, & quæ loca cunq; ſubibis,
Monſtrabunt tutas, CHRISTVS vt ipſe, vias.
Hactenus impubem magna cum laude iuuentam
Artibus auxiſti literuliſq; bonis:
Nunc tibi ſacra Deus committit templa regenda
Illius verbi vox vbi læta ſonat.
Hoc ſanctum munus tibi ſit felixq; bonumq;,
Ipſe regat mentem & filius, opto, Dei.
Te paſtore diu florens Eccleſia creſcat,
Et ſumat vires progrediendo ſuas.
Vt multi fiant hæredes ætheris alti,
Quouis & CHRISTI tempore duret honor.

Iohan-

Iohanni Sigefrido Namslauienſi in Boemiam redituro.

LIpſica ſic igitur Iohannes mœnia linquis,
Eſt vbi vita tibi laude peracta diu?
Et nunc ad rerum munus ſublime vocatus,
Vtilis & multis officioſus abis?
Perge ſequi ductum diuini numinis, illo,
Quæ debent fieri, proſpiciente ſolent.
Nota tua eſt animi pietas, & candor apertus,
Nota fides, præſtans ingeniiq; vigor,
Te creuit ductore ætas generoſa Baronum,
Quorum oculis virtus intemerata micat.
Vnde tibi ex meritis debetur gratia tantis,
Nec leuis eſt longo tempore partus honor.
I felix, quo fata vocant, conatibus adſit,
Quos animo verſas propoſitoque, Deus.
I felix, memori nos pectore linque ſodales,
Sincerus meritò quos tibi iunxit amor,
Et quos in fibris fuerit dum vita videbit,
Sol oriens memores, occiduuſque tui.
Vade, vale, votumque breui quod carmine fudi
Vt cernis, gratum ſit tibi quæſo, vale.

Miſeria & incertitudo vitæ humanæ.

MAterna quæris quamprimùm prodit ab aluo,
Cur largis infans fletibus ora riget?
Deſine ſcitari, mortalis pandere vitæ
Conditio cauſſam ſcilicet ipſa poteſt.
Perpetuis lacrymis eſt vita repleta, dolores
Exſipit euictos inſequiturque dolor.
Vita quid eſt? labor eſt atomi quot vbiq; feruntur,
Tot mala mortales atque pericla premunt.
Edere dum vitæ ſtabiles nos credimus annos,
Incautos eheu mors violenta rapit!
Sis licet egregius forma, ſis diues, & omnes

Ara Suſpi-

Suſpiciant mores ingeniumq; tuum:
Cùm te fata vocant, ſis maximus, altera viuum,
Altera defunctum te videt eſſe dies.
Vita bonum fallax eſt,& breue: Credite nunquam
Mortales vitæ,mors comes atra propè eſt.
Sed quid ego iſta queror? vita hæc vaneſcat in auras,
Reſtat in ætheriis vita beata plagis.
Hæc CHRISTI nobis eſt ſanguine parta redemtis,
E tumulis viuos hic reuocare poteſt.
Cum breuis hæc vitæ volet hora ſequemur ouantes,
Spes mundi valeant, vita caduca vale.

PETRI ALBINI VVITTENBERGENSIS.

Honori Ioh. Lauterbachii, cùm renuntiaretur IC.

Romulidæ inſignes varia arte dedere coronas,
His quorum virtus cognita Marte fuit.
Inde triumphales ambibant tempora Lauri,
Et Glans ſeruati teſſera ciuis erat.
Vilia ſignabant defenſos Gramina muros,
Tranſcenſos pinnis vt diadema frequens.
Seruatæ aut victæ ſunt Roſtra inſignia claſſis,
Et valli palos, aurea ſerta, gerunt.
Talia virtuti tribuit monumenta vetuſtas,
Conſpicua vt celebri non ſine laude foret:
Lumina ſed paſcens veneranda è ſede niteret,
Pectora & ad ſimilem vim generoſa trahat:
Vtque ſuum conſtet pretium pro fortibus auſis:
Artes reſque bonas excitat almus honos.
Iuſtitiæ hæc pars eſt, ſine qua res omine fauſto
Non poterit terris publica ſtare diu.
Nam quamquam ſibimet virtus pulcerrima merces,
Se contenta aliis indiget haud opibus:
Præmia cum pœnis tamen, vt firmiſſima vincla,

Legitima

Legitima ſeruant in ſtatione viros.
Abſterrent prauos à turpis crimine facti:
Suauiter alliciunt ad bona facta bonos.
Acrior ibit equus, quem forti hortaberis ore:
Ede minas, morſus non dabit ore canis.
Hoc ſapiens noſſet cum Roma, virilibus auſis
Præmia non vno contulit ampla modo.
Et mos ille fuit noſtrum translatus in æuum;
Hinc multi titulos nobilitatis habent.
Quin etiam, ingenuas cor qui poliere per artes,
Decreto Regum talia dona ferunt.
Non minor eſt virtus etenim ſtudia inclita Pacis
Excolere, atque homines arte iuuare ſua;
Quàm cœtus hominum iniuſto defendere ab hoſte:
Heroes pacis nomine bella gerant.
Aptius vt poſſit de relligione doceri
Poſteritas, artes imbibat illa bonas.
Non autem in bello locus artibus extat honeſtis;
Pace opus eſt; artes pace vigere ſolent.
Hanc animo forti pariunt præſtantia nobis
Facta virûm, Belli pax ita finis erit:
Quæ meritò eſt potior, nec non optatior illo,
Quantò plus illo commoditatis habet.
Iudicio ergo graui magnatum, bellica virtus
Ciuicaque eximio ſunt in honore pares.
Aureus hinc iuuenes Phœbeos annulus ornat,
Et notat auſpiciis nomen equeſtre ſuis.
Inde etiam eſt cultis quod tempora vatibus ambit,
Victorum cingens Laurus odora comas
Atque aliis Melibœa caput lana obtegit, olim
Qui fuit auguſti non niſi Regis honos.
Hunc etiam tibi, Iane, præaltum grator honorem,
Iane, cui à pura eſt nomen & omen aqua
Patria quem virtus ſtudio inflammauit honeſto,
Pectus vt excoleres gnauiter arte tuum?

Digitized by Google

Quapropter numero te vatum docta recenſet
Pieris,& natum nuncupat alma Themis.
Ipſe etiam Auguſtus,qui Saxona regna gubernat,
Leucorea te vult iura docere ſchola.
Salue Miſorum decus & noua gloria gentis,
Quæ prius exæquat laudibus aſtra ſuis.
Scilicet antiquæ ſtat virtus integra famæ,
Cantatumq́; ſacris vatibus elogium.
Chius Iuſticiæ Myſos proclamat amantes:
Iuſticia melius quid vagus orbis habet?
Tu quoque ne Myſnenſis honos,vetus ardor & æqui
Concidat,& veri regula, Iane, facis:
Iuſticiæ ſtudium quòd honeſtis artibus addens,
Aſtræamque ſimul Pieridasque colis.
Fœdere quo quid (vt eſt toto nil pulcrius orbe)
Vtilius patriæ dulcius aut quid erit?
Ergo tibi,Rector bene quod fortunet Olympi,
Nunc ornat Nomio purpura dante comas.
Viue diu ſacris carus,Iane optime,Muſis:
Dilectus Themidi viue,placensq́; Deo.
Riuulus vt ſeptis ſine labe ſerenus in agris
Gramina iucundo tacta liquore rigat:
Sic tua ſe partes patriæ diffundat in omnes,
Et larga virtus omnia dote beet.

Olea coniugalis, honori nuptiarum Ludou. Schvvartmaieri & Annæ Mariæ Freimoniæ.

SYmbola Coniugii, Ramum felicis Oliuæ,
Mitto tibi, Aſtrææ laus Ludouice domus.
Signum pacis is eſt: tuq; omnia Pacis habeto
Perpetuæ, vt thalamus ſit ſine lite tuus.
Si qua caret dono placidæ coniunctio Pacis,
Non feret ætatem ſed reſoluta cadet.
At Pax firma dabit ſocio tibi vincula lecto,
Ne tuus hic vlla ſorte fatiſcat amor.

Suaue

SVaue per irriguos Oleæ ceu floſculus hortos
Spirat,& hoc cerebrum gratus odore iuuat:
Sic tibi ſit (bonitas thalami hoc à munere pendet)
Fœdere nil ſocii ſuauius, opto, tori.
Hoc ideo inſtituit vitæ genus, alma Tonantis
Gratia, vt humanis ſit medicina malis.
Non ſit tormentum placido grauis vxor amanti,
Sed fulcrum, vt ſummi vox monet ipſa Dei.
Quæ ſincerus amor præſtabit gaudia ſponſis,
Nectet vbi vnanimi pectora fida fide.

QVin oleum infuſis vt ſanat vulnera guttis,
Et certam infectis tabe miniſtrat opem:
Coniugialis amor ſortem ſic lenit acerbam,
Mutuaq; omne malum tollit amando Fides.
Omnia dulceſcunt ſociæ faſtidia vitæ
Dante Deo, alterna ſi vice certat amor.
In virtute viri ſed non ſita parua facultas,
Vt coaleſcat amor dulcibus obſequiis.
Tu virtute præj, ſocii pars optima lecti,
Exemploq; voces ad meliora tuo,
Et,quæcunque decent matronam munera caſtam,
Vxorem cernes ſponte ſubire tuam.

FOecundi typus eſt quoque Palladis arbor amoris,
Bacca quod illius termete multa viret;
Olim etiam duplices fructus producit oliua,
Vitis vbi in lentæ ſtipite fixa fuit,
Dulcia vina parit generoſaq; balſama fundit,
Vt Bacchi ſimul & Palladis vnda fluat:
Non ſine prole torus diuini eſt numinis ingens
Munus, & exhilarat pectora cara patrum,
Speſque domus omnis cadit,& pars maxima laudis,
Menſam vbi circumſtant pignora nulla tuam.
Orandus tamen eſt Deus vt benè nata cubilis

[redacted]

Pignora ſint matris gaudia, patris honor.
Nam bene ſi ceſſit natorum cura parentum
Lætitia; at male ſi, triſticia eſſe ſolent.
Non ſecus ac olei vis ſaucia corpora mulcet,
At vini ex vſu vulnera cruda dolent.

POrrò Olea nihil eſt duris viuacius annis,
Secatur lætis per duo ſecla comis,
Nunquam flaueſcit, ſeu Syrius excoquit agros,
Horride, ſeu tua Sol, Scorpio, terga premit:
Scilicet humano generi, ne deſinat vnquam,
Perpetui præſtat plantula multa tori,
Sunt veneranda Dei conſulta, quod agmina ſemper
Prouidus hoc iuſſit creſcere noſtra modo,
Vtque hominum, ſi quis cœleſti à numine fluxit,
Æterno viridis tempore duret amor.

COntrà etiam moritur rigidæ propè germina quercus
Conſita, palladiis arbor amata ſacris
Interit & ferro violata: Quis iſta negabit
Legitimi mores ſigna notare tori?
Haud fragilis ſexus plagis, ſed amore, regendus:
Franguntur nimiis mollia corda minis.
Virgo viri placidis melius ſuccumbit habenis,
Duricia has crebro non facit eſſe bonas.
Sit regni conſors vxor, non ſerua; ſeueræ
Hanc quamuis etiam dedecet omen heræ.

HOs Elegos Ludouice tibi clariſſime canto,
Dum ſacra coniugii fœdera Sponſus adis.
Talis & obtingat precor vt tibi lectus, imago
Arboris hæc qualem pingit oliuiferæ.
Dii tibi cuncta ferant quæ cernis imagine parua:
Tectum Pacis alant aurea dona tuum:
Aſpiret tibi dulcis Amor, mala tollat acerba,

Quæ

Quæ tamen à thalamis ſint procul opto tuis:
Viuit & innumeris viridans Oleaſter vt annis,
Nomen & eximium fertilitatis habet:
Sic quoque honoratum viuas feliciter æuum,
Et tecum viuat pectoris arra tui:
Sit fœcunda tori tua conſors, ſicut Oliua,
Et faciat cara te citò prole Patrem.

GEORGII AMERBACHII.

Ad D. Ferdinandum Caroli V. fratrem, Cæſarem Auguſtum.

O Patriæ, Fernande, pater, tu maxima Diuum
Cura, atque Aonii luxque, ſaluſque chori:
Qui magnum ſummis fratrem virtutibus æquas,
Rebus & es fractis aura ſecunda meis:
Hunc oculi videant ſedata mente libellum:
Quæſo, tui, tibi quem mittit Amerpachius.
Eſt tenuis, fateor, tanto nec Principe dignus:
Verum æqui ſtudium conſuluiſſe velis.
Quæque ſuos ætas (res digna) meretur honores:
Et iuuenes celebris laus manet, atque viros.
Hæc, mihi cùm prima leuis lanugine mala
Serperet, expreſſit Cæſaris altus amor.
Nos olim paulò forſan maiora canemus,
Cum reget ingenium Pieris alma meum.
Interea tua me, Cæſar, clementia ſeruet,
Inque clientelam ſumat aduſque ſuam.

Threnodia in Cæſarem Auguſtum CAROLVM. V. Rom. Imp. & Hiſpaniarum Regem, &c.

CÆſareos luctus, & triſtia funera dicam
Magnanimi Herois, terræque, mariſque potentis,
Eximia pietate viri, ac præſtantibus auſis,
Quem metuit pharetratus Arabs, cuiq; vltima Thule,

Ac Meroe aſſurgens extremis paruit oris.
Alme parens, qui ſumma tenes faſtigia rerum,
Quo ſine non homini conceſſum eſt condere quicquã,
Aſpira & tanto vires, precor, adde labori:
Da faciles Muſas, ceptiſq; allabere noſtris.
Te duce, nunc magni liceat mihi Cæſaris acta.
Condere, te cœlo Mauortia tollere geſta.
Hic mihi diuinum contingere poſſe Maronem
Optarim noſtræ qui duxq;, comesq; Thaliæ
Eſſet, & è ſacro præberet carmina fonte
Carole, diuino, Cæſar diuine poëta
Debueras tantum efferri, mea ruſtica Muſa
Serpit humi, tantoq; premi ſe pondere ſentit.
Sed tamen ipſa Ioui pietas placet atq; voluntas
Sæpe animum, ſæpe is mentem non munera curat.
Incipe lugubres mecum mea tibia verſus,
Voſq; ô Pierides, ſimul ingeminate querelas.
Et iam triſtari totam terramq;, Polumq;
Cernere erat paſſim pecudes pecudumq; Magiſtros.
Melliſonos prius ipſa ciens Luſcinia cantus
In lachrymas iam tota graues reſoluta gemiſcit.
Ipſa etiam nuſquam cœlo Iouis Ales aperto
Cernitur expanſis tranſire per æthera pennis,
Et contemplari ſeſe, totumq; profundum,
Sed potius claudens clariſſima lumina triſtis
Inferiora tenet tanquam Iouis ignibus icta.
Vſq; adeò in luctus ſunt omnia verſa repente,
Cum patriæ pater eſt inuito funere raptus.
Pergite Pierides lugubres dicere verſus,
Deplorate caput veſtrum, veſtrumq; parentem
Regnatorem Aſiæ, totius & Helleſponti.
Heſperiæ dolet inprimis Gens vulnere magno,
Ipſiusq; viri virtutes; & bene facta.
Nuſquam de memori demittet pectore, ſemper
Manibus illiuſq; incendet thura Sabæa,

Altaq; de ſolido candenti marmore templa
Inſtituet, feſtoſq; dies de more quotannis.
Eſt locus Auſtriacæ poſitus regionis ad oras
Regia diues opum, regali ſplendida pompa.
Vrbs Auguſta nouis, atq; altis ſedibus ingens,
Et reliquas inter magnum quaſi Teutonis oras
Lumen & ornatus, Maieſtatiſq; poteſtas.
Hancq; Licus celeri pede præterlabitur, unda
Cærulea currens magnum vacuatur in Iſtrum,
Hic dum conueniunt proceres ex ordine Regni.
Cæſareumq; Caput fratri tibi, Carole, frater
Inſtitui exequias curat, ſupremaq; dona
Triſte miniſterium, ſed iuſtum pignus amoris
Fortè per ambages rediens ad tecta, lareſq;
Ex ſeptem longè lateq; trione profectus
Incepi primam paulatim pingere partem.
Aggreſſus magnum facinus: quis non videt? auſus
Haudq; pares noſtris facile, nec viribus æquos.
Vatibus at meritò conceſſa eſt æqua facultas
A Ioue principio rerum, ductore Dearum.
Non ego profiteor talem me forte poetam
Antiquis ſimilis fieri tamen ipſe laboro.
Diue, tibi, Cæſar, debemus, Carole, multum
Immortale decus propter, meritumq; parentis
Ipſum quo tantum non lucida ad aſtra tuliſti.
Atq; vtinam mihi tanta foret facundia, tanta
Copia dicendi, quanta eſt bene prompta voluntas.
Non mea vel ſtudium metuat, gratumue laborem
Muſa neget patri patriæ, capitiq; verendo
Donec Amerpachiana domus per numina ſtabit,
Et nati natorum, & qui naſcentur ab illis
Semper honos, nomenq; tuum, laudeſq; manebunt.
O amor in doctas, ſtudiumq; illuſtre Camœnas
Cæſaris Auguſti rectoris totius Orbis,
Heroum Herois, Diuorum ſanguinis ortus.

Si mihi, quos doctos magno decorauit honore
Iam recitare viros conceſſa voce liceret,
Vix hæc ſufficeret mihi lux, aut altera, credam:
Atq; vt propoſitum præter cantemus, ab vno
Ordiar, vnde queas totum velut vngue Leonem
Noſſe, quis inſignis fama, pietateq; multum
Conſpicui tantos Apiani neſciat illos
Ornatus, ipſi donatos munere gratis,
Quo Cæſar tantumq; virum, tantumq; Magiſtrum
Complexus merito eſt pergrato pectore, multas
Illuſtres propter virtutes, ingeniumq;?
Sic videas nec opes, auri nec pondera fului,
Sed mores magnum, ſed iudiciiq; nitorem
Nobilitate grauem facere, & virtute coruſcum,
CAROlus & Cæſar magno perculſus amore
Artis Cycliacæ ſancti Iouis incrementi
Stellarum curſus, & cœli calluit Orbes.
Magni conatus, & tanto Principe digni.
Sed non ingredior ſpacioſa per æquora Campi.
Creſceret in magnum verſus fortaſſe volumen
Noſter, & adferret ſacris faſtidia Muſis.
Eheu, ſi genitor nobis ſupereſſet ademptus
Fata per, & triſtes anguſto pectore caſus.
Hic non aut ſtudio, curis aut parceret ullis,
Huic ego nunc vti poſſem doctore fideli.
Interea mœrens vix hæc, ſoluſq;, miſerq;
Parua cano: patri patriæ tamen ipſe libenter
Gratari, ſicut res poſtulat ipſa, volebam.
Dicite Pierides lugubres dicite verſus.
Cæſare non illo bellis felicior alter,
Alter erat, nullus toti precioſior Orbi
Hoc in præſertim crudeli turbine gentis
Chriſtiadum, quæ tota fremens in aperta pericla
Præcipitat ſe amens, nullumq; (heu neſcia) cordi
Pharmacon admittit morbo graſſante per artus.

Illa-

Ille uſq; Occiduas pugnator fortis ad oras,
Et felix ſemper victor, claruſq; triumphis,
Quos implorato ſupremo numine Diuum
Geſſit,& extremos etiam peruenit ad Indos
Non ubi erat tellus, ſed ubi omnia pontus, & æther
Binas educens hic Herculeaſq; columnas,
Quas ſua perpetui monumenta relinquere facti
Poſt ſeſe voluit ſpacioſo Carolus Orbi.
Innotuitq; nouis populis, noua quando reperta eſt
Inſula, non ulli antehac inuenta vel uſquam.
Atq; hic errabant ſolis in montibus inter
Deſertaſq;,cauaſque domos abſque ordine multa
Corpora nuda hominum (res mira) inſtarq; ferarum
Inde ferebantur nullis vel legibus uſi,
Imbutique Dei vel cognitione,vel ipſo
Verbo,ſed noſter Cæſar ter maximus ille
Relligione bonus Doctores iuſſerat iſtuc
Ire,vel ipſorum ſortem miſeratus iniquam ,
Qui ſanam miſeros doctrinam ritè docerent,
Et confirmarent vera pietate labantes
Sola Sophocleo Mauortia facta cothurno.
Æthereos illi motus, cœleſtis & ignis
Semina permulti puero ſub pectore forti
Dixerunt latuiſſe velut cinere igne ſopito
Omnia quæ præ ſe clariſſima ſigna tulerunt
Magnanimumque virum, bellatoremque ſeuerum
Æquum iuſtitia fore,fortunaque potentem.
Non minus & frater , quod nomen Ferdionando
Non caſus, verum fortuna fecerat ipſi
Omnigena dignus cantari laude meretur,
Conſilii prudens Cæſar, moderamine rarus
Tam pietate bonus,quàm ſeruantiſſimus æqui.
Quemq; ideo frater ſucceſſoremq; volebat
Eſſe ſibi iam iam moriens, regniſque potiri.
Dignus vterq; cani Princeps , laudandus vterque.

Caro-

[redacted]

Digitized by Google

Carolus immites domuit vicitq; Tyrannos
Carolus incepit velut hoc deuoluere ſaxum
Iamdudum totum longe tremefecit & orbem
Fernandus tanto finem imponet honori.
Fernandus totum tandem ſedauerit orbem.
Atq; huius ſe ſponte iugo ſubiecerit ille.
Huius & auſpiciis fœcundior inclyta Roma
Euadet, ſteterint fuluæ dum vertice criſtæ.
Hic vir is eſt, quem iamdudum Cumæa Sybilla
Vaticinata canit manſurum triſtia ſecla
Fernandus Cæſar Diuum genus aurea condet
Secula, tunc ordo, requies & certa laborum
Huius in aduentu tunc extremi Garamantes
Horreſcent monitis Diuum, & Mæotica tellus,
Et ſeptemgemini parebunt oſtia Nili.
Nec vero Alcides eſt tando munere functus
Æripidem quamuis ceruam confixerit ille,
Lerneamq; feram curuo tremefecerit arcu.
Quis dubitarit adhuc virtutem extendere verbis
Quò tandem rapitur Vates. hic maximus ille eſt,
Vnus qui nobis cunctando reſtituet rem,
Ocia qui patriæ rumpet, qui fœdera iniqua
Miſſus in Imperium magnum, ſic ſorte ferente,
Cæſar & hic primus ipſos reſidesq; mouebit
Atq; rebellantes, & qui noua bella ciebunt
Contundet, parcetq; bonis, pluresq; iuuabit
Tantus amor patriæ, pietatis tanta cupido
Iam, quibus ornanda eſt verbis conſtantią magni
Cæſaris illius? quibus illa modeſtia ſumma?
Quam viduus, læſa nunquem pietate volebat
Conſeruare, Deum facto nec lædere iuſtum.
Et prius aut pulchram per triſtia funera mortem
Ipſe pati, à Diris uri quam ſemper Erynnis
Torturis male factorum, mentiſq; flagellis.
Egregium Exemplum, vereq; illuſtre pudoris,

Et di-

Et dignum, ſera quod poſteritate canatur.
Crediderim ſane conſtans diuinitus ipſum
Perq; bonos genios hucuſq; fuiſſe retentum.
Hic multas animi dotes, & Cæſaris auſus.
Prætereo tacitus, quæ nulli cognita non ſunt.
Orbis ad extremum libro bene digna perenni
Poſt, vbi confirmata virum me fecerit ætas,
Fluxerit & verſus vena meliore canendi.
Non paulo magis Heroum deſcribere laudes
Auſim. dum liceat, quæ ſit, cognoſcere, virtus.
Pergite Pierides pia numina dicere verſus.
Nunc iacet omnis ager, montes, ſyluæq; fugaces,
Feraliq; Deæ cinguntur tempora myrto,
Omnia funebri lugent iam carmine triſtem
Cæſaris interitum. Nymphis caua flumina teſtes.
Tu decus hoc æui, poſt quam te fata tulerunt,
Ipſa Pales ſteriles, Phœbuſq; reliquerat agros
Protulit haud illo cönſuetum tempore fructum
Terra ſuum, ſua læta dedit rus pabula nuſquam.
Spargite humum violis, ornentur templa decora,
Ac ſummo dentur quoq; debita ſacra Tonanti
Tectus & acer equus ſericis, & maſcula Thura.
Pierides: mandat fieri ſibi talia Cæſar.
Hocq; ſuper tumulum æternum ſuperaddite carmen:
Carolus armipotens hinc uſq; ad ſydera notus;
Chriſtiadum cuſtos, atq; inuictiſſimus Heros,
Quem terræ capit decus, Imperiumq; togatum
Hac iacet exigua nunc contumulatus in urna.
Perdomuit multos, ſolam comp eſcere mortem
Non potuit, ſ. rit tamen eſt hunc pectore paſſus.
Cæſarem ad aſtra feram; dilexit nos quoq; Cæſar.
An quicquam tali nobis ſit munere maius?
Et nunc, ut ſpes eſt felix, dicitq; beatus
poſt obitum Cæſar, ſupremaq; funera debet.
Nec mora, conſcendens inſuetum limen Olympi

Sub

Sub pedibus videt & nubes, & ſydera Cæſar
Miratur ſanctum, Chriſto ductore, Senatum,
Atque beatorum ſedes, & limina luſtrat,
Æthereoſq; tenet tractus: hæc ſola voluptas:
Agnoſcitque Deum genitor quem miſit, Ieſum.
O æterna ſalus, & non effabilis ulli!
Hic non eſuries, hic non ſitis ulla ſuperſtes,
Hic requies animi, hic exhauſtorumque laborum
Præmia digna manent, hic ſunt plena omnia laudis
Perpetuæ, triadis ſummæ reuerentia ſumma
Vnius aſpectus, & veri Numinis vſus.
Cernis, vt exiliant tellus, & pontus, & æther,
Aëriæque petant faſtigia ſumma columbæ;
Iamq; canat Philomena ſonos, & carmen alauda
Panget, & incedant pede nunc armenta ſecundo,
Orneturque nouo rurſus iam gramine terra;
Diffugere niues, atque alto nubila cœlo.
Omniaque in ſolitum ſunt commutata colorem,
Et nunc Aligeri, magna ſtipante cohorte:
Conſcendunt læti, ſudumque per aera tranant
Ad ſedemque patris, Maieſtatemque tremendam
Debita vota canunt: præeunt cytharæque, lyræque,
Atque poteſtates cœli duodena ſonantes,
Sydereæque domus ſummis in partibus hærent;
Teſtanturque Deum per ſecula mille, feruntque
Præ ſeſe geſtus, & gaudia multa, preceſque
Propter adoptatum numero, ſortique ſuorum
Æternum Seruatori Peana canentes.
Ergo age ſoluamus nos iam quoque iubila Muſæ:
Carolus ætherea cum Chriſto veſcitur aura,
Et regnat ſummo Princeps cum Principe noſtro.

In reſurrectione Ieſu Chriſti Carmen.

NVper erat triſtis noſtris regionibus Orbis,
Flebile plangebat tunc Philomena melos.

Etiam

Et iam deſierant ſuauiſſima plectra Deorum,
Nulla canebantur carmina læta diu.
Mœſta Dei mater latè loca queſtibus implens
Heu fera crudeli vulnere damna tulit.
Defectus etiam Solis, Lunæque labores
Interitum Domini condoluere ſui.
Et iam tunc atra clarus ferrugine Phœbus
Ibat,& obſcuris cornibus ipſa ſoror.
Omniaque amiſſo, flebant elementa, Magiſtro
Muta ſimul gemitum ſaxa dediſſe putes.
Intulit ut feriem lapſis lux tertia rebus,
Venerunt læti poſt mala tanta dies.
Noctis erat medium fermè, qua Chriſtus Ieſus
Excitus è dira morte repente fuit,
Atque adeò (mirum) propria virtute reuixit,
Solius Illud opus creditur eſſe Dei.
Arte laboratum victor ſupereminet ingens
Saxum, tunc quando ianua clauſa foret.
Iudæis preſſis, ſomnoque, ciboque ſepultis,
Mox Chriſtus tumulum linquit, & aſtra tenet,
Dicant nunc ii, qui cuſtodiuere ſepulchrum,
Miles ut hic Regem perdidit ille ſuum.
Nec mora, mox ſedes Orci tendebat ad imas,
Ferret ut in celſum corpora ſancta Polum.
Primus Adamus ibi Chriſto contingere dexrram
Accurrit properans, atque ita lætus ait:
Expectate venis longos optate per annos
Chriſte, ſalus mundi totius una vagi.
Accedunt omnes, Regem propiuſque ſalutant,
Et fundunt hilares linguaq;, menſq; ſonos.
O noſtræ dubiæ reparator, Chriſte, ſalutis,
Quem tremit & tellus, pontus & aſtra colunt.
Ergo vis, tecum liquidum ſcandamus ad axem,
Sit ſeruatori gratia magna tibi.
Et iam iam videas patres ex ordine longo

Ire per

Ire per anfractus, Tartareaſq; domos.
Rex quatiens dextra chlamydem, vexilla ſiniſtra
Torquet, & oſtendit victa trophæa manu.
Nec mora, ſydereas ſcandit cum patribus arces,
Fertur & aſtrigeram lætus aduſq; domum.
Et patulas ſimul ac portas ingreſſus Olympi eſt,
Angelicus totus cœpit adeſſe chorus.
Fit via vi, rumpunt aditus, Dominumq; receptant:
Omnia cœleſtis plena fuere boni.
Inq; thronum læti, Maieſtatemq; ſerenam
Hi Regem ponunt cœlica turba ſuum.
Mox inter ſeſe vario ſermone ferentes
Incipiunt laudes promere cœlicolæ.
Parte alia cingunt ſe ſe, Regiq; miniſtrant
Virtutes cœli, Martyreumq; decus.
Suauibus & mulcent clarum concentibus æthram,
Acceptantq; ſuum, glorificantq; Ducem.
Omnes hi proni faciem, genibuſq; reflexis,
Numen adorabant, voce ſonante preces.
Iam duodena cohors cytharas inſtruxit & omnes,
Lapſaq; per ſudum tangit, ut ante, fides.
Impetus at multo maior, vigor atq; redibat
Plenior, ut tenebras lux ſolet alma ſequi.
Sicut, qui amiſit lapidem fortaſſe Smaragdum
Inuento ſemper gratior eſſe ſolet.
Non alium toto credam mortalibus ægris
Illuxiſſe diem, plena ſalutis erat.
Ipſaq; noſtra parens Eccleſia laudibus æquis
Exultat, rumpitq; in pia verba canens.
Salue feſta dies toto venerabilis æuo,
Qua Deus infernum vicit, & aſtra tenet.
Ecce renaſcentis teſtatur gratia mundi
Omnia cum domino dona rediſſe ſuo.
Namq; triumphanti poſt triſtia tartara Chriſto
Vndiq; fronde nemus, gramina flore fauent.

Legibus inferni oppreſſis, ſuper aſtra meantem
Laudant ritè Deum lux, polus, arua, fretum.
Qui crucifixus erat Deus, ecce per omnia regnat,
Dantq; creatori cuncta creata precem.
Hac Chriſtus dira victor de morte reſurgens
Non poſthac triſtes ſentiet ipſe rogos.
Hac etiam poſtquam plebs eſt captiua redempta,
Ad vitæ rediit præmia digna ſuæ.
Occidit hac ſerpens, atrum periitq; venenum,
Crux Chriſti facta eſt gloria noſtra die.
O ter ſancta dies, nitidoq; notanda lapillo,
Quæ nos præſentem fecit habere Deum.
Noſtrum Paſca Deus viuens hac hoſtia nobis
Oblatus, noſtris pectoribusq; ſalus.
Qui cum patre regis victor per ſecula mille,
Atq; triumphantis ſigna adaperta geris:
Fac nos id Feſtum rectè celebrare, pieq;,
Vt, quod fit, laudi ſeruiat omne tuæ.
Fac & morte tua, vel caro ſanguine fuſo,
Ad Stygias nunquam præcipitemur aquas.
Numinis atq; tui flatum concede benignum,
Qui moueat vera pectora noſtra fide;
Qui nos in veterum quoq; Religione parentum
Confirmet famulos tempus in omne tuos.
Claraq; quaternis tuba cum de partibus Orbis
Signa dabit; ſerua corpora noſtra, Deus.

VITI AMERBACHII.

Ex Theognide.

Nil ſapiunt homines in ſtulto pectore, qui non
Cùm canis exoritur mollia vina bibunt.

Luciani.

Felici breuis eſt etiam longiſſima vita:
Nox ingens miſeris temporis vna mora eſt.

Eiuſdem.

Vir malus eſt quaſſum vas; quò ſi infuderis omnes
Exhauſtas Charitas, gratia nulla manet.

Pallade.

Diuitias locupletis habes, animum ſed egeni:
O ſucceſſori diues, egene tibi!

Eiuſdem,

In longâ ſi conſiſtit ſapientia barbâ,
Hircus erit barbæ conditione Plato.

Ad Amicum.

Quæ paſcant ventrem tu mittis munera nobis:
Quæ paſcant oculos nos tibi dona damus.
Quantò igitur viſus pigrâ præſtantior aluo eſt,
Tantò magna tuis munera magna magis.

Antiphanis.

Qui grauiter ex oculis laborat, hoc bono
Fruitur, graues dum fert labores, vnico;
Quod non videt tempus per iſtud coniugem.

HIERONYMI ARCONATI SILESII.

Ad Erneſtum, Archiducem Auſtriæ.

AT mea ne fuerint te tanto Principe digna,
(Nam tua quis poſſit te dare digna ſatis?)
O ſaltem placeat certa & deuota voluntas,
Qua nihil Superis gratius eſſe reor.
Laus eſt magna, legat ſi magnus carmina Princeps;
Maior, ſi auctorem diligat atq; probet.

In effigiem Hieron. Beckii.

Vultus Ariſtotelis non hic, non Socratis eſt hic:
Tantus in amborum vix fuit ore decor.

Ad Richardum Streinium.

Sol velut auricomus radiis ſplendentibus anteit
Siderei, longè lumina cuncta poli;

Sic proceres longè cunctos, Richarde, relinquis
A tergo, ingenii nobilitate tui:
Sic variæ exſuperas doctrinæ dotibus; vſu
Sic magno rerum, moleq; conſilii.
Claruit haud aliis Neſtor virtutibus ille,
Mellifluus caſus fluxit ab ore ſonus.
O vtinam plures numeraret patria tellus,
Qui tibi conferri, magne Richarde, queant:
Proſpectum melius rebus communibus eſſet:
Non ita lamentis omnia plena forent.
Siſte decem Aiaces huc; illuc Neſtora ſiſte
Vnum: vnus Neſtor commoda plura dabit.

De vxore minus bona.

Quidam maritus coniugem audiens ſuam
In amne vicino periiſſe, protinus
Erumpit, aduerſiq; currit fluminis
Ripa, queat ſi eam fluentem cernere.
Cur non ſecundo curtat amnis gurgite
Rogatus; inquit: viua coniux omnia
Præpoſterè fecit: reor quod mortua
Faciat idem; nec defluat, ſed refluat.

De Manlino.

Manlinus melius ſuæ maritæ
Laſciuæ cupit, & ſatis politæ,
Ipſi quàm ſibi, quàm ſuis ocellis;
Non quod ſit ſpecioſa, quod pudica:
Sed quod deſidia procul remota,
Quæſtu quem capit ex labore grato,
Seruet ſola domum, augeat, regatq;.

Lurcuni cuidam.

Largius ignauam quod prandens fundis in aluum,
Illud idem pranſus turpiter ore vomis:
Hoc bibulos omnes facilè æquas? viceris omnes,
Cum ſanie fœdam quando vomes animam.

Tumulo Iulij à Salmis.

Dormit in hoc tumulo Veneris pulcherrima proles:
Perpetuum luge quiſquis amore cales.
Nam tua nunc circum glacies præcordia creſcet,
Flamma nec in toto corpore dulcis erit.
Fallor, obire nequit Diuorum cura Cupido:
In cœlos, terra poſthabita rediit.
Tu tamen hunc venerare locum, ceu Numine plenum:
Sparge coloratis lilia miſta roſis.
Si Veneris puerum quando contingat obire.
Non alibi cineres conderet ille ſuos.

De literarum commoditate.

Tempora odoriferis toties velata corollis;
Et nardo toties humida facta coma:
Accenſum toties non vnius igne puellæ
Pectus, & Idaliæ furta Iocoſa Deæ.
Ardor inexpletus Cereris, Bachique; iuuentæ
Cuncta quid hæc proſunt? quidve decoris habent?
Paullatim intereunt: docili ſed condita mente,
Auribus & fidis funus ad vſq; manent.

In effigiem Eliſabethæ Auſtriæ.

Humanam quicumq; putas hanc eſſe figuram,
Falleris: hos oculos, hæc gerit ora Charis.
Addere ſi pictor potuiſſet cætera; mente,
Hæc eadem Pallas, ſtemmate Iuno foret.

In Radium.

Caſtra diu Radium tenuere Cupidinis, acer
In quibus & ſolers miles vbiq; fuit.
Vulnera ſæua etiam pro cara paſſus amante eſt;
Chirurgi faciunt iurgia crebra fidem.
Nunc aliis armis, alia nunc caſſide ſumpta,
Miles Mauortis caſtra ſubire parat.
Vulnera ſi à nudis accepit tanta puellis;
Qualia armato cominus hoſte feret?

Ad Fidentinum.

Fidentine meum ne tangas obſecro librū:
Inſano capiti pagina nulla patet.
Si tamen hoc caruiſſe nequis; tu ſobrius illū
Tange; alii tangent cum caluere mero.

Amico.

Vis nobis facinus referre, cuncti
Quo riſu moriamur ô amice,
Ne tantum ſcelus in tuos ſodales
Comittas: facinus referre noli.

Ad Henricum Nickhardum.

Inter Neptunum, Vulcanum, & Pallada quondam
Suborta fertur non leuis contentio;
Nimirum vtilius quis opus proferret in orbem,
Et plura multo quod miniſtret commoda.
In medium Neptunus equum, quod idoneus ille
Arationi ſit futurus, & ſimul
Vecturæ, ſtatuit. Pallas commonſtrat ad omnes
Iniurias procul fugandas aëris
Tecta. hominem fictum Vulcanus ſiſtit; id ipſum
Ratus fore omnium magis præſtans opus.
Arbiter his Momus delectus carpere cæpit,
Et hoc & illud pro ſua libidine:
Ante alia humanum rependit corpus, & eius
Fabrum, feneſtellas minus quod pectori
Per quas oculrum, ſi quid penetralibus imis
Lateret, aſpici queat, is adſtrinxerit.
Scilicet haud facile eſt hominum cognoſcere corda,
Cùm ſæpe dicant aliud atq; ſentiant.
At Nickharde tibi clatris nil eſt opus vllis;
In ore namq; cor, & in corde os habes.

De Codro.

Vulnifico Codrus me rodit dente, mihiq;
Se veteri iunctum iactat amicitia.

Mentitur veteris non eſt hoc munus amici;
Eſt in imicitiæ res manifeſta nouæ.

Ad Dauidem Vngnadum.

Pectore ſollicito ſi quiſquam noſſe laboret,
Non quæ ſint Regum Pontificumq; dapes;
Sed quibus in ſupera conſueuit Iupiter aula
Coniuge cum Diua cœlitibuſq; frui;
Ille tuis menſis, Vngnade, accumbat: habebit
Cœlum, cœlicolas, nectar & ambroſiam.

De muliere moroſa.

Propria quam genitrix odit cane peius & angue:
Pignora quæq; odio propria ventris habent:
Quam tolerare nequit, tolerans licet, ipſe maritus;
Hæc bona ſit? bona, ſi ſit bóna Tiſyphonæ?

Medicus & Poeta.

Quis melior, medicus vel vates? gratus vterq;
Eſt clario, hic ſuccis, cantibus ille, Deo.
Corpora reſtituit medicus languentia; vitam
Sæpe etiam ad multos protrahit vſq; dies.
At vates curans animi vitia inſita, dignum
Laude virum nullo tempore obire ſinit.
Viuida quantum igitur fragili mens corpore præſtat,
Eſt tantum medico quiſque poeta prior.
Hoc tamen excepto; medicus quod præmia ſumat
Magna; miſer vates nil niſi verba ferat.

Magnificentia.

Eſt hominis magni, poſſe, & non velle nocere:
Maior at ille, inopem qui fouet atq; iuuat.

Ad Iacobum Maripetrum Venetum.

Ille ſuum Cicero non tanta laude poëtam
Ornauit, quanta, tu Maripetre tuum.
Sum tuus æternùm, ſi det mihi viuere Clotho:
Si rapiat vitam ſum tuus vſq; tamen.
At quia Pierias non norunt tempora frondes
Noſtra, nec Aonio Flumine labra madent;

Ingenio quia deſtituor, me laudibus iſtis
Non ornas potius, ſed Maripetre, oneras.

Modus ſe noſſe.

Laurea ſerta alius Parnaſo quærat in alto,
Et rapiat frondes ex Helicone ſacras:
Ardua me tentare vetat, mediumq; tenere
Phœbei iuuenis ſors metuenda iubet.
Ah ſumma eſt virtus, poſt Numina dia, ſeipſum
Noſcere, metiri ſeque ſuo modulo.

Biboni.

Horas me male collocare dicis,
Cùm Phœbi citharam fidesq; tracto:
At tu quid facis? amphoras Iacchi
Cùm noctem in mediam trahis bibendo?
Et vinum male collocas, & horas.

Ad Waikardum Comitem Salmiam.

Pulcer in irriguo ceu ſurgit floſculus horto,
Et metuit nullas ſole fauente minas:
Sic VVaikarde, tibi ſurgunt iucunda iuuentæ
Tempora; ſic pingit purpura rubra genas.
At ſortis Mortiſq; metu quo liber haberi,
Et decus æternum commeruiſſe queas;
Vtere, ſicut agis, ſtudio virtutis; in orbe,
Et virtute nihil firmius eſſe puta.

Hugoni Blotio.

Ex te quod nullam ſobolem tua ſuſcipit vxor;
Errat, deſidiæ qui putat eſſe tuæ.
Quin ego te nimium ſolertem iudico, Bloti;
Alternis vicibus deſtruis atque ſtruis.

Maximiliano Archiduci Auſtriæ.

Prandentem quoties te maieſtate ſerena
Cœnantem ve oculis aſpicio timidis:
Inclite vis dicam Princeps, quæ tunc mihi ſit mens?
Hoſpitem in ætherea me reor eſſe domo.

Ambroſiam reor eſſe dapes, tua pocula necta;
Te, quamuis Iuno nulla ſit, eſſe Iouem.

In poëtam vagabundum.

Doctus es ingenio præſtans, & multa diſertè
Scribis; ſed vitam turpiter exul agis.
Non aliter vili ſplendet circumdata plumbo,
Gemma, merumq; bonum fœda lagena fouet.

In maledicum.

Omnia quod rodis, quod mordes dente canino,
Quis te non rabidum dixerit eſſe canem?
Sed quia nulla facis cum ſanguine vulnera, non es
Re canis; ignauus nomine ſed cynicus.

Ad Dauidem Vngnadum.

Res belli tractas, pacis non negligis artes:
Hinc tibi Mars, illinc ornat Apollo caput.

Fronti nulla fides.

Cernis vt hæc gemmas imitentur poma rubentes;
Turpiculos vermes attamen intus alant?
Sic hominum formæ non tutum eſt fidere: vultu
Sub roſeo tabes lurida ſæpe latet.

Paupertas

Res bona paupertas: Dominum cùm cetera mutent,
Perrarò dominum deſerit illa ſuum.

Medicus.

Non male cum Medico confertur Spongia: lympham
Dum bibit hæc, aurum dum capit ille, iuuant.

Pictori.

Vxorem ducis: duplicas tibi, Adame, laborem:
Pingere namq; die; fingere nocte potes.

Tria inſatiabilia.

Omnia cùm poſſint expleri; tempore nullo,
Expleri poſſunt, femina, flamma, fretum.

In Amorem marmoreum.

Dormit Amor: caueas illi interrumpere ſomnum;
Confodiat iaculis ne tua corda ſuis.

Ee

De libellis ſuis Lectori.

Si quid in his chartis occurrat mollius, aures
Radere quodve tuas, lector amice, queat;
Da veniam: haud alii mores ſunt temporis huius.
O te felicem qui leuitate cares!
Vt ſine labe tamen noſtros percurrere luſus,
Poſſis, virgineus nec rubor ora notet;
Prudentes imiteris apes, quæ dulcia amaris
Ex herbis etiam fingere mella ſtudent.
Vel ſi non potes hos; ne ſaltem, ficut Arachne,
Suauibus è violis dira venena trahas.
Vt cuiq; eſt animus, ſic prodeſt carmen obeſtve:
Aſpergi maculis mens generoſa nequit.

Ad Caſtricum.

Quid te magnanimum, quid iactas, Caſtrice, fortem?
Quid capiti oſtendas vulnera facta tuo?
Arguit ignavum & vilem numeroſa cicatrix;
vulnera qui infligit fortiter ille facit.

Zoilo.

Non opus eſt noſtros vt rodas, Zoile, verſus;
Ipſe ego quos toties rodo, vocoq; malos;
Quos toties nihil eſſe puto; ſeruire palato
Si vis, ne rodas, Zoile, roſa prius.

De roſis autumnalibus.

Cur roſa multa meo paſſim naſcatur in horto,
Et circum ſurgat gramen vbiq; nouum;
Cauſſa ſubeſt: facit hoc curarum maximus æſtus,
Pectore qui noſtro nocte dieq; furit.
Et facit hoc ingens lacrimarum flumen, ocellis
De noſtris, nullo fine quod vſq; ruit.
Hæc commiſta duo in ſolitos producere flores
Poſſint: ah poſſent vota replere mea!

In Thraſonem.

Miraris magnumq; putas tot bella, tot inter
Conuerſas acies te cecidiſſe minus.

Eſſe aliquid concedo; nihil ſed miror: inepta
Nam belli arridet victima nulla Deo.
Militis ille boni nomen laudemq; tuetur,
Fortiter aduerſi qui cadit enſe viri.

In obitum Mich. Teufelij.

Et te virtutemq; tuam mors æmula nobis
Inuidet; ah nimis, ah hinc properanter abis.
Clade tua Princeps luget pius, indolet aula,
Et multi lacrimas haud cohibere queunt.
Ingeminant Muſæ ſuſpiria triſtia; quarum
Patronus toto tempore fidus eras.
Eripuit feſtina quidem Clotho tibi vitam;
Sed meriti famam ſecula nulla adiment.

Inſulſo cuidam.

A ſale nomen habes; defendis ſed male nomen:
Nil magis inſulſum te tua terra tulit.

In obitum Filij.

Cùm lux prima tibi fulgeret, nate, per hortos,
Creſcebat noſtros copia larga roſæ.
Nunc cùm te nigras rapiant mala fata ſub vmbras,
Atq; extrema dies occidat iſta tibi;
Pungentes ſpinæ circum præcordia creſcunt,
Ferales tribuli confodiuntque iecur.
Ille velut florum intempeſtiuus fuit ortus;
Heu mihi, natalis ſic quoq; nate tuus.

Eiuſdem Epitaphium.

Floribus hunc tumulum ne ſpargas hoſpes in illo
Nam nulli cineres, nulla nec oſſa iacent.
Omnia quod rapiat, querimur mors impia: ſed non
Eſt ita; Franciſcum non potuit rapere.
Angelus Angelico cœtu portatus ad aſtra,
Ignorat mortis vim, tumuliq; ſitum.

Tullij commendatio.

Vt tibi Romani veniat vindemia mellis;
Non alias foueas, quàm Ciceronis apes.

SEBAS-

SEBASTIANI ARTOMEDIS FRANCI.

Conſulibus & Senatui Cniphouiano, S.

ET quis erit finis? jam plus ſatis antè moleſtus,
Pergi, adhuc feſſis auribus eſſe grauis?
Hæc aliquis veſtro mihi de grege, cui mea paucis
Muſa refert: ſic me prædia curta beant;
Sic ego, quos caros habeo, quibus amplior eſt res,
Vberiora iſtis & meliora ferant.

Introductio Georgij Coqui, Ludimoderatoris Cniphouiani, præſente Conſule & ſenatoribus.

PRincipe cum veſtro Patres ſaluete verendi:
Pieridum ſalue turba ſacrata Duci:
Ante alios ego te iubeo ſaluere, GEORGI,
Cura recens animi deliciumq; mei.
Prouida quem voluit venerandi cura Senatus
Dædala gymnaſij ſceptra tenere ſui.
Diſcendumq; operas moderari, operaſque docentum,
Ne quemquam in præceps deuius error agat.
Hanc pietas arcem meruit tua, raraque virtus,
Fœcundumque bonis artibus ingenium.
Nec pudeat reliquos, ſede inferiore locatos,
Sponte duos nutus & tua juſſa ſequi.
Quem DEVS & procerum dignè chorus æſtimat; illi
Grande nefas cultum velle negare ſuum.
Nec, ſi qui audebunt, facient impune. ſed ad te,
Dux bone, quo cœpit tramite, ſermo redit.
Materiam laudis Spartam, duce & auſpice CHRISTO,
Nactus es; hanc orna moribus, arte, fide:
Multi illam tacitis votis petiere, ſed vnum
Te DEVS hoc dignum cenſuit eſſe loco.
Cui primis fauet à cunis, cui diuite cornu

Religio dotes contulit alma ſuas.
Cui Sophiæ licuit penitas intrare latebas,
Corq; auidum ſolidis exſatiare bonis.
Quem faciles Muſæ, quem carminis autor Apollo,
Lactea quem charitum turba decenter amat.
Cuius ab ingenio, ſtolidi Soror impia faſtus,
Ambitio procul eſt; frater & ipſe procul.
Aurea virtutis comes eſſe modeſtia gaudet;
Laudis & artis inops, qui tumet, eſſe ſolet.
Inſtantes auerſa fugit, fugientibus inſtat
Gloria, perq; humiles ſurgit ad alta gradus.
Mox erit, vt titulisq; nouis & honoribus auctus
Egregium doctâ nomen ab arte feras.
Idque alibi. nunc hic habita, CHISTOque vocanti
Obſequium & pactam perge probare fidem.
Eſt aliquid tanti mandata capeſſere Regis,
Militis & laudem promeruiſſe boni.
Debellaſſe feros armis victricibus hoſtes,
Res Domini ſaluas adſeruiſſe ſui.
Siſyphius noſtræ labor eſt (quis neſcit?) arenæ,
Cordato ſed enim conuenit ille viro.
Poſſe dabit, qui velle dedit. ſua caſtra ſequenti
Militiæ Princeps robur & arma dabit.
Fallor, an officii legesq; modumque requiris?
Iuſta rogas, & ab hoc non aliena foro.
Sed mihi muſa pudens dextram modo vellicat aurem,
Præceptisq; monet non opus eſſe meis.
Omnia nota tibi dudum ſatis eſſe ſuperq;.
Vela igitur noſtri contraho nauagii.
Tutus iter carpes, ſi dux tibi regula VERBI,
Conſcia ſi monitrix mens tibi ſemper erit.
Si tempus fore, certus eris, quo muneris omnes
Excutiet partes iudicis vrna tui.
Ne tamen hic etiam tibi deſit amica voluntas,
Te memorem iubeo Nominis eſſe tui.

AGRICOLAM pars Prima; COQVVM ſonat altera.
Multa monent, ſi rem diſpicis, iſta duo. (ſat te
CVRA ſit Agricolæ, cui meſſis & area cordi,
Noſſe habitum & mores ingeniumque loci.
Nimirum haud cunctis genius regionibus idem,
Omnibus haud idem frugibus aptus ager.
Gratior hic matri Siculæ, Patriue Lyæo;
Palladiis ille eſt gratior arboribus.
Hic benè farra virent; triticum felicius illic:
Hæc milio tellus conuenit; illa fabis.
Nec ſatis eſt curui terram proſcindere aratri
Dentibus, & foſſo ſpargere ſemen agro:
Ni ſimul exſcindas peſtes radicitus omnes,
Monſtraq; frugiferæ non toleranda Deæ,
Lappasq;, tribulosq;, voraciaq; agmina mures,
Furtiuas ſub humo qui poſuere domos.
Sæpe ſoli vitio ſollers cultura medetur;
Irritus eſt hominum ſæpe boumq; labor.
Nunc opus eſt gelidos ſulcis inducere riuos,
Nunc pingui glebas exſaturare fimo.
Expedit & vicibus ceſſare noualia certis,
Fertilis alterna gaudet ager requie.
Fas etiam ſolem & pluuias, aurasque fauentes
Supplice munificum voce rogare DEVM.
Nec fremere ad ſteriles annos, ſed pectore forti
Durare, & miſſis ſpe melioris ali.
Hic tu care DEO, Muſisq;, mihique GEORGI,
Plurima quæ fugias, quæque ſequaris, habes.
Ingenia inprimis puerorum, & captus, & ætas
Diſcernenda acri ſunt tibi iudicio.
Quis niſi mentis inops teneris imponat alumnis,
Quæ nequeant ipſi pondera ferre viri?
Vtile ſæpe fuit paucis, quod inutile multis;
Qui pueri vires conſuluit, ille ſapit.
His iocus eſt, operis fungi grauioribus; illis

Prima

Prima ſatis magnus ſunt elementa labor.
Quæ dare claua tibi magni neget Herculis ; illa,
Per numeros venient ſponte graduſque ſuos,
Arte opus, arte volans pelago ratis ; arte quadriga ;
Martius arte regi vult equus ; arte puer.
Huius agri lex eſt : Nec vbique ; Nec omnia. Prudens
Elige, quod ratio poſtulat, hora monet.
Nunc petat argolicas curſu , ſed parcius, oras ;
Nunc tuus in Latio puluere ſudet equus.
Nunc puer in Tulli campo ſpacietur aperto ;
Nunc bifidi figat montis in arce pedem.
Diſcere præcipuè teneris adſueſcat ab annis,
Quæ paſcant animam, quæque perenne iuuent :
Hoc caput, hic noſtræ fons eſt & cardo ſalutis :
TE IESV, & meriti vim didiciſſe tui.
Quo ſine , quid nugæ poterunt prodeſſe canoræ ?
In tenebris iter eſt, ars pietatis inops.
Laude carent etiam cultis ſine moribus artes.
Præ docto, puerum præſtat habere bonum.
Quid mihi profuerit, ſi plus ſatis omnia norim,
Nil faciam ; vi.â peſſimus, arte potens ?
Intus alam ; quorum pudeat foris : exſecrer ore
Barbariem ; factis turpibus vſque ſequar.
Nil niſi thus, meſſeſq; Arabum promittat odoras
Lingua ; cor eructet, Styx quod olere ſolet.
Lethiferis igitur vitiis occurre, GEORGI,
Sentibus à rigidis ſit tibi purus ager.
Exulet infamis, medicam qui reſpuit artem :
Is Sede ſua dignum qui reſipiſcit, habe.
Verberibus reſides, dociles hortatibus imple ;
Degeneres acuunt verbera verba ; bonos.
Triſtia cum metuit læſi puer ora Magiſtri ;
Cum reus in vultu ſigna dolentis habet :
Tunc tua ſalua tibi res eſt, mox cauſſa ſerenæ
Frontis erit, rugæ cauſſa quod ante fuit ;

Occultæ pudor eſt virtutis amabilis index,
Dedecus horreſcit cum puer ipſe ſuum.
Crede mihi, fugiet, quod nunc malè conſcius odit;
Flagitii, qui ſic vritur, hoſtis erit.
Præterea feſſos ſine pauſâ intendere neruos
Non decet, & curas perpetuare graues.
Ocia debentur Muſis ſua. rumpitur arcus,
Si nimius validas experiare manus.
Indiget & precibus labor impiger. vtile non eſt
Conſilium, ni ſit deſuper auxilium.
SED quid, ais, de meſſe jubes ſperare futurâ?
Solliciti merces ecqua laboris erit?
Hoc verò, hoc vlcus tangi timet. ergo vetuſtæ
Me ſatyræ verbis bis tribus expediam:
Scire volunt omnes, mercedem ſoluere nemo.
Præmia qui meruit, præmia rarus habet.
Sors eadem CHRISTI quondam fuit. omnia perfer,
Maganimi comitem te juuet eſſe Ducis.
Si negat ingratus, quæ debet præmia, mundus,
Fide DEO; mundus quæ negat, ille dabit.
DIXIMVS Agricolæ ſtudium pro tempore paucis.
Reſtat, vt eximium te juuet eſſe COQVVM.
Si benè Bibilici ſapuit feſtiua poëtæ
Muſa: Coquus domini debet habere gulam.
At Coquus Aonidum menſis qui fercula ponit,
Agminis infirmi debet habere gulam.
Quid valeat pueri ſtomachus, quid ferre recuſet,
Expendens, multâ temperet arte cibos.
Dura fugit, qui lactis eget, cui robur & anni,
Non amat exigui munere lactis ali.
Nec dulci ſemper locus eſt, nec ſemper amaro.
Nunc piper eſt ſtomacho, nunc crocus vtilior.
Laus ſit aromatibus reliquis ſua: judice CHRISTO,
Nobilitas ſalis eſt vtilitasque prior.
Hic animare cibos potis eſt. perit ars, perit omnis

Gratia

Gratia, laudati cum ſalis vſus abeſt.
Sic niſi ſal ferulæ mores compeſcat agreſtes,
Et labor incaſſum ſudat, & artis opus.
Exemplo libet è rebus vulgaribus vti:
Squamigeri grex hic agminis inſtar habet.
Quod ſale conditum durat, gratumque palato eſt;
Ni benè condieris, putre cadauer erit.
Spectantumq; immane oculos offendet, odorem
Tartareum caſtis naribus obiiciet.
Scilicet haud monſtrum eſt aliud deformius vllum,
Quam puer inſulſus moribus, arte rudis.
HÆC te pauca docent, nec enim libet addere plura,
Ceruici incumbat ſarcina quanta tuæ.
Vix Phidias, vix ipſe Myron, vix ipſe Prometheus,
Deucalion vé operi par queat eſſe tuo.
E ſaxo formandus homo eſt; è ſtipite duro
Pallas; & è puero, vir grauis arte, rudi.
Templa; domus; vrbes; ipſis cum Regibus aulæ,
Implorant operam Villice magne tuam.
QVOD felix igitur tibi ſit, quodque vtile multis,
Aggredere immenſi grande laboris opus.
Funde preces crebras; opere ne parce fideli;
Cætera cœleſti Numen ab arce dabit.
Rem facies, nec erit labor irritus; & tibi quondam
Proderit ignauas non habuiſſe manus.
Nam generis noſtri ſator & reparator IESVS,
Qui mala pro noſtrâ mille ſalute tulit,
Stirpe ſatus geminâ; lumen de lumine; verus
De genitore DEVS; de genitrice itidem
Verus Homo; tua cui totis induſtria neruis
Militat; ille tuæ buccina laudis erit.
Cum celſo in ſolio ſpectandus, honore perenni
Afficiet iuſtos, ſuppliciisq; malos.
Interea ſeruis (quando illius abſque potenti
Nec ſumus, aut quicquam poſſumus auxilio)

Si bonus, ò, faueatque ſuis, animosq; ſequaces
Inſtruat in laudes oraq; prompta ſuas.
Conatusq; pios fortunet, vt organa ſimus
Grata ſolo fructu diuite, grata polo.

De Idiotiſmis Conradi Leij,
Ad Lectorem.

NE titulo metire librum, ne pondere, Lector;
Sæpe ſub exili tegmine gemma latet.
Aucupij genus eſt, magni ſua carmina Vates
Cum properata vocant, cùmq; parerga vocant,
Quis properata putet SCHEDII SCHEDIASMATA? (quis, quæ
POSTHIVS Erga canit, nuda Parerga vocet?
Quid GRVTERE, quis pote dulcius eſſe Periclis?
Quid, TAVBMANNE, tuis cultius eſſe auibus?
SCALIGERI quis non cupiat Teretiſmata? quis non
Totus amat Nugas, docte CATVLLE, tuas?
Vatibus ergo bonis mos eſt, non velle videri,
Sed titulis fœtus extenuare ſuos.
Hic MEVS Auſoniæ promens Idiomata linguæ,
Eſſe IDIOTISMOS, inquit. Apollo negat;
Triga negat Charitum; iurant Heliconis alumnæ,
Mundius eſſe nihil; doctius eſſe nihil;
Sanctius eſſe nihil. Diuini parcite vates
Vlterius fictis ludere nos titulis.
Sat liquet eſſe pares vobis ad maxima neruos,
Cùm ſuperent veſtri ſeria noſtra ioci.

Ad Iohann. Eckardum Muſicum.

POſcimur ad thalami tædas, Eccarde, pudicas.
Ibo prior verſu, tu citus ambroſios
(Nam potes) adde modos. Tria ſunt, quæ nobilis auctor
Omnibus eſſe piis grata DEOque canit.
Intemeratus amor fratrum: vicinia concors:
Pax iuuci cuſtos fida perenne tori.

Aurea dent alii: nobis labor vnicus eſto,
Hæc tria coniugibus dona rogare nouis.

Huldrichi Apelij Roſa.

NVper vt irrepens Paphios HVLDRICHVS in hortos
Audaci teneras meſſuit vngue Roſas:
Spina manum læſit; cor arundine fixit acutâ
Acer, in inſidiis qui latitabat, Amor.
Vtraq; pœna grauis, miſero cor liquitur æſtu:
Saucia crudeli vulnere dextra tumet.
Riſit ad hæc, furemquè ſuum miſerata Dione,
I puer, & medicum, dixit, anactoreum
Conſule; Gœbelio nomen. nihil addidit vltra,
Gœbelij notos mox petit ille Lares.
Poſcit opem. dextræ facilis medicina reperta eſt:
Difficiles aditus vulnera cordis habent.
Irrita vis herbis fuit omnibus, irrita verbis,
Artificum doctis irrita conſiliis.
Sola ſuperueniens, patruum dum forte ſalutat,
Auxilium virgo Gœbeliana tulit.
Cui virtus animum finxit, cui gratia mores,
Virginei ſydus quam liquet eſſe chori.
Cui Roſa conueniens nomen dedit; ilicet illi
Purpureus roſeas ſtat pudor ante genas.
Emicat ex vultu probitas: ex ore venuſtas,
Nectareos fundit lingua pudica fauos
Quam genuit quondam noſtræ Camerarius Aulæ,
Eximius meritis & pietate Senex.
Hanc miſer Apelius cupidis dum ſpectat ocellis;
Mellitos auidâ dum bibit aure ſonos;
Dum niueam tangit dextram; dum baſia libat;
Et cor hians intus mitior aura fouet:
Conualuit, res mira; grauis deferbuit æſtus,
Et patruo melior Virgo fuit medicus:
Nata ſolo, morbi fuerat; nunc cauſa ſalutis

Fit

Fit R O S A, parte ſui principe nata polo.
Nobilior gemmis, flauo precioſior auro,
Pulchrior Hyblæis caſta S V S A N N A roſis.
Hanc igitur laudat medicis magis omnibus vnam,
Hanc vitæ ſociam delegit Apelius.
Hanc amat, hanc thalami ſibi fœdere copulat arcto,
Præſidiumque vocat dulce, decusque ſuum.
Fallimur? an placidi flatu ſatiata F A V O N I.
Innumeras pariet fœta S V S A N N A Roſas?

NICOLAI ASCLEPII BARBATI.

Natalis Chriſti præconium.

FEſta dies aucto Phœbei luminis orbe,
Ingenuis feſtum mentibus vrget opus;
Et citat emerſi nos ad faſtigia ſolis,
Nec ſinit infernas ſemper amare domos.
Quid tibi cum rebus mens cœlo nata caducis?
Naturam genii quin age redde tui.
Cur aliena magis, quam quæ tibi proxima curas?
Ceſſat & in propriis mens aliena bonis?
Brutaq; mortales cùm ſtulti membra ſequuntur,
Immortale ſuum non facit officium?
Appetit effreni petulans laſciuia motu,
Inque procax venis vis meat illa tuis.
Bile per indomitos artus mittente venenum,
Vindictam nullâ cum ratione petit.
Inque auido cædis quæ ſanguine vita quieſcit,
Ire leonino dicitur à ſtomacho.
Sic ſtupidi dubiis quærunt latitare periclis,
Frigidus externum corpus vbi horror habet.
Porrò vbi factorum pigeat, pudeatuè tuorum,
Conſcius heu triſti manat ab ore rubor.
Tolluntur dempto riſuſque jocique liene

Et ſpes ſolicitos immoderata facit.
Nituntur ſenſus verſâ ratione ſub ipſos
Hæc adeò & mentem reddere corpoream.
Quæ ſi mutatâ vim conditione priorem
Induat,& pleno ſurgat in aſtra Ioue:
Extenuet raris pereuntes ignibus artus,
Carnis & æthereas ſcandat inane plagas.
Magna reuictura ſunt hæc myſteria carnis:
Pendula in hoc ſpeculo ſe probet ergo fides.
Tanta Deus phyſica incidit myſteria in æra,
Præterea quod & hæc pagina ſacra docet.
Fingeret vnde hominem fertur bonus ille Prometheus
Particulam è cunctis ſurripuiſſe feris.
Verùm animum æthereo furtiuum duxit ab igne,
Fluxit & à puro mentis origo Deo.
Ergo age imago Dei, ne te contagio carnis
Efficе mens vllâ morbida labe premat.
Quæ patet emenſo ſpacioſior orbita cœlo,
Decreſcit ſummis quæ breuis vmbra iugis,
Somniferum mentis diuinæ odere veternum,
Sidereo & noctem ſurripuere animo.
Ætherea venit qui patris ſplendor ab arce,
Nos poſtliminij iure aliquando vocat.
Ecce oritur nobis illuſtri ſidere Phœbus,
Angulus vmbrarum quo nihil vllus habet.
Vtpote diuinus manat per ſingula fulgor,
Ambitur nullis fulgor & ille locis.
Cuius ſi rutilet tenuis ſcintillula nobis,
Vnde meum tepeat quidlibet ingenium,
Exiguum ſat erit tenera ad præſepia carmen
Dicere, cum ſocio ſiue boare grege.
Nec puero turpe eſt grandes colludere natu,
Cuius opum conſors ſit ſibi nemo ſenex.
Pax,grato quodcumq; venit de pectore, quamuis
Deſtituat numeros carmen inane ſuos.

Nam

Nam quoties cantu deſcendit ſomnus anili?
Et monet officij grata Neæra Deum?
Eſt qui Lædæos interſtrepit anſer olores
Curarum æterno portio quanta Ioui?
Donantis mentem pluris quam dona recenſet,
Rimatur cordis qui penetrale, DEVS.
Placauit facilem quoties mola ſalſa tonantem,
Et ſummi eſt vitulâ gratia capta Iouis?
Imò & ob hoc noſtras deſcendit pauper ad aras,
Pauperis vt tenues audiat ipſe preces.
Et profugus pharias aſino defertur ad vrbes,
Fors aſino Aoniam me feriente lyram.
Et veniens aſino Solimi ad ſacraria templi,
Audiit à pueris: Rex benedicte venis.
Nempè è ſublimi Chriſtus miſerator Olympo
Seruili venit conditione puer.
Sæpe leui ſomnum cui ſuadet inire ſuſurro
Et miſcet numeros caſta ſine arte parens.
Magnificum te chare puer mea corda fatentur,
Qui terræ & cœli es Oceaniq; potens.
Inq; tuo mea mens exultat nomine fili,
Tu mihì nate Deus, tu mihi nate ſalus.
Quantumuis nihil ipſe ſiem, me reſpicis, hinc me
Felicem mundus terq; quaterq; canet.
Magna mihi, qui magna potes, concedis egenæ
Et ſolum ſanctum eſt nomen in orbe tuum.
Qui te chare puer, qui te reuerebitur, eius
A ſtirpe in ſtirpem fers miſerator opem.
Ipſe tuo elatas diſpergis robore mentes,
Sternis ſublimes, euehis atq; humiles.
Si quis te eſuriat, conuiuam paſcis opimè,
Turpe eget immenſas diues at inter opes.
Tu qui Iſraelem miſeratus ſuſcipis, vt qui
Vis Abrahæ patris, vis meminiſſe patrum.
Pro queis nate tibi & patri ſit gloria donis,

Vnde venit numen, Spiritus alme tuum.
Hunc neq; purpureæ natum excepêre miniſtræ,
Nec curant poſitos molliter articulos.
Nemo lauat, calida nec frigida temperat vnda,
Anxia nec variis eſt domus obſequiis.
Et quod debebat nato ſine coniuge mater,
Forſitan & nullo non eget officio.
Nam quis præſtet opem, cui diuerſoria frigent?
Quiſuè puerperium quærat & antè boues?
Quæ tam contemptum connixa eſt fœmina partum?
Vix olido miseræ cui locus in ſtabulo.
Quæ tam barbarico fuit vnquam natio ritu?
Vt non præferret parturientis opem?
Gaudet auis nido, foueis vulpecula cœcis,
Reptile amat petras, littora piſcis habet.
Quæ venit è gremio ſoboles æterna paterno,
Exiguum capiti non habet eccè ſolum.
Turba quæ ad inſolitum defert ſua nomina cenſum,
Cedens Romano Regia ſceptra iugo.
Ordine quæ fierent vrbana negotia miſcet,
Humani leges turbat & hoſpitii.
Tempore in hoc naſci quo fida oracula conſtent,
Et tam neglecto maluit ille loco.
Quam inter Herodiacæ cunabula eburnea ſpondæ,
Quam Mariamnæi fulcra cruenta thori.
Crederet huic quiſquam natum de virgine regem,
Sacro conceptum flamine, patre Deo?
Ex, quæ condiderit primis in membra coactum,
Cuius nec mundus quiverit eſſe capax!
Nec Dominum rerum rebus cognoſcier ipſis?
Sed res factorem deſtituiſſe ſuum?
Argumenta fidem rebus præſtantia tantis
Hic hominum callens deſit & ingenium.
Congerit arenti cui cuſtos ſtragula fœno,
Edicto cuius gramina læta virent,

Seſe-

Stirpibus humenti vitam è radice miniſtrat,
Vermibus arroſo qui modò lintre cubat.
Implicitus pannis hic qui fouet omnia, friget,
Vagit & ad trepidos pauper inopſque boues.
Et viuit modico cui viuunt omnia lacte,
Et prætentatos excipit ore cibos.
Faſcia compoſitos ſtringit replicabilis artus,
Membraq; vulgaris diſcita Zona regit.
Nunc flens virgineo placandus ab vbere pendet,
Et merus in cunctis quid niſi rebus homo eſt?
Exulat à patria qui nil peccauerat infans,
Vt nos æterno tolleret exilio.
Quis miſerabilior verſet mortalia caſus?
Quam qui immortalem hic excipit (oro) Deum?
Aſpice ad omnigenas naturæ diuitis artes,
Et non deprenſas cuncti parentis opes.
Naturæ artificem dehinc reſpice diuitis ipſum,
Factorem in mediis reſpice diuitiis.
Non nolens, vt nos, nec paupertate coactus,
Attamen en operum, quæ variauit, eget.
Nec modò dum puer eſt (quæ ſors mortalia tentat)
Hæc, ſed qua vixit ter tria luſtra tulit.
Sordet, negligitur, famet & ſitit, vltima paſſus
Neſcitur, vermes nec precium inter habet.
Felix paupertas, qua nobis copia rerum
Parta eſt, quæ nullo ſit peritura die.
Vincit Amaltæum cuius profuſiò cornu,
Et quidquid totus nobile mundus habet.
Deficit hic quidquid ducit Pactolus & Hermus,
Et precium æquoreus vile lapillus habet.
Quidquid odoratus ditat Phœnices amomi,
Et tantum Aſſyrio balſama grata ſolo.
Cumq; autumnali Chloris fœcunda marito,
Cantatâ Alcinous diues & in patriâ.
Et qui ſe formas mutat Vertumnus in omnes,

Pauperem & exigui ſe putat eſſe pretij.
Arrabico Coæ veſtes bombice verentur
Iſtius cenſum poſſe ſubire fori.
Æmula Palladiæ ceſſat virtutis Arachne,
Et quæ Mœonio ſtamine tela nitet.
Pallas & ipſa ſuos quantæ ſunt maxima vires
Deijcit, & natam ſe negat eſſe Iouis.
Labitur è cœlo tanti ſapientia nati,
Natus ab æterno prodiit ille patre.
Aurea quæ ſpeciem referebat gaza trabalem,
Et ſolymas inter præradiabat opes.
Cedit Ephratæo quamuis ſit vile cubili,
Nec dono eſt alius fertiliore tholus.
Palmetum è cæſo quod balſama codice ſtillat.
Bethlehemitanum nil facit ad ſtabulum.
Exiguæ ſuperant quodcunq; anathema clitellæ,
Et Ptolomeæ numina lapſa Phari.
Nam profugi faciem poſtratus ſentit Oſyris,
Et patrio cedens Iſis amica ſolo.
Parthica Phœbeo radiabant fulcra metallo,
Hic flaui multo lumine Chryſoliti.
Hic Amathuntiacâ conchylis purpura teſta,
Hic ab Erythræo munera rapta ſolo:
Hic virides doctâ fulgebant arte Smaragdi:
Hic de Cadmæâ mollia penſa Tyro.
Hic quidquid fragrat, hic quidquid dulce palato,
Læuia contactu, dulcia quæq; ſono:
Tanta parabantur, moribundæ ſchemata carni,
Cuiq; parabantur, quid niſi pedor erat?
Qui ſtellas proprio diſtinxit quasq; colore,
Vnde fluit gemmis vis quoq; ſidereis.
In ſicco, tali natus ſub tempore, ligno,
En Deus en trepidos ponitur antè boues.
O felix pecus, ô, quamuis rationis egerent,
Bruta tamen dominum ſunt venerata ſuum.

Quod poſſunt, flatu, qualem inſpirauerat ille,
Inflexis dominum prona fouent genubus.
Talis in humanos veniat reuerentia mores,
Digna ſit officio vox rear illa ſuo.
Hunc elementa tamen vix ratum muta loquuntur,
Et celſi agnoſcunt axe ab vtroq; poli.
Nam cœli veniunt præſagi numine Magi,
Præbentes homini myſtica ſacra Deo.
Alter ab Arrabicis fert aureæ munera petris,
Felici regem largus & ære beat.
Alter Oronteæ redolentem pixida myrrhæ,
Membra vnget Domini quo moribunda ſui.
Hinc quoq; ſacrifici libantes thura Sabæi,
Quo magnum cœli numen honore colunt.
Turbaq; paſtorum veniebat ruſtica, quamuis
A Phariſæo ſpreta ſupercilio.
Paret & Angelicis ſub noctem credula juſſis,
Intento ad ſuperum carmina dia grege.
Cum quibus vnanimes tibi Chriſte precamur honorem,
Et pacem terris, ſit modo pacis amans.
Teſtetur reduces quæ nos via deniq; ciues,
Et menten Angelicis inſeruiſſe choris.

CHRISTOPHORI AVLÆI ERPHVRDIENSIS.

Epitaphium Friderici Imp. Auguſti.

Phœnicem, ſolemque ipſum, mundiq; monarcham,
Inuida juſſerunt marmore Fata premi.

Epitaphium Ludouici Elect. Palatini.

Hac jacet exigua Princeps Ludouicus arena,
In toto quo vix æquior orbe fuit.
Nam (quis non laudet?) veluti poſcebat honeſtas,
Gloria Pacis erat, gloria Martis erat?
Qui tranſis igitur, quàm ſit vis maxima mortis,
Interitu tanti certior eſto viri.

Epitaph. Henrici Ducis Saxoniæ.

Hac modica ſitus eſt princeps Henricus in vrna:
Mens petit alta polos: nomen in orbe volat.

Epitaph. Conrad. Bibrani, Epi. Wirtzburg.

Siſte, licet renuant peragenda negotia greſſum;
Et lege: res paruam poſtulat iſta moram.
Hoc(ita Diis placuit, ſic fata tulêre) ſepulchrum
Frigida Cunradi Principis oſſa fouet.
Non Mauſolæi celebrata toreumata ſaxi,
Nec data heic Phariam cernere Pyramidem.
Ipſa ſibi ſatis eſt Superis gratiſſima virtus,
Nec cupit ex alia quærere laude decus.

Epitaph. Cunradi Thungeni, Epiſcopi Wirtzburg.

Præſulis hæc cineres Cunradi marmora claudunt:
Francia flebilibus quem gemit vſque modis.
Fama ſed immenſum celeberrima peruolat orbem:
Spiritus æternæ gaudia ſedis habet.

Auguſtini Marii, Epiſcopi Salonenſis.

Qui Marium ſaltem putat hoc recubare ſepulcro;
Illius humana mens ratione caret.
Cum Mario quoniam Pietasque Fidesque iacentes,
Diuelli à Domino non potuere ſuo.

Bened. Aulandko, Abbati Erphurdiæ.

Hoc probitas & cana Fides, Pietaſq; quieſcunt,
Oſſa pater, tumulo quo Benedictus habet.
Mors niſi more ſuo, dignos violenter in omnes
Iniiceret rapidas invidioſa manus;
Viueret æternos ſine fine ſuperſtes in annos;
Noſtraq; , quæ magna eſt, nulla querela foret.

Epitaphium Angeli Politiani.

Quem ſacro puerum lactauerat vbere Pallas,
Angelus hac tegitur Politianus humo.
Flete decus veſtrum, diuini Iuris alumni:
Flete vagas lauro turba reuincta comas.

Henri-

Henrici Leonis epitaphium.

Heic tuus occulitur, diuina Matheſis, alumnus:
Vt quondam viuus, ſidera mente colit.

Epitaph. Christoph Laberii.

Defuit vna dies ſexta à trieteride, triſtis
Iniecit ſæuas cùm mihi Parca manus.
Heu, rapida innocuo debebant parcere fata!
Nec mihi natalis ſic celebrandus erat.

Epitaph. Henningi Olemani.

Fallitur exſtinctum ſi me putat eſſe viator,
Prorſus & in turpi iam periiſſe luto.
Inuida nam rapuit quod mors mihi, Gloria reddit:
Nullaque ſic fati ſentio damna mei.

Attilii ab Offenhuſen ſigniferi Cæſarii epitaph.

Nil tegit hoc Saxum: nam Cerberus oſſa vorauit:
Addita Tartareis manibus vmbra gemit.

De eodem.

Si tibi fortè opus eſt, onus heic deponito ventris,
Non alio certè dignus honore locus.

CONRADI BACHMANNI.

Super obitum Helenæ Mariæ Wackeriæ.

HEri Calliopen meam rogabam,
Vt mi ſuppeditaret Hipocrenes
Tantillam modò guttulam ſerenæ:
Quâ poſſem meliusque terſiuſq;
Expolire metrum ſuæ Mariæ
Suæ VVackeriæ probæ puellæ;
Quâ nulla ingenioſior puella eſt,
Quâ vix ingenioſior vix vſquam eſt:
Ille, inquit, mihi fons amarulentis
Totus nudique nunc ſcaturit vndis,
Vt nullas ego turbulentiores
Vllo tempore viderim ſcatebras.
Nempe tot lacrymas, tot eiulatus,

Tot planctus vehit; vt licet profundè
Ex alto ſitulâ haurias capace,
Nil præter lacrimas amarulentas,
Nil præter gemitus & eiulatus,
Hinc haurire queas,& huic referre.
Et quis non gemitus & eiulatus
Et quis non lacrimas amarulendas
Tam caro capiti velit Sacrare?
Tam caro capiti meæ puellæ;
In quâ cor reuerens Dei & Parentum,
Doctorum reuerenſque cor virorum,
Morum grata rotunditas,loquelæ
Expolita ſeueritas, leporum
Iucundiſſima amœnitas nitebant.
Illa, inquam,illa puella, ſed ſubinde
Ebullit lacryma è meis ocellis,
Vt non laudibus hanc ſatis deorè
Et rectè celebrare iam potis ſim.
Quare quam modò guttulam petebas
Tibi ſuppeditari ab Hipocrene;
Hanc inquam,tibi guttulam capeſſe
Ex meis oculis, ab his ocellis,
Ab Apolline; & à choro noueno,
Illa ſemper amabitur Maria.

In pictam Iuſtitiam.

Illa Dice, nitidam quam veſtis candida velat,
Cingula cui pectus flaua decuſſe ligant;
Vt gladium vibrent viden? æquo vt iure bilanos
Singula nunc trutinet fanda nefanda, viden?
Cur tamen alterutrâ depreſſior altera lanx eſt?
Hanc Bona rara leuant: Hanc Mala plura grauant.

In album neſcio cuius

Iuſtitiam in clypeo geſtas, & nomina Iuſti?
Quàm male defendis nomina cum clypeo?

In varium.

Traxerat in multam Varius conuiuia noctem;

Et manè officium, ſed bene potus, adit.
Vt cæpit ſiccâ de ſobrietate profari,
Continuos ructus edidit, & tacuit.

ANDREÆ BALDERSCHLEBII SANGERHVSANI.

Viuus ac moriens ſum Domini.

VItam ſeu dederint, vitam ſeu fata negarint;
Dulce mihi in Domino, viuere dulce mori.

Aliter.

Tota penes Dominum vitæ eſt mortisq; poteſtas:
Ergo Deo morimur: viuimus ergo Deo.

Ad huc.

Eſt mortis pariter Deus, eſt etiam arbiter æui:
Huius ſuum viuus mortuus huius ero.

Item.

Lucem ſeu videat, lucem ſeu vita relinquat;
Eſſe ſcio, qui me curet ametque, Deum.

Vel;

Noſtra ſalus Deus eſt, non ſolum tempore vitæ:
Eſt etiam mortis tempore noſtra ſalus.

Aut.

In Domino quiſquis didicit ſpem ponere; mortis
Scilicet & vitæ tempore ſaluus erit.

CASPARIS BARTII.

Ad Felicem Starzerum.

NEmo vnquam poſthac me corpore quærat in iſto:
Nobilis exceſſit Spiritus: ipſe abij.
Scilicet hic pectus Starzeri animumq; habitabat,
Diſceſſu cuius diſcidium patior.
Ille abit: ipſe comes: corpus graue in hocce relinquo
Nomine. vita aliò cara profecta mea eſt.
Tu Felix, omnium longè cariſſime amicûm,
Hunc in amore tuo ſentumulare velis.

Sic etenim certum eſt, dulci cùm morte perirè
Ipſius vitæ ſuauius eſſe bono.
O ſi intus videas, extrà quem cernis, amicum!
Non Momus potis hac carpere parte Deos.
Ignibus exuſtum pectus flagrare videres,
Queis nihil in toto eſt æthere candidius.

Ad Gellium.

Odi te, Gelli, nec poſſum dicere quare,
Hoc tantum: ſed & hoc, idem amo te nimium.
Vnius alteriuſq; eadem mihi cauſſa profectò eſt,
Odi te quod amo, teque amo quod mî odio es.

Ad Publium.

Quod quæris equidem, diſcertè publi,
Quei vitam inſtituas beatiorem:
Herclè id neſcio: ſic ſalus tuæque
Ad vnam charites me ament, velintque
Vulgi Vafricies putare nauci.
Vnum eſt quod tibi (ſcio enim diſertè)
Dictum diſcupio iſta ruminanti,
Vis eſſe improbus? otiare, Publi.

De Vibennio.

Secreta cui narrare volupe eſt alteri,
Tamen ſpei vt nil eius imponat fidei,
Quei cupiat illa adjuta habere ſedulò;
Aures Vibenni non breues adeat nimis.
Virga potente nàm niſi orator Iouis
Mercurius illum mutet è Batto meto,
Narraſſe lapidi conſilia ſciat ſua.

De Orbilio.

Non vult Orbilius Iuuenes nutrire capillum;
Ipſe ſui quota pars, Criſpe, ſupercilii.

De Lamiſcu.

Vnum concelebrat Lamiſcum æterna vetuſtas,
Cui digitus fuerit cingula falſa lupi.
Quod noſtro numerem, ſine miraclo, vnico in æuo,
Queis, manibus, pedibus, nemo alius digitus.

De Sabello.

Felix eſt amor iſte quo Sabellus
Seſeque & ſua diſperit; profectò:
Riuale caret, æmulaque turba.

De Fure à ſuſpendio liberato.

Fata nihil ſpebus mortalibus ire negatum,
Si minus audiſti; res ſatis acta docet.
Qui furcam meruit, cras ſuſpendendus ab illa,
Fati hodie ingenio reperit auxilium.
Infelix etenim ſtipes ſubductus ab illo eſt,
Preſſerat infeſtæ quem fera legis hiems.

In Auitum.

Te literarum ineptus eſſe nullarum,
Auite, dixi; ingentium trium cùm ſis.

In Poſtumium.

Poſtumium totos caperata fronte ſedere,
Non eſt quod mirer, Pontiliane, dies.
Nempe Catonibus his rupta de fronte timendum eſt,
Queis plenum humani ſinciput eſt cerebri.

De Appio.

Agellos tenues, Faber, locet cur,
Quæris Appius intimis amicis.
Fœcundum Aſtrologi minantur annum.

Societas mala inementabilis

Turpe ſodalitium fugito improuiſus adiſti?
Parce piis dictis animos incendere prauos.

Fit furor læſa patientia.

Læſum aliquem, ne offende iterum. patientia velox
Tranſit in ignitæ rabioſa pericula bilis.

Bona vera quæ.

Quæ tibi per te ſunt, non ſunt bona vera; ſed in te
Si qua tenes: ſumma hæc cenſendi regula rectè eſt.

Summum ius, ſumma crux.

Summum vbi ius tibi adeſt, ſumma eſt iniuria præſto:
Sic illo vtaris, ne te hæc ſubitaria fallat.

In Hillonem.

Es grauis, haud equidem hoc poſſum negitare, poeta;
Qui rumpis cunctos, vix recitans, pluteos.

De Viola ex Muſæo

Gratia mentita eſt Charitum cui fabula trigam
Finxit in Ephroſyne, Paſithea, Ægiale.
Mille Viola vno Charitas meâ nutrit ocello,
Quarum vna Euphroſyne, Paſithea, Ægiale.

De Sabello.

Dum nil cogitat, aut cupit Sabellus,
Ni pro poſteritate; res ſtupenda?
Ipſi poſteritas ſibi eſt Sabellus.

De Viola.

Vnum Baſiolum Viola nobis
Damnas de numeri dare illius
Medulla interiore, quo Deorum
Triſtes lætitiâ adficit rigores;
Vix labris male labra complicando,
Valgo ſua viola abſtinere iuſſit.
An hoc baſiolum dare eſt? dare illud
Cuius Iupiter ex odore cœnam
Pro lauta Ambroſia inſtruit Deabus?
O vitæ mea vita, corq; cordis;
Non hoc baſiolum dare eſt, dare hoc eſt
Ah, deſiderium ſacrum & ſuperbum
Mollis Baſioli: vt ſiti leuandæ
Si quis fontem alicui indicet, ſed illum
Quemquam accedere poſſe denegabit.

MICHAELIS BARTHII ANNÆBVRGENSIS.

De Sereniſſimis Poloniæ Regibus.

Lechus I.

REx primus, gentiſq; parens, & nominis autor,
Ex Noæ genitus ſanguine Lechus erat.

Cra-

Cracus I.

Poſt Lechi natos,longa interregnaq;,Cracus
Cracouiam condens,regia ſceptra tulit.

Cracus II. & Lechus II. filii huius.

Heu fratrem horribili conſumit vulnere Lechus,
Hinc merito ipſe etiam ſpretus & exul obit.

Vanda.

Vanda gubernauit,ſublatis fratribus, vnde
Vandalicis nomen gentibus impoſitum.

Leſcus I. antea Przmislaus.

Tranſactis annis centum ſine rege,coronant
Victorem Leſcum qui ſine prole obiit.

Leſcus II.

Perſam hinnitus equi regem feciſſe Darium
Traditur:huic magnum curſus equi peperit.

Leſcus III. ſecundi F.

Rex bonus,haud vna contentus coniuge vixit,
Multa ex pellicibus qui ſobole auctus obit.

Pompilius I. filius legitimus Leſci III.

Laude nihil dignum fecit,niſi quòd ſua nato
Fatidica potuit voce notare mala.

Pompilius II primi filius.

Occidit patruos,putribusq; è carnibus horum
Prognatis moriens muribus eſca fuit.

Piaſtus.

Simplicitatis amans,pacis cultorq; Piaſtus,
Extremum tarde clauſit in orbe diem.

Semouitus Piaſti filius.

Occidit ante diem,populum in mœrore relinquens:
Annos qui patrios viuere dignus erat.

Leſcus IV. F. Semouiti.

Ignauus longos vitam produxit in annos,
Mutataq; ſenex cum patre ſorte perit.

Semomiſlaus Leſci IV. F.

Digitized by Google

Hunc quoq; Neſtoreos poſtquam propè cõtigit annos,
Ipſa ſenem è vita morte ſenecta tulit.

Miezislaus, antea Miesko, F. Semouiti primus Chriſtianus.

Verſus hic ad Chriſtum, & ſacro baptiſmate lotus,
Æterna regnum proſperitate beat.

Boleslaus Magnus F. Miezislai.

Magnus Alexander, Magnus Pompeius, & iſte
Sarmatico ex merito hoc nomen in orbe gerit.

Miezislaus II. Boleslai F.

Poſt obitum patris Magni ſucceſſit, & eius
Quam proprio potius clarus honore fuit.

Caſimirus I. Miezislai ſecundi filius.

Doctus hic, & primò monachus, ſuccurrere lapſis
Rebus natus erat, regnaq; reſtituit.

Boleslaus II. F. Caſimiri natu maior.

Iſte Stanislaum ſanctum necat, efferus, audax,
Exul, & à canibus dilaniatus obit.

Vuladislaus I. Boleslai ſecundi frater, cognomento Hermannus.

Vtilis Hermannus patriæ, belloq;, togaq;,
Principis egregii laudem animumq; tulit.

Boleslaus III. F. Vuladislai.

Omnibus hic maior quos ſecla priora tulere,
Et potior cunctis, laudis honore viget.

Vuladislaus II filius Boleslai tertii.

Conſilia hic nimium dum ſtulte coniugis audit,
Exul in ignota contumulatur humo.

Boleslaus Criſpus, eius nominis quartus Vuladislai ſecundi frater.

Romanam iſte aquilam aduerſam ſibi ſenſit, abactum
Dum regno fratrem reſtituiſſe cupit.

Miezislaus III. frater eorundem.

Nulla tyrannorum legitur diurna poteſtas:
Id quoque Mitzlai ſæua libido probat.

Caſimi-

Caſimirus II frater eorundem.

Pulſo fratre, pius Caſimirus regna gubernat,
Et laudem recti iuſticiæq; tulit.

Leſcus V. cognomento Albus, F. Caſimiri ſecundi.

Mitzlao regnum repetenti reſtitit Albus,
Præfectò à proprio vulnere cæſus obit.

Boleslaus V. cognomento Pudicus.

Sal primùm effoditur rerum potiente Pudico,
Hic vbi nunc multa Bochnia laude viget.

Henricus Barbatus princeps Sileſius.

Barbatus tutor tantum quia multa peregit
Præclara, hic etiam commemorandus erat.

Leſcus VI. cognomento Niger.

Hic de Maſſouia victor cum laude triumphans,
Germanis didicit quæ ſit habenda fides.

Boleslaus VI.

Dux hic Maſſouiæ, Nigro, ſuadente ſenatu,
Succeſſit: tandem pulſus in exilium.

Henricus II. Dux Sileſius cognomento Probus.

Regna Vuladislao temerè inuadente tuetur,
Atq; haurit moriens dira venena Probus.

Vuladislaus III. Cubitalis dux.

Succeſſiſſe Probo Cubitalis fertur, in ipſis
Sed mox principiis iuſſus abire gradu.

Przemislaus dux.

Rerum ſponte ſua curam ſuſcepit, & ipſe
Fortunam haud aliam quàm Cubitalis habet.

Venceslaus Bohemus dux.

Dum vario euentu Cubitali, armiſq; reſiſtit:
Rex nouus interea à patribus eligitur.

Przemislaus II. rex.

Poſt interregnum, primum huic collata corona eſt:
Sed mox ante diem cæſus ab inuidia eſt.

Dd 2 Ven-

Digitized by Google

Venceſlaus Bohemus rex.

Compoſitis rebus belli,paciſq;,redibat
Ad patrios, linquens regna aliena,lares.

Vuladiſlaus Cubitalis rex.

Deiicit, vt releuet,multos fortuna:Ducatu
Pulſus adhuc ſerò rex Cubitalis obit.

Caſimirus III.cognomento Magnus, F. Cubitalis.

Magnus hic & pace & bello cunctos ſuperauit,
Et magnas laudes ædificando tulit.

Ludouicus Caſimiri ex ſorore nepos.

Hungariam pariter rexit,forteſq; Polonos,
Magni prognatus ritè ſorore nepos.

Heduigis filia Ludouici.

Eſt quoq; Sarmatiæ ſua,crede,Semiramis,& quæ
Aſſyriam ſuperet laude pudicitiæ.

Vladiſlaus quartus Dux Lithuaniæ dictus antea Iagello.

Heduigis hic coniunx variis clariſſimus actis,
Cracouiæ Muſis condidit hoſpitium.

Vladiſlaus V.quarti filius.

Varna tuam memoret ſtragem, & lachrimabile bellum,
Ex quo victor ouans Turca trophœa tulit.

Caſimirus IV.

Teuthonicos fratres ſibi,Prutenoſq; ſubegit,
Et pariter bello paceq; clarus obit.

Ioannes Albertus Caſimiri filius.

Fortis hic,& ſapiens,fortunam ſenſit iniquam,
Vallachoq; miſer victus ab hoſte fuit.

Alexander,Ioannis Alberti frater.

Arma togæ ceſſere ſub hoc,licet vtraq; rex ſit
Expertus:verum pacis amator erat.

Sigiſmundus Caſimiri F.

Maiorum æquauit,ſi non ſuperauit vtrinq;
Geſta Sigiſmundus,laudis honore potens.

Sigiſ-

Sigiſmundus Auguſtus, Sigiſmundi F.
Salue Auguſte diu,& patriam ſub pace guberna,
Quod facis:& nulli laude ſecundus eris.

In nuptias Gregorii Berſmanni.

DIcebam amore victum,
Berſmanne,te daturum
Vinctas manus puellæ:
At tu iſta pernegare,
Sanctéq; deierare,
Et gloriari in armis
Nuper tibi paratis:
Scutum tibi atq; ſclopos
Domi eſſe in id paratos,
Amoris vt ſagittas
Repelleres & arcus,
Dixti:nec hiſce in armis
Tantùm tibi placebas,
Exempla te iuuabant
Tot celibum Dearum:
Primò nouem ſororum,
Addixeras quibus te:
Doctæ dein Mineruæ,
Galeaq; & enſe cinctæ:
Siluaſq; peruagantis
Noctu & diu Dianæ.
At nunc vbi tua arma?
Nunc ſcutum vbi,atq; ſclopi?
Exemplum vbi Dearum?
Diſparuêre cuncta,
Ab Amore præliator
Victus,iaceſq; vinctus.
Puer ille plenus artis,
Victor Deûm & Dearum,
In olorem,aquam,inq; taurum

Mutare qui coëgit
Seſe Iouem: ipſius ille
Cepit dolo nouo te.
Nam MAGDALENÆ ocellis,
Pulcerrimis ocellis
Inſedit, inde ſaltu
Præceps tuos petiuit:
Et per cauos meatus
Irrepſit in tuum cor,
Succendit & face illud.
Quid arma, quidúe ſclopi
Proſunt foris, dolo ſi
Bellum geratur intus?
Sed forte amore vinci
Plus proderit, quàm Amorem
Viciſſe, quod, tibi opto,
Res comprobent vt ipſæ.
Faxit DEVS, tu vt huius
Pugnæ & ſubactionis,
Fructus feras perennes,
Et vberes quotannis.
Ex coniuge euge primùm
Dulciſſimos lepores,
Berſmanulos deinde,
Qui patris arte docti
Rudes ferire poſſint,
Et Barbaros trucident.

In nuptias Christoph. Schellenbergii.

GRatulator extructos thalamos Iunone ſecunda,
Quæq; tibi ſponſo gaudia ducit Hymen.
Gratulor optatam ſponſam, ſocerumq; Siberum,
Cuius in Aonio eſt ſplendida fama choro:
Scilicet hæc venerem ſociare cubilia credam?
An iunctas ter tres ex Helicone Deas?

Dum

Dum ſacro vati nubit pia filia vatis,
Credibile eſt caſtas iſta parare Deas.
Hæc tibi monſtrarunt Aſcræi ſcripta poëtæ,
Eſſent quæ vitæ regula certa tuæ.
Vt cum ter denos propè ſis progreſſus ad annos,
Exhilaret thalamum iuncta puella tuum.
Hæc tibi flexerunt mentem quæ ſtare ſolebat,
Excutere & cæci tela faceſq́ Dei.
Legitimo ergo te quòd non ſubducis amori,
Rem dignam humana conditione facis.
Aſt omnem ſi quis refugit male ſanus amorem,
Ligneus eſt.& nil ſanguinis intus habet.
Non homo,ſed dicendus hic eſt Narpeſia cautes,
Expers lætiticiæ,delitiiſq; carens.
Palma ſui gaudet conſpergi flore mariti,
Prædita nec ſenſu creditur eſſe tamen.
Bruta licet res ſit Magnes,ferum inter & ipſum,
Sacra tamen faciunt coniugiumq́; ſophi.
Dura ſilex coitu ferrati attrita mariti,
Partu edit flammam concutiente ſuo.
Hinc apud externos populos,gentemq́; Laponum,
Index coniugii eſt auſpiciumq́; ſilex.
Quantò rite magis ſocialia ſacra parabis,
Tu ſociale animal,connubiale animal?
Ergo tibi cœlum clemens,terramq́; benignam,
Coniugioq́; precor proſpera cuncta tuo.
Sic tua te coniunx amet,vt pia Portia Brutum,
Iulia Pompeium Læda vel ipſa Iouem.
Dilige ſic illam,vt Briſeida amauit Achilles,
Vt Phœbus Daphnen,Phyllida Demophoon.
His tamen obtruſit ſi quid fortuna ſiniſtri,
Omne tibi fato dexteriore cadat.

[redacted]

GEORGII BERSMANI ANNÆBERGENSIS.

Natalitia Ieſu Chriſti. Simeon & Iudas.

VIrginei prolem partus, ſummiq; parentis,
Verſibus alternis Simeon cum compare Iuda
Cantabant, inter pecudes prope culmina Bethlæ,
Mulcebantq; ſuo colles, & gramina cantu:
Ambo paſtores, Hebræi ſanguinis ambo.
Et calamis certare pares, & dicere carmen.
Tu mihi ſeu requiem tibi dat vexatio morbi,
Seu te cura ſinit ſtudii indefeſſa perennis,
Eloquii Ioachime parens Germane Pelaſgi,
Annue conanti, Siculæ modulamine Muſæ
Paſtorum regis cunabula condere verſu.
Tranſierat noctis medium, pronisq; petebat
Luna rotis inſtans, ſpacium decliuis Olympi,
Cum ſopor almus habet terris hominesq; ferasq;:
Incepit Simeon, quem deinde ſecutus Iudas
Hæc cecinit, recolens priſcorum oracula vatum.
SI. Naſcere magne puer, ſata virgine naſcere proles,
Paſtorum ſpes certa gregis fiducia noſtri,
Naſcere promiſſum credenti ſemen Abrahæ,
Abrahæq; ſimul nato, Abrahæq; nepoti:
Paſcentes hac valle greges dum ſeruat vterq;,
Et potum paſtos hanc fontis ducit ad vndam.
IV. Naſcere vera Dei ſoboles, æquæua parenti,
Omnia patris habens, verum de lumine lumen,
Eq; Deo genitus Deus, immemorabile verbum,
Quod fuit ante æui primordia, condita per quod
Omnia ſunt, paſſim quæ condita cernis in orbe,
Naſcere Dauidi promiſſus, ſceptrifer heros.

SI. Qualia ſuccreſcunt pingui plantaria terra,
Quæ ferro abſcindens tenero de corpore matrum,
Spem ſobolis, cultor genitalibus inſerit aruis:
Talis Ieſſæa ſurgit de ſtirpe propago,
Iuſticiæ germen, fidei flos herba ſalutis,
Æterni robur patris, ſapientia, virtus.
IV. Carmen Ephratæi deductum dicite colles.
Et nemus omne ſonet, motentq́; cacumina quercus.
Tuq́; nouos duc, Bethla, choros, vix cognita nuper
Ipſa tibi, nunc ciue tuo notiſſima mundo,
Ante Palæſtinas tantò ſublimior vrbes,
Iuniperus fragis quantum eminet vlmus ariſtis.
SI. Salue nox precor ô talis nox conſcia partus,
Pulcrior aurora, Soli formoſior ortu:
Et tu, naſcenti quæ præbes tecta puello,
Vix aſino ſatis ampla domus, vaccæq́; marito,
Et ſtipulis inſtrata, luto congeſtaq́; circum,
At nunc auguſtis regum prælata theatris.
IV. Salue virginei flos intemerate pudoris,
Cuius fecundæ miſcens ſe ſpiritus aluo
Ille Dei, impleuit Diuino viſcera fetu,
Auctorem paritura ſuum, paritura potentem
Iſaidæ ſolio regem, qui terminet aſtris
Imperium, dans iura polo, terræq́;, mariq́;.
SI. Quem non lata ſuo tellus complectitur orbe,
Non mare, nec cœlum quod vaſtius extat vtriſq́;,
Hunc capit impoſitum præſepi, ignobile fœnum,
Faſciaq́; inuoluens tenui circumdat amictu,
Vbera ducentem matris, rerum omnium egenum,
Quo certum præbente cibum non eſurit ales.
IV. O miranda Dei commercia! conditor ille
Immenſus rerum, paruos confluxit in artus;
Humani factus generis pars, incipit eſſe
Qui fuit, atq; ſuo qui lumine cuncta ſerenat,
Luciferi ſatus ante iubar, Soliſq́; nitorem,

Lucis eget, merſus tenebris, Sol, Lucifer idem.
SI. At tibi mortales ſupra genus altius omnes,
Arguit inſueto cœlum ſplendore coruſcum,
Diſcutiensq; nouo nocturnas igne tenebras,
Perq; ſtrepens ſudum innocuis exercitus armis,
Carmine gratantûm, & lætum Pæana canentûm,
Gloria lausq; Deo, ſit pax & gratia terris.
IV. At tibi ab orbe alio portantes munera reges
Auriq; myrrhæq; & odori thuris acerras,
Officioſa tuas in cunas ſtella ciebit,
Prodigiis actos cœli, vatumq; ſuorum,
Signabitq; vias flammis, ac præuia ducet
Extremis procul auroræ venientis ab oris.
SI. Nunc alacris teneat ſiluas, & rura voluptas,
Nunc tandem lætentur oues, ouiumq; magiſtri,
Aduentu Paſtoris iô, Paſtoris ouantes,
Diſperſas qui per ſaltus & paſcua campi,
Per ſaltus Carmele tuos, per paſcua Thabor,
Cogere venit oues, ouiumq; vocare magiſtros.
IV. En vt lætitia valles, colleſq; ſupini
Exultant plauſuq; ferunt ad ſidera voces,
Et, Deus ille Deus reſpondent vndiq; montes,
Qui mortale genus de faucibus eruet Orci,
Vindicis aſſertum dextræ victricibus armis,
Atq; Erebi domitor, ſecum in ſua regna reponet.
SI. Nuper dira lues infecerat omnia tabo,
Non amnem libabat ouis, non graminis herbam
Impune attingebat, agros mors ſæua per omnes
Huc illuc errans, herbas vitiârat & amnes:
Nunc ſimul & necis eſt compreſſa licentia crudæ,
Nec lacus exitium pecori, nec pabula præſtant.
IV. Quid fraus cæca tibi, deceptaq; femina furto,
Immitis prodeſt coluber, victorq; triumphas
Infelix, fruſtraq; animis elate ſuperbis?
Hæc miſera tibi parta venit victoria clade,

Iam

Iam tibi proſtratum victoris calce potentis,
Contritumq́; caput cerno, dux femina facti.
SI. Non lupus inſidias clauſo meditatur ouili,
Non veſpertinus ſtabulum circumgemit vrſus,
Nec ſecura timent rabidos armenta leones:
Atq; impunè leo vitulo,lupus accubat agno,
Mirus amor: pardo miſceri nec fugit hœdus,
Cumq́; vrſis vltrò veniunt ad pocula vaccæ.
IV. Victorem Solymæ ſertis ornate puellæ,
Sternite humum foliis venienti. & ſpargite flores,
Omnis in occurſum regis ruat vrbe iuuentus,
Obuia cum palmis: placidi iuuet ora tueri
Principis, & patrium acclamare Oſanna frequentes,
Victor iô, Dux noſter iô,per compita currat.
SI. Nunc ſecura quies, tutiq́; ſub arbore ſomni,
Experteſque metus errant in montibus agnæ,
Non pecori infeſtus prædo, cuſtodibus anguis:
Ipſæ mella ferunt quercus, paliurus oliuam,
Balſama corticibus ſudant precioſa myricæ,
Balantumq; greges diſtentant vbera lacte.
IV. Nunc greſſus firmant claudi, cœloq; fruuntur
Oppreſſi cæca longùm caligine noctis.
Aure bibunt ſurdi voces, mutiq́; loquuntur,
Perrumpunt manes tumulos,vitamq; capeſſunt.
Nunc vnum videas Paſtorem, vnius ouilis,
Secernentem hircos agnis,ignobile vulgus.
Hæc illi alterno referebant condita verſu;
Audiit applaudens reſonis concentibus æther,
Cœleſtûmq; chori,magnum per inane volantes;
Audiuêre ambos pacata ſilentia noctis;
Donec ſideribus pulſis,proceſſit Olympo
Lucifer,& cunctis renuentibus extulit ora.

ECLOGA II.

De merito mortis, ac reſurrectionis Seruatoris Ieſu Chriſti.

Ioſias,

Digitized by Google

Ioſias, Banaias.

CVr non Banaia ſolennis luce diei,
Hanc ad fontis aquam, quoniam cōuenimus ambo,
Alterno canimus deducta poëmata verſu?
BA. Non ingrata mones: foliis en ipſa canoris
Leniter aſpirans, placidi fauet aura Fauonii,
Et blandi Soles, & cantu inuitat aëdon.
Sed maior tu, Ioſia, prior incipe carmen.
IO. Cui tua paſtorum non certat fiſtula cantu?
BA Qui te, quique tuæ Muſam faſtidit auenæ,
Illi herbæ ſapiant Sardoæ, & ſordeat Hybla.
IO. Quid tum, Mygdonii indutum ſi iudicis aures
Nunc aliquem, iuuat arguto plus anſer olore?
Sed tu parcius iſta: trahit ſua quenque voluptas.
BA. Incipe Ioſia, ſi quæ præcepta decori,
Aut illi genitoris habes, aut ſeria Batti:
Incipe, fida greges ſeruabit cura Saaphas.
IO. Immo, hæc quod poſcunt ſolennia, agamus vterque:
Ac ducis heu triſtes obitus, ac vulnera noſtri,
Et vitæ partam ſuperata morte ſalutem
Dicamus, meritumque eius tollamus ad aſtra:
Munus ad aſtra feramus adeptæ grande ſalutis.
BA. Et iuuat, & fas eſt: nec gratior vlla ſupremo,
Quàm nati memorans benefacta, Camœna parenti.
Da tua, Ioſia, reddentur noſtra viciſſim
Carmina, quæ nuper deſcripſi in cortice fagi:
Carmina victori celebrem gratantia palmam.
IO Dicite Sionides carmen mihi flebile Muſæ,
Sublatum immitis crudeli funere leti,
Æterni Chriſtum decus, & ſolatia patris,
Flebant paſtores; ante omnes ora rigabat
Mater, inexpletum lacrumans, complexa peremti
(Ah immane nefas) corpus miſerabile nati,
Perfoſſaſque manus, traiectaque pectora ferro,
Atque cruentatum ſpinis caput, oraque pugnis

Liuida,

Liuida, tum claui terebratas cuſpide plantas.
Ergo ſuis cœlumq; & ſidera queſtibus implens,
Quem te, inquit, nate aſpicio, quàm dira nocentum
Supplicia! ah ſcelerata tuæ ludibria gentis.
Dicite Sionides carmen mihi flebile Muſæ.
Illum etiam montes fleuêre, & ſaxa iacentem,
Diſrupti montes, diuulſaque ſaxa dolore,
Ipſa parens frugum tremefecit motibus orbem,
Horrendoque vrbes patefacta abſorpſit hiatu,
Et cœlo tenebras oſtendit,& antra ſilentûm:
Tum fractis manes tumulis exire piorum,
Atque vrbem ingreſſi ſacram ſe oſtendere multis.
Dicite Sionides carmen mihi flebile Muſæ.
Sol quoque prætexens atra ferrugine frontem,
Signa dedit luctus, & lurida lucis imago.
Tunc etiam Nereus perculſus inhorruit vndis,
Et pelagi rabies, attollens vndique fluctus,
Incubuit terræ, anguſto indignata teneri
Litoris obiectu, cœlum miſtura profundo.
Dicite Sionides carmen mihi flebile Muſæ.
Quid moror? ipſa labat iuſto ſine pondere Olympi
Ceſſa domus, quæruntque ſuum ſolia ardua regem,
In cruce quem noſtro pro crimine funera paſſum,
Nec diuinæ aliquid iam maieſtatis habentem,
Nec propriæ nitidum formæ ſplendore, ſed omnes
Infra mortales abiectum, ſontibus æquum,
Terra tegit, laceroſque ſinu complectitur artus.
Claudite Sionides carmen lacrymabile Muſæ.
Sic ſummo placitum patri, cœloque ſedebat.
Qui morti auctorem vitæ, culpaque carentem
Deberi pœnæ voluit, ſub pondera labis
Demerſum noſtræ, ſub auitæ pondera noxæ,
Redderet vt vitam cunctis, pœnamque leuaret.
Tantæ molis erat lapſam inſtaurare ſalutem.
Claudite Sionides carmen lacrymabile Muſæ.

BA. O

[redacted]

Digitized by Google

BA. O mihi lacte tuum, Ioſia, ô melle poëma
Dulcius! Ergo tuis in labris cerea tecta
Mellificum legit vulgus; tibi flumina linguæ,
Flumina Cecropium manant ſpirantia nectar.
Stridula nunc tecum contendat canna Nachôris.
Sed tamen & tibi noſtra, tuis cedentia tantùm,
Quantùm hederæ lauris concedunt, vitibus vlmi,
Noſtra tibi modulemur, auent & noſtra referri
Carmina, nec mihi promiſſis te ludere pulcrum.
IO. Sic pecudes non vlla tuas contagia lædant,
Nec ſegetem grando, nec præda infeſtet agellos:
Perge tuos nobis, Banaia, dicere verſus.
BA. Victor iô, mea, victor iô, cane tibia plaudens.
Ecce redit vitæ ductor rediuiuus ab Orco,
Quem non, vmbrarum regis manus omnis in vnum
Agglomerans agmen, non vincla adamantina leti,
Non ſcelerum tetræ facies, non obice ſaxi,
In tumuli ſtabulans foribus cuſtodia, victum
Perdomuit: quin ipſe domos populatus Auerni,
Clauſtraq; perrumpens tumuli, ſupera alta reuiſit,
Deuictos raptans hoſtes poſt terga reuinctos.
Victor iô, mea, victor iô, cane tibia plaudens.
Qualis vbi alternam reparauit funere vitam,
Pubeſcens obitu (mirùm) Titanius ales,
Mox Indos repetit, nec iam reminiſcitur æuum
Quod flammis poſuit, lætus viridante iuuenta:
Quem ponè innumeræ volucres comitantur euntem,
Aëra mulcentes cantu, & ſtridentibus alis:
Talem Orco reducem, noua per compendia vitæ,
Clarum luce magis, liquido magis æthere clarum,
Morte redemtorum ſequitur chorus, ordine longo,
Gratantûm ſimul, & regi Pæana canentûm.
Victor iô, mea victor iô, cane tibia plaudens.
Nunc alacris ſiluas inceſſit, & arua voluptas,
Fronde vireſcentes ſiluas, & floribus arua.

Nunc

Nunc meliorq́; diem Sol promit,& æquore toto
Arrident placidi tranquilla ſilentia Ponti.
Nunc etiam terris clementior annuit æther,
Et genus in noſtrum longam obliuiſcitur iram,
Placatus nati precibus, DEVS arbiter orbis.
Victor iô mea,victor iô cane tibia plaudens.
En ſacer hic agnus, iuſſo mactandus honore,
In trabe qui noſtræ toſtus pro crimine culpæ,
Victima,morte obita, mundi delicta piauit:
Diluit atq; ſuo inſertum ſcelus omne cruore,
Concretam purgans labem,purumq́; relinquens
Iuſticiæ ſenſum,cœleſtis ſemina mentis.
Victor iô,mea,victor iô, cane tibia plaudens.
Nunc & morte iacet,mors effera,dedita morti,
Nec ſtimulis furit vſq; ſuis,nec falce cruenta,
Peccati poſtquam legiſq; potentia ceſſit.
Anguis & ipſe iacens calcem victoris adorat,
Quem penes eſt omnis terræq; mariſq; poteſtas,
Quem cœlum ſupplex veneratur,Tartaraq́; horrent,
Cum patre,maieſtate pari,cum Flamine ſacro.

ELLOGA III.

Ioſias.

De miraculu Sancti Spiritus.

Sionides Muſæ, paullò maioribus ire
Nunc velis iubet,ac primam legere æquoris oram,
Non omnes ripæq́ue iuuant, alniq́ue cauatæ.
Omnia nec pariter rerum ſunt omnibus apta.
Dicite Ioſiæ nobis modulamina Muſæ
Paſtoris,quibus ille agros mulcebat,& amnes:
Ioſiæ,cuius ſtupefactus carmine, curſum
Oblitus requieuit aquas Philyræus Eliſter,
Et motare graues cœpêre cacumina quercus,
Et foliis nemorum ſiluæ aſſonuêre canoris,
Et reſponſa cauis è rupibus antra dederunt.

Qualem pratorum aſſenſu Libethria tempe
Ingeminant vocem, Phœbo cantante per agros:
Qualis & Orpheam Rhodope mirata Camœnam.
Namque canebat, vti rudis ante exordia mundi,
(Antè Deus quàm congeſtas cœlo abſcidit vndas,
Atque interfuſo diſcluſit ab æquore terram:
Ante nouum quàm viderunt luceſcere Solem
Secula, quàm Lunæ viderunt cornua noctes:
Quàm ſtellas æther, volucres agitabilis aër,
Silua feras cepit, ceſſerunt piſcibus vndæ:)
Spiritus ipſe Dei, natiq; patriſq; poteſtas,
Par ab vtroque DEVS procedens, numine numen,
Vectus aquas ſuper, ipſe ſuas librauerit alas,
Omnia viuifici præmulcens flaminis aura.
His addit, poſtquam cœli procuderat orbes
Æternus mundi ſator, & ſator vnicus æui,
Terraſque, tractuſq; maris, campoſq; liquentes:
Spiritus ille, Patris virtus, & dextera nati,
Hoc quodcunque vides nullo fulcimine nixum
Stare opus: vt fuſo ſuſpenderit aëre circum,
Concordi ſocians diſcordia corpora nexu.
Tum dare frugiferos rebus naſcentibus auctus
Cœperit, vt calor hoc omnis de fonte redundet,
Fecundanſq; ſolum, ſpacioſaq; flumina Ponti,
Atque hominum pecudumq; genus, vitaſq; natantum,
Et quæ per medium labuntur inane volantes,
Et quæ magna parens tegit intra viſcera tellus.
Hinc canit, vt mundi vigor hic conuexa ſupremi
Impellens, rotet aſſidua vertigine cœlum,
Et contrà obliquo tendentia ſidera niſu;
Quæ licet vrgenti vis ſæua volumine retro
Conuertat, tamen aduerſi non victa repulſu
Turbinis, audacem gaudent euincere metam.
Hinc culpæ merſos immani pondere patres,
Adamumque, Euamque, atq; horum à ſtirpe nepotes

Alloquio

Alloquio leuat,& nutantia pectora firmat,
Seminis inſtaurans promiſſi ſpeq; fideq;.
Nec ſilet igniuomo raptum ſuper æthera curru
Iariden: nec te tacitum ſine honore relinquit,
Iſacidûm, Amramide, ductor fortiſſime gentis.
Quam rubri incolumem ſiſtit trans marmoris vndas,
Antè tui moderata vias fax luminis, alme
Spiritus, aggeſtos altè maris inter aceruos,
Cum ſe diuiſit pelagus cumulante profundo,
Et pedibus ſtrauit ſtagnoſa per inuia curſum.
Tum Peluſiaci faſtum furiaſq; tyranni
Increpat, ore minas toruo ſpirantis atroces.
Ah rex infelix. quæ te væſania cepit?
Implêrunt pauidam miracula plurima Memphin:
At non vlla tuæ rabiem compeſcere mentis,
Non auſus potuêre truces, non triſtia facta:
Quamuis ira DEI pecudum diffuſa per omne,
Atque hominum graſſata caput, demiſerit Orco
Primitias ſobolis, miſeranda morte peremtas.
Ah rex in[illegible] tu nunc refluentibus vndis,
Debes lu[illegible]um ventis, & piſcibus eſcam,
Tuq;, duce ſq[illegible], peditumq; equitumq; manipli:
Abramidûm duce ſalua DEO gens, litora calcat,
Poſt exhauſta ſali diſcrimina. diſcite reges
Iuſtitiam, ſummum reuereri diſcite regem.
Hinc Solymos memorat vates præſaga futuri
Pectora, & afflatu ſacri ſpiraminis armat,
Amoſidem ante omnes, tali qui numine plenus,
Veridica populis oracula voce profundit,
Fata canens. Ieſſæ naſcendum germine ramum,
Iuſtitiæ ſtirpem, pacis floremq; perennis.
His grauidam adiungit (mirabile) virginis aluum,
Arcano fetam verbo, ſine ſeminis auctu,
Vt ſacer implerit fecundis flatibus, alto
Deſcendens vigor, omnipotens vigor, omnia firmans:

Digitized by Google

Quo ſe vtero intactæ penitus miſcente puellæ,
Intemerata nouo turgeſcunt viſcera partu,
Auctorem paritura ſuum matriſq; parentem,
Verè hominem, vereque Deum, non nomine tantùm,
Principium ſine principio, ſine legibus æui.
Te quoq; collectum volucres in præpetis artus,
Oraque geſtantem candentis pura columbæ,
Spiritus alme, ſuo deducit ab æthere cantu,
Hinc referens, Chriſtum infuſo cum proluit amne
Zacharides, cœlique domus patefacta fragore,
Et patris reſonam vox eſt audita per æthram,
In natum cunctis dulcem teſtantis amorem:
Vt ſuper amborum ceruice penderis alis,
Deſuper irradians diuûm felicibus auris.
Tum ſocios Chriſti biſſenos igne coruſcis
Circundat linguis, memorans vt turbine ſæuo
Intonuit domus, incluſos quæ ceperat intus,
Ah deſiderio contactos corda magiſtri.
Cùm Deus ipſe palam manifeſto in lumine viſus
Delabi cœlo, cunctiſque innoxius ignis,
Multifido rutilas diſcrimine findere linguas.
Quid loquar! afflati propiore vt numinis aura
Ardeſcunt animi, nouus & præcordia motus
Intus agit, poſitaque alacres formidine leti,
In cruce mactati peragunt præconia Chriſti,
Et vario gentes imitantur munere linguæ!
Audit Arabs patriæ miratus verba loquellæ,
Audit Elamites, audit gens effera Parthus,
Sermoneſque ſuos agnoſcit Medus & Afer,
Cumque Palæſtinis Cretum de gente profecti,
Et ſeptemgemini non iam nouus accola Nili,
Atq; Aſiæ ciues, Phrygia & tellure creati,
Et geniti Auſonia Mauortis in vrbe Quirites.
Audit quiſque ſuæ commercia cognita linguæ,
Et laudes, & facta DEI patrata per orbem.

Omnia

Omnia quæ ſenior, ſiluis diſcentibus, ore
Edidit ambroſio, factoque ibi fine quieuit,
Haud ſtudii fractus cura, ſed mole ſenectæ
Iam grauior, longique ſimul tentamine morbi.

I.

In nuptias Georgii Fabricii & Magdalenæ Fauſtæ.

Siue colis Delum, ſeu celſum Helicona frequentas,
Ambroſias orna pulcer Apollo comas.
Laurigeraſque ſacro deducens monte ſorores,
Huc age cum citharis carminibuſque veni.
Nunc vos alterno percurrere pectine chordas,
Nunc dare lætitiæ carmina plena decet.
Qualia Thebarum vos nuncia fama per vrbem,
Harmoniæ ſponſo concinuiſſe, refert.
Nanque nouus ſcandit templum cum virgine ſponſus,
Fabricius veſtri gloria rara chori.
Cuncta repurgato fugiant modò nubila cœlo,
Non habeat madidus quas pluat Auſter aquas.
Vt merito ſponſi ſponſæque decorus honore,
Purpureo totus rideat ore dies.
Vix ea fatus eram, cùm nubibus vndique pulſis,
Aſpicio ſolito clarius ire diem.
Nec non Sidonio iuuenem velamine cinctum,
Ducentem doctas ex Helicone Deas.
Non illis facies mihi viſa decentior vnquam
(Si formæ iudex ſum catus) vlla fuit.
Aureoli niuea crines ceruice fluebant,
Velabant teneras laurea ſerta comas.
Cultus erat, qualem non eſt rubor eſſe Dearum:
Geſtabat libros dextra, ſiniſtra lyras.
Extemplo trepidos horror mihi præpedit artus,
Nullus & in gelido pectore ſanguis ineſt.
Cum mihi (ſenſit enim) vellens Latoius aurem,
Quæ tibi ſollciti eſt cauſſa pauoris, ait?

Quin potius memori,quæ dico, percipe mente,
Percipe quod certo cognitus ore fero.
Qui toties mea caſtra fuit,qui ſigna ſecutus,
Et ſtudii conſors, & comes vſque viæ:
Seu claram peterem Troiani Antenoris vrbem,
Seu Romam, Roma Parthenopenúe meam :
Nunc primùm caſtriſq; meis ſigniſque relictis,
Alterius mauult principis arma ſequi.
Pro Phœboq; ſuæ nunc virginis ardet amore,
Securos ipſi quæ vetat ire dies.
Et quid ego hunc victum crudeli miror amore,
Qui me paſtoris fecit obire vicem?
Tunc ego nec cithara poteram depellere curas,
Vulnera nec medica noſtra leuare manu.
Sed citharam agreſtis rumpebant ſibila cannæ,
Et quod erat medicæ, vicerat,artis amor,
At nunc illius ſimul huc aduenimus ergô,
Quotquot in Aonio numina monte ſumus:
Vt duo cum parili iungentur corpora lecto,
Cantemus fauſto carmina digna toro.
Sic ait, & plectro pariter modulatus eburno,
Felices cantus voce fauente dedit.
Nec mora,turba ſuum germana ſecuta magiſtrum,
Hos ſimiles chordis reddidit ore ſonos,

Apollo.

Quantùm purpureo cùm fulget roſidus ore
Lucifer, aſtra ſuo cuncta nitore premit:
Tantùm, Pieridum lumen præluſtre, Georgi,
Ingenio doctos vincis & arte viros.
Si te non veterum commendat nomen auorum,
Nec domus Attalicis inuidiéſa bonis:
At Phœbus faciunt, Heliconiadeſque puellæ,
Et potior cunctis relligionis amor.
Salue cura Deûm,ſalue venerande Poëta,
Eueniant lecto proſpera cuncta tuo.

Calliope.

Sæpius euoluo veterum monumenta, Georgi,
Sed tua non illis ſcripta minora puto.
Quæ legit Heſperius,manibus quæ voluit Eous,
Ingenii admirans flumina magna tui.
Perge precor Latiis nomen tibi quærere Muſis,
Sic tua poſt obitum fama ſuperſtes erit.
Detrahat & quamuis præſenti plurima liuor,
Mens tamen æqua magis poſteritatis erit.
At te feliciter credo ſidere natam,
Virgo,viri tanti digna reperta toro.

Polymnia.

Intueor quoties faciem , moreſque venuſtos,
Candida virgo tuam, virgo pudica tuos:
Eſſe ſatam miror talem de ſtirpe caduca,
Mortalis miror tale parentis opus.
Nam Iunonis habes mores, Cythereidos ora,
Clara pudore ſimul, clara decore ſimul.
Viue Sibyllinos cum coniuge,viue per annos,
Vna dies ambos auferat, vna fides.

Thalia.

Magdalena,tuum potius cantemne parentem,
An matrem, dubium me modò mentis habet.
Non illa certè reuerentior vlla mariti
Vxor erat, nec plus relligionis amans.
Numinis haud illo facilè metuentior alter,
Aut doctos ſeruans plus in honore viros.
Tam felix vtinam quàm moribus integer eſſet,
Nec diſpar vitæ ſors maleſida foret.
At te tam claris,virgo,maioribus ortam,
Per generis laudes gnauiter ire decet.
Vt ſimili pietate Deum , probitate maritum,
Dum reget hos artus ſpiritus, vſq; colas.
Sic nomen ſanctas Heroidas inter habebis,
Non diſpar matri filia , digna patre.

Melpomene.

Quæ ſatis apta toro modulabor carmina veſtro,
Carminibus digni femina virque meis!
Altera virginei flos exemplumque pudoris,
Alter Pierii fama decuſque chori.
Longa, precor, tribuant ambobus fila ſorores,
Quæ nent fatali ſtamina nigra colo.
Candida tranquillo ſedeat Concordia lecto,
Tamque pari ſemper ſit Venus æqua iugo.
Diligat illa ſuum non ficto corde maritum,
Nec minus vxorem diligat ille ſuam.

Clio.

Quas non Fabricii quondam laus venit in oras?
Sed te vix dignum, ſponſe, minore puto:
Siue tuos mores, ſeu vitam labe carentem,
Ingenii ſpectem nobile ſiue decus.
Quas non Penelopes caſtæ laus venit in oras?
Sed te vix dignam, ſponſa, minore puto.
Seu ſpectem veræ dulcem pietatis amorem,
Ingenuo pictas ſiue rubore genas.
O felix animo, felix ô, ſponſe marita,
Inſignes inter gloria rara viros.
O felix animo, felix ô, ſponſa marito,
Teutonicas inter gloria rara nurus.
Par bene compoſitum, vos tangat mutuus ardor,
Mutua cura duos, mutuus vrat amor.

Euterpe.

Ille prius Libycæ numerum ſubducat arenæ,
Ac memoret piſces quot vehit vnda maris:
Qui veſtræ cupiat ſummam comprendere prolis,
Singula qui veſtræ membra referre domus.
Quàm multus grauidæ ſuccreſcit palmes oliuæ,
Sic ſoboles creſcat veſtra, fauente Deo.
Quæ vultu referat virtutis ſigna paternæ,
Et matris mores indicet ore ſuo.

Quæ ſolamen auo præſtet, requiemq; ſenectæ,
  Illius quando repſerit ante pedes.

Vranie.

Si modò præſagi non fallunt ſidera cœli,
  Aſtrorum conſtans ſi ſolet eſſe fides:
Coniugium vobis ſpondet Venus aurea fauſtum,
  Nec non ætherei ſtella benigna Iouis:
Altera vecta ſuis per Tauri ſigna columbis,
  Altera per Cancri brachia curua means.
Et iam tempus erit, quo tanquam ſemen in aruis.
  Cernetis veſtra ſurgere ſtirpe genus.
Natorumq; pater claros ſpectabit honores,
  Et referet pueris tempora priſca ſenex.

Erato.

Ad ſponſum charam rapiens, Hymenæe, puellam,
  Ac iungens ſocio pectora bina toro:
Huc ades, atq; tuo connubia numine firma,
  Huc ades ad thalamos ô Hymenæe pios.
Namq; tua non eſt opera vir dignior vllus,
  Dignior officio nulla puella tuo.
Sic tibi ſerta ferant iuuenes, pariterq; puellæ,
  Albiadum nectat ſic tibi ſerta chorus.
Sic grates memori pro factis mente rependant,
  Auxilio læti fœmina virq; tuo.

Terpſichore.

Quam ſacris voluit pater ipſe præeſſe maritis,
  Ad tedas propera pronuba Diua nouas.
Vt vinclo ſponſum iungas ſponſamq; iugali,
  Quod, niſi mors, hominum ſoluere nemo queat.
Par vt in ambobus ſit amor, ſimilisq; voluntas,
  Viuat & in duplici corpore, pectus idem.
Vt dent felicis felicia pignora lecti,
  Quæ patrium geminent per ſua facta decus.
Quæ patriæ proſint, ſimili venerentur honore,
  Dum Solis cernent lumina clara, Deum,

[redacted]

Digitized by Google

Hæc tum Piëriæ Phœbo cum fratre ſorores,
Carmina dulciſona perſonuêre lyra.
Quæ, Vir clare, tibi pergratæ pignora mentis,
Mittere me pietas, mittere iuſſit amor.
Tu me Pegaſeos duxiſti primus ad amnes,
Primitias igitur me tibi ferre decet.
Si tamen & mea vota Deum, ſi numina tangunt,
Fortunet veſtrum, comprecor, ille torum.
Amborum adſtringens ſociali corpora vinclo,
Cordaq; ſuccendens bina calore pari.
Abſque Deo nulli bene coniunguntur amantes,
Abſq; Deo nullus ſtat diuturnus amor.
At, quos ipſe ſacro coniungit fœdere lecti,
Illorum nullo tempore ceſſat amor.
Seu vultus thalamo monſtret fortuna ſerenos,
Seu rugas eadem fronte, ſeuera, trahat.
Neue morer patrum geſtis: quæ cuncta referre
Carmine ſi coner non ſatis oris erit:
Scilicet id loquitur Sara cum coniuge nobis
Thariades, caſti cultor vterq; tori.
Vix illis parili ſimiles in amore fuêre,
Dum volucres aër vexit, & amnis aquas.
Gaudebant pariter, pariter mala cuncta ferebant,
Difficilemq; famem, difficilemq; fugam.
Sic Deus vnanimem vobis precor afflet amorem,
Qui ſtabilis mortis duret ad vſq; diem.
Longaq; concedat felicis tempora vitæ,
Ac veſtram faciat creſcere prole domum.
Cumq; ſuprema ferent ambobus fata quietem,
Auferat ex iſtis in meliora locis.
Hîc vbi nulla dies flammas extinguit amantum,
Nullus vbi turbat pectora caſta dolor.

II.

In nuptias Chriſtophori Schellenbergii, & Annæ Siberæ.

Hanc

HAnc etiam nobis ſpectacula læta ferentem
Lucifer Eoo portat ab ore diem.
Ardua Pegaſei qua fontis fama Siberus,
Egregio natam tradit habere viro.
Inclytus Aonidum qua Schellenbergus alumnus,
Fœdera cum docta virgine ſponſus init.
Tam bene Palladiæ vites iunguntur oliuæ,
Tam bene litoribus myrtus, & alnus aquis.
Nec melius gemini veniunt ad aratra iuuenci,
Nec melius vitam cum pare turtur agit.
Quid ſolito citius, nitido recludis ab ortu,
Purpureas mater Memnonis alma, fores?
Quò properas aurora? ſenis pertæſa mariti,
Limina num thalami deſidioſa fugis?
An potius ne feſta rotis Hymenæia moreris,
Maturum roſeo tollis ab axe iubar?
Sic eſt: hæc habuit pariter Titana voluntas,
Iamdudum volucres curribus addit equos.
Et iam frena volant, pedibuſq; repagula pulſant
Aethon, nec iaculis ſegnior ire Phlegon.
Et iam quæ prono radiabant ſidera cælo,
Vaneſcunt radiis lampadis icta nouæ.
Sola, ſub aduentum Solis ſua lumina condi,
Fert malè propitii ſtella benigna Iouis.
Quàm veſtros auidè ſponſi ſpectaret honores,
Occiduas lento quàm ſubit axe plagas.
Ne tamen orba ſuis careant connubia veſtra
Muneribus, natis illa ferenda dedit.
Phœbe veni, cupidis lucem mortalibus affer,
Grimma rogat, curru Phœbe volante veni.
Sed nitidus pulcerq; veni, iam nubila cœlo
Diſiice, ne pluuias contrahat Auſter aquas,
Læta repurgatæ facies vt rideat æthræ,
Induat & populi candidus ora dies.
Dum loquor, auratum produxit Cynthius orbem,

Ac ſuda mediam lampade luſtrat humum.
Nunc certat ſtudiis,alacri nunc Grimma labore,
In ſponſi thalamos officioſa ſui.
Parua quidem cenſu nec pictis ampla columnis,
Parua,ſed Aonidum nobilis hoſpitio.
In qua facundo vitam ducente Sibero,
Caſtalius ſedem gaudet habere chorus.
Arboribus viden' vt tectorum limina velet,
Vt florum effuſo contegat imbre ſolum.
Inſigni ſplendent intus penetralia cultu,
Artificiq; nitent picta tapeta manu.
Ridet humus foliis,collucent pocula menſis,
Totaq; iucundo fragrat odore domus.
At Iouis interea monitu demiſſus Olympo
Mercurius, donis conſpiciendus adeſt.
Impreſſum portans priſcis cratera figuris,
Diuini præſtans arte Myronis opus.
Hunc quondam Semeles in magno munere natus,
Ferre Ioui, grato victus amore, dedit,
In quo cælarat veteres manus æmula vates.
Digna Meduſæo qui cecinêre choro.
Hîc & Threicius longa cum veſte ſacerdos,
Increpat auratæ pectine fila lyræ.
Collis adeſt; medium campi ſuper area collem,
In quo diſſimili flore renidet humus.
Illic dum patulæ recubans ſub tegmine fagi,
Ad citharæ numeros ora ſonora mouet,
Vmbroſos (mirùm) ſaltus, cum ſaltibus ornos,
Duraq; cum ſcopulis carmine ſaxa trahit.
Aduolat omne genus volucrum, genus omne ferarum,
Et ſedet horrendis agna propinqua lupis.
Armiger his Diuûm regis ſuper additus ales,
Chaoniæ pennis imminet acer aui.
Et iam iamq; tenet,dulcis ſed gratia cantus
Vnguibus huic prædam ſurripit antè ſuis.

Parte ſed ex alia, Muſæum plurima vatum,
Obſtupefacta ſacro carmine, turba premit.
Mille lyræ circum, vocum diſcrimina mille
Concentu replent ſidera læta ſuo.
Nec minus interea fratris comitata iugales,
Splendida muneribus mater Amoris adeſt.
Atq; nouæ tedas his ornatura maritæ,
Illita Sidonio murice texta gerit.
Quæ facie præſtans operumq; perita Mineruæ,
Arguta Pholoé Gnoſia pinxit acu.
Hæc veſtis vario paſſim diſtincta colore,
Coniugii mira ſubiicit arte fidem.
Nam matronarum caſtum genus Heroinæ,
Intextæ cultu ſimpliciore nitent.
Ipſaq; cum famulis poſita Lucretia flamma.
Deducit plena ſtamina longa colo.
Et mox pugnantis reminiſcens ægra mariti,
Deſinit in lacrumas, atq; remittit opus.
Quam poſt candentes auido bibit ore fauillas,
Coniugis audita Portia mœſta nece.
Conſortesq; tori peragunt certamina leti,
Debeat ardenti quæ comes ire viro.
Vruntur fictis victricum pectora flammis,
Sed pudor eſt aliis non licuiſſe mori.
Quid moror? hæc oculis quando nunc rectius ipſis
Pellegitis, verbis quàm ſimulta meis.
Ad propiora vocor, nec enim me aliena referre,
Sed cumulare meo munere, dona decet.
Nunc ergo, ſponſus mihi quo donetur honore,
Dicite concordes, numina trina, Deæ.
Mutua nanq; licet Danaûm ſit gratia rara,
Atq; vicem meritis reddere nullus amet.
Non tamen arcta mihi natalis vincula terræ,
Iuraq; ſunt animo diſſimulanda meo.
Sic ego; ſic comitum decus Aglaîa ſuarum,

Antè

Antè ſed auerſo retulit ore mihi.
Carminibus docti precio capiuntur auari,
Gaudeat vt par eſt verſibus ille tuis.
Muneribus placeant, quibus eſt haud curta ſuppellex,
Cum dare non poſſis munera, verba dabis.
Non ſemper ſuperum cadit hoſtia taurus ad aras,
Quos ſalis interdum flectere mica ſolet.
Vix ita finierat, cum ſumens plectra lyramq;,
Auxilium poſco Calliopea tuum.
Nec mora de lauro (lauro nam vincta capillos
Aſtiterat) folium porrigit illa mihi.
Præſcribensq; modos, & iungens carmina neruis,
Sic prior ad citharam concinit ore melos.
Gaude virginei decus & flos, Anna, pudoris,
Conſpicuum fama laudis adepta virum.
Quem multæ votis toties petiêre puellæ,
Cui multæ laqueos diſpoſuêre ſuos.
Sed nullæ votis illum tetigêre puellæ,
Præda nec in caſſes vllius ille ruit.
Vna capis votum multarum, ſolus & illi
Certa tuus nimium retia ſtruxit amor.
Gaude virginei decus & flos, Anna, pudoris,
Conſpicuum fama laudis adepta virum.
Quicquid in egregio laudari pectore fas eſt,
Contulit huic largi dextra benigna Dei.
Si genus excutias: quamuis iactare capaci
Non poſſit tabula, ſtemmata longa patrum:
Non tamen eſt illi genitor vel labe pudendus,
Crimine vel genitrix inficianda malo.
Adde quod ipſe ſuis addit virtute nitorem,
Et viuit nati nobilitate parens.
Quid Cyprio prodeſt atauus formatus in ære,
Atria quid cera tota referta iuuant?
Ni claris morum laudem natalibus addas,
Ac patrium gemines per tua facta decus.

Quid Catilina tuo vidit ſublimius ortu,
Roma triumphati dum caput orbis erat?
Nec tamen illuſtris mouit te ſanguis auorum,
In patriam ferres quò minus arma ferox.
At vigilat media Arpinas de plebe creatus,
Ardoris frangens auſa nefanda tui.
Non ſtirpis comes eſt probitas, non ardua virtus,
Mentis & arbitrii recta tenentis opus.
Ergo tuum ſi non commendat origo maritum,
Si fuit, illius ſanguinis auctor, inops.
At pietas facit, & noſtro rariſſimus æuo
Herculeæ pulcer ſimplicitatis amor,
At Phœbus facit & doctarum turba ſororum,
Quarum non ſegni pectore ſacra colit.
Quô feſſam rapitis cantu, (quin parcite feſſæ)
Vos ô ingenii, pectoris atq; bona?
Cur nulli dubiam, noſtræ nec vocis egentem,
Carmine me vultis rem celebrare meo?
Teſtis erit vobis, vita grauis auctor & annis,
Fabricius, ſcripti dexter in omne genus.
Veſtra cui tota trieteride, ſede ſub vna,
Non ſine laude fuit ſæpe probata fides.
Teſtis erit vobis Latiæ facundia linguæ,
Ille tui cœtus, Phœbe, Siberus honor:
Cum quo diuiditis curæ puerilis habenas,
Illuſtris pariter ſceptra tenendo ſcholæ.
Quæ veſtris vltra præconia laudibus addet,
Qui dicet tantis vos placuiſſe viris?
Si tamen eſt, Schelnberge, tuam qui neſciat artem.
Euoluat Clario carmina digna choro.
Protinus & prima perſpecta fronte libelli.
Lector in hos ſoluet candidus ora ſonos.
Æmula quam veterum ſunt iſta poëmata ſcriptis,
Quàm ſapiunt elegos Naſo poëta tuos?
Selectis quam diues ineſt hic copia verbis,

Vt nu-

[redacted]

Digitized by Google

Vt numeri, lenis fluminis inſtar eunt!
Vos modò lanificæ faciles huic eſte puellæ,
Sumet ab ingenio cetera namq; ſuo.
Gaude virginei flos & decus, Anna, pudoris,
Conſpicuum fama laudis adepta virum.
Tu quoq; ſponſe, noua tot gaudia percipe nupta,
Quot baccas frondens Palladis arbor habet.
Illa tibi ſocerum vena dat diuite vatem,
Cui par Pegaſidum, par pietatis amor.
Ad cuius citharam præcinctus arundine Mulda,
Mirantes medio gurgite ſiſtit aquas.
Æterno non alter enim propiora Tibullo,
Nec magis æqua tuis docte Catulle canit.
Eruta ſeu ſacris orantia verba libellis,
Seu patrum grates, debita vota refert.
Seu grauibus dicit victricia carmina Muſis,
Seu lepido Veneres concinit ore pias.
Seu vario iungit diuina poëmata verſu,
Seu ſua iucundo carmina melle linit.
Siue Palæſtino modulatos pectine cantus,
Ad Latiam recinit non ſine laude chelyn.
Hic facit in paucis, ne priſci temporis ætas,
Ingenii fama ſecula noſtra premat.
Fabricii faciunt ac proxima palma Siberi,
Certet vt Auſonio Miſnidos ora ſolo.
Quid tibi nunc alios quorum me turba fatigat,
Schellenberge, modis commemorabo meis?
Quos tibi coniungunt affinis vincula tedæ,
Inſignes meritis & pietate viros.
Prætereo morum decus admirabile matrem,
In tumulo cuius iam quoq viuit honos.
Viuet honos. vllo nec tempore fama peribit,
Dum probitatis erit nomen in orbe ſuper.
Gloria laudatæ non eſt in origine nuptæ,
Laudis in hac quamuis pars quoq; magna nitet.

Commen-

Commendat probitas, & vita pudica maritam.
  Obſcura quamuis orta ſit ipſa domo.
His tua cum reliquis præcellat ſponſa puellis,
  Quantùm Pleiadum Sirius ante choros:
Iam tenet illa ſuam victrix, me iudice, cauſſam,
  Arbitrio punctum iam tulit omne meo.
Quid referam caros quanto candore parentes
  Diligat, aut quanto numen honore colat?
Vidimus hanc flentem defunctæ funera matris,
  Nec lacrymis noſtræ tunc caruêre genæ.
Ah quoties rumpensq; comas, & pectora plangens,
  Clamabat, ſine me, me ſine mater abis,
Quæ tibi me comitem ſors inuidioſa negauit,
  Quàm vellem pro te mater obire necem?
Hæc quoq; dum multæ damnoſa per otia vitam,
  Laſciuiſq; terunt tempora cara iocis:
More piis ſolito, verſat ſacra Biblia palmis,
  Atq; humiles caſto fundit ab ore preces.
Aut affixa colo, famulaſq; laboribus vrgens,
  Vix ardens ſomno feſſa remittit opus.
Non ego nunc teretes vultus, aut candida lacte,
  Oraq; natiuo tincta rubore loquar:
Non oculos, verno non labra nitentia flore,
  Queis tibi mille dedit baſia, mille dabit.
Nec queis grata tuo pendebit ſarcina collo,
  Brachia Biſtonia candidiora niue.
Non mens, per veſtri præconia nominis ire,
  Noſtra fuit: quamuis mens quoq; noſtra fuit.
Vt canerem meritis gratantia carmina tedis,
  Prima fuit ſumtæ cauſſa, caputq; lyræ.
Quod ſupereſt ergo, concordis gaudia lecti,
  Optabunt veſtro carmina noſtra toro.
Huc ades, & ceſto duo pectora ſtringe iugali,
  Huc ades ornatis Cypria pulcra comis.
Crede mihi propera, nec te Venus alma pigebit,

Offi-

Officiis ambos promeruiſſe tuis.
Effice ne placidum turbet diſcordia lectum,
Neu ludat verſa ſors inimica vice.
Et quæcunq; piis ſunt formidanda maritis,
Irrita Carpathium per mare ventus agat.
Læta veni mitiſq; ſimul Concordia tecum,
Et Charites adſint, & ſocialis Amor.
Neu longùm remorata tene cum virgine ſponſum,
Pro thalamo faciunt qui modò vota ſuo.
Iamq; vouent, iam quod ſecura moreris amantûm,
Incuſant longas corde micante moras.
Pellite ſollicitos ambo de corde dolores,
Exaudit veſtras Diua rogata preces.
Tu modò dilectam complectere, ſponſa, maritam,
Non ſecus ac carnem diligis ipſe tuam.
Tu modò dilectum complectere, ſponſe, maritum,
Ad domini nutus officioſa tui.
Sic veniet vobis cum dulci vita ſalute,
Sic domus aduerſæ libera cladis erit.
Portabunt thalamis ſic Pax & Gratia veſtris
Vincula non ipſi diſſoluenda neci.
Sic fecunda tenens Cythereis ſemina rerum,
Augebit veſtri pignora feta tori.
Sic coniunx Pylii numerabit Neſtoris annos,
Euboicæq́ uxor ſecula vatis aget.
Deſine Pierios tandem lyra deſine cantus,
Hæc ſatis eſt ſponſis nos ceciniſſe piis.
Cetera quæ ſimul eſt amborum ingreſſa cubile,
Præſenti monitu ſuggeret ipſa Venus.

III.

Hieronymo Garyſio & Annæ Stumpheiæ.

QVIſquis adeſt, faueat: caſtos Hymenæon ad ignes
Dicimus, vt thalami concelebramus opus.
Iuno veni, fauſtum thalamis coëuntibus omen,

Nec

Nec tu purpurei mater amoris abes.
Veſter honos agitur, cum ſacra iugalia feruent,
Veſter honos agitur, cum celebratur Hymen.
Eſte Deæ ſponſo faciles, pariterq; puellæ,
Siue tuæ Iuno, ſeu Venus alma tuæ.
Ne dolor vnanimos hodierna luce maritos,
Neu morſu rodat poſtmodò cura graui.
Luce ſacra valeatq; dolor, valeantq; labores,
Et durum curæ ſollicitumq; genus.
Ipſe etiam, ne quid hymeneia gaudia turbet,
Purpureo Titan veſtiat ore diem.
Nubila diffugiant, Auſtros includat in antris
Aeolus, & vinclis carceribuſq; premat.
Omnia ſint operata iocis; expertia luctus
Numina, amant hilari relligioni coli.
Sic ego; cum ſubitis collucens ignibus æther,
Aduentum prodit numinis ecce mihi.
Numen adeſt, noſco COMITES, risêre tenellæ
BLANDITIÆ, & Veneris turba miniſtra IOCI.
Pande fores, te ſponſe petunt, tibi gaudia portant;
Surge, & præſentes deuenerare Deos.
Vota diem celebrent; facili iam numina vultu
Suſcipiuntq; tuas efficiuntq; preces.
Dicamus bona verba: nouis gratantia ſponſis
Carmina Pegaſides pangite, tuq; prior
CALLIOPE iuueni gratare, TALIA puellæ,
Quis vetat alterna plectra mouere vice?
Alterno gaudent elegi modulamine cantus,
Maior & alternis gratia rebus ineſt.
CAL. Gratulor optatæ tedas tibi ſponſe puellæ,
O vtinam ſocio ſis in amore potens.
THA. Grator & ipſa tibi delectum ſponſa maritum,
Sic faueat votis ſæpe Diona tuis.
CAL. Si genus excutias, & claros virginis ortus,
In thalamos infert nomina magna tuos.

THA. Miretur viles ignobile vulgus amores,
Non erit ille tibi, ſponſa, pudendus amor.
CAL. Cui non Stumphelidûm ſunt nota inſignia gentis,
Myſia ſublimem quâ videt alta polum?
THA. Patria Garyſio tellus ſe iactat alumno,
En vt læta ſuum vix capit ipſa bonum.
CAL. Stumphelidis meritas debet Reſpublica grates,
Conſiliis quorum ſæpius vſa fuit.
THA. At ſua Garyſium propter benefacta fidemq;
PONICA, Teutoniæ nobile ſidus, amat.
CAL. Eſt aliquid patriam meritis implere, nec vllus
Dignior eſt titulis muneribuſq; locus.
THA. Laudatis placuiſſe viris, laus vltima non eſt,
Iudiciis nunquam talibus error ineſt.
CAL. Gaude ſponſe tibi, tali lætare marita,
Quam decorat probitas, gratia, forma, pudor.
THA. Gaude ſponſa tibi, tali lætare marito,
Quem ſuus ex merito nobilitauit honor.
CAL. Hæc alias tantùm ſuperat pietate puellas,
Quantùm Pleiadum Cnoſia ſtella faces.
THA. Illius at tantùm VIRTVS ſupereminet, inter
Sidereos quantùm Lucifer ipſe choros.
CAL. Si formam ſpectes, nihil hîc inamabile cernis,
Sic facies animo congruit vſq; ſuo.
THA. Eſt etiam ſua forma viris, en aſpice ſponſum,
Quàm cumulet morum, frontis honore, decus.
CAL. Aſpice lacteolo radiantia lumina vultu,
En rubor vt niueas inficit igne genas.
THA. En age, quàm comi vultum grauitate ſerenet,
Condiat & lepidis quàm ſua dicta iocis.
CAL. Colla roſas, humeri candentia lilia vincunt,
Natiua gaudent brachia tincta niue.
THA. Gratior eſt pulcro naſcens in corpore virtus,
Virtutis vacuus non iuuat oris honor.
CAL. Oſcula iunge tuæ, quid ceſſas, ſponſe, puellæ,

Quin

Quin age, iamdudum quod cupis ipſe, capis.
THA. Tu quoq; ne pugna, virgo ſed grata marito,
Baſia baſiolis, oribus ora refer.
CAL. Ille prius Libycæ numerum ſubducat arenæ,
Amplexus auſit qui numerare tuos.
THA. Qui tua ſcire velit, qui dicere reddita contrà
Oſcula, cœlivagas exigat ille faces.
CAL. Ludite, ſed caſti fines ſeruate pudoris,
Nec date fœcundi pignora ſera tori.
THA. Ludite dum floret iuuenilis temporis ætas,
Ceſſandi tempus curua ſenecta dabit.
CAL. Quàm multus grauida turgeſcit in ilice fetus,
Tam multo vireat germine veſtra domus.
THA. Vileſcit ſine fruge ſolum, ſine frondib. arbos,
Et ſine luce focus, & ſine prole torus.
CAL. Aſſideat veſtro mitis Concordia lecto,
Et tecti cuſtos limina ſeruet amor.
THA. Aſpiret veſtro facilis fortuna labori,
Nec parcas vobis arca miniſtret opes.
CAL. Fallimur? an tedas pueros præferre iugales
Cernimus? ecce faces cominus, ecce faces.
THA. Flammea num videor mihi cernere? flãmea certè,
Ad thalamos Hymen tempora cinctus adeſt.
CAL. Hymen adeſt, ſacros mea tibia deſine cantus;
Cetera præſenti voce monebit Hymen.
THA. Deſine Pierios mecum lyra, deſine cantus,
At vos Nelidæ ducite ſecla lenis.

IV.

Nuptiis Michaelis Schulteſii & Vrſulæ Strasburgiæ.

NOn ego nunc ſacrum Muſis Helicona mouebo,
Non ipſas votis ſollicitabo meis.
Nec vos orabo faciles in carmina vires,
Sentte, Phœbe, tuas; ſiue, Lyæe tuas.

Ite procul; poſcunt alios hæc carmina cœtus:
Ite; nihil veſtri numinis aura valet.
Vos quoque abeſſe volo, thalamis diſcedite caſtis,
Et Venus, & parilis pronuba Iuno tori.
Sacra cano, ſponſique ſacros & virginis ignes,
Omnia cœleſti ſunt operata Deo.
Caſta placent huic, caſta Deo: vos vritis igne
Illicito nuptas, illicitoq; viros.
At tu, Chriſte, veni, ſancti qui ſponſor amoris,
Legitimo ſtringis pectora bina toro.
Sed facilis mitiſq; veni, nunc indue vultus
Pacatos, votis annue iamq; piis.
Qualem te memorant fratrum comitante caterua,
In Cana paruæ tecta ſubiſſe caſæ:
Et ſponſi duxiſſe bonos Hymenæon ad ignes,
Ac donaſſe nouo munere feſta tori.
Tu diuina probas ſocialis fœdera lecti,
Quæq; probas pariter fœdera, rite beas.
Tu ſeiuncta locis concordi iungis amore
Corda, coit nutu gratia ſarta tuo.
Per te ſumit amor flammas: tibi deditus vni
Sponſus, coniugii non graue ſentit onus.
Chriſte, tuas aras caſtos ſine tangere ſponſos,
Quodq; rogent, ſolita pro bonitate mone.
Vota cadunt; vtinam claro labatur Olympo
Angelus, & thalamis vincula portet ouans.
Vincula, quæ nullæ valeant diſſoluere vires:
Quæ niſi mors, hominum rumpere nemo queat.
Pondus ineſt votis: templum fulgore coruſcans,
Ecce penetrali ſpargit ab æde iubar.
Diuinoq; præit iuuenis ſplendore decorus,
Ambroſia geſtans vincula bina manu.
Quem poſt cœlicolûm ſuccedunt mille cateruæ,
Agmina cantanti conſpicienda choro,
Quarum pars faculas præfert, pars magna ſagittas

Cer-

Cernitur & niuea flammea ferre manu.
Non his noſtra videt quicquam formoſius ætas,
Non cadit in noſtrum talis imago genus.
Corpora cœleſtum ſic depinguntur Amorum,
Hoc Raphael vultu pictus & ore nitet.
Nec mentem malus error habet, nec lumina fallunt:
Hic Raphael, Veneris turba ſed iſta ſacræ.
Felices, quibus illa cohors in amore ſecunda,
Spicula depromit, ventilat atq; facem.
Non leuis illorum ſerpit per viſcera flamma,
Nec cupido cœcum pectora vulnus alunt.
Non lites intrant thalamos, nec iurgia linguæ:
Sed pax ad placidum blanda cubile ſedet,
Atque ſuas iuxtà ponens Concordia ſedes,
Mulcet amabilibus tempora dura iocis.
Nec ſinit occurrat quicquam, quod ſoluat amantum
Pectora, quod turbet gaudia læta tori.
Adde quod illorum dat pignora dulcia lectus,
Quæ menſas ornent, exhilarentq; domum.
Quos tua cum videam nunc ad connubia cœtus,
Schulteſi: quid non ominer ipſe boni?
Quæúe tuis vltrà gratantia carmina tedis
Adiiciam, quid non augurer antè boni?
Non hæc vnanimis coeunt malè fœdera ſponſis,
Quæ diuûm ſociat conciliatq; chorus.
Non infelici lucent hæ lumine tedæ,
Quas ſacer infuſo nectare paſcit Amor.
Cœleſtesq; Ioci guttis quas pinguis oliuæ,
Quas ſuccis nutrit Gratia Dia ſuis.
Ergo tuæ gaude thalamis, noue ſponſe, puellæ,
Quæ tibi ſollicitos non ſinet ire dies.
Cuius in amplexu, quamuis te multa fatigent,
Omnis amaricies & tibi cura cadet.
Inuida non illi faciem natura negauit,
Non illi formæ parca miniſtra fuit.

Siſte tuos,inquit,puer ò dulciſſime curſus,
Et vagus in noſtros huc age flecte ſinus.
Ipſa tibi ſacri nemoris monſtrabo receſſus,
Teq; comes montis per iuga celſa regam.
Ipſa tibi pandam Clarias,quas tradimus, artes:
Vt doctos ſurgas inter honore viros.
Tu modo difficili ne ſubtrahe colla labori,
Exigui merces magna laboris erit.
Dixerat; & ſacro lymphis è fonte petitis,
Aonio pueri labra liquore rigat.
Ille bibens, ſimul acceptum ſub pectore numen
Sentit,& ingenium promtius eſſe ſuum.
Nec mora Pierias ardeſcit totus in artes,
Ceu facula admoto cominus igne flagrat.
Nec ſubeundum aliis ſuperans tolerando laborem,
Non oneri,non ſe ſubtrahit ipſe iugo.
Nunc facili geſtit carmen deducere verſu,
Scribere nunc numeris verba ſoluta ſuis.
Nunc linguæ ſequitur ſtudium;(mirabile dictu)
Tergeminos vno fundat vt ore ſonos.
Nunc teneræ paullum firmatus robore mentis,
Iudicio conſtans & magis ipſe ſibi,
Arcanas audet naturæ quærere cauſſas,
Audet & ætherias ſcandere mente domos.
Quis Deus hunc mundi ſpacioſum temperet orbem,
Annua quis certa torqueat aſtra vice.
Quis furor Aeolios tanto luctamine fratres
In fera proturbet prœlia Marte pari.
Vnde cauis veniat,qui nubibus exilit ignis,
Vnde ſit in pluuias hauſta perennis aqua.
Cornua quid moueant hirci,quid brachia cancri,
Et dux aſtrorum corniger, atque bilanx.
Hinc ſcriptis animum iuuat emendare Platonis,
Quoq; regi poſſit,diſcere,vita modo.
Donec Calliope duros miſerata labores,

En

En promiſſa diu præmia, dixit, habe.
Ac iuueni nitida præcingens tempora lauro,
Grande magiſterii nomen habere iubet.
Ille nouis tandem titulis & honoribus auctus,
Non ſegni cœptum mente remittit opus.
Quin memor erroriſq; ſui, veterumq; laborum,
Quos puer infracto pectore ſæpe tulit.
Cunctis eſſe cupit notam tironibus illam,
Quam ſibi monſtrârat præuia Muſa, viam.
Quid non rurſus adit generoſo corde laborum,
Scrupea dum mollem ducit ad antra gregem?
Scit bene maiorum Vitzlebius inclytus ortu,
Cuius ſceptra ſcholæ, non ſine laude, gerit.
Scit bene Pegaſidum ſacris operata iuuentus,
Cuius Caſtaliis ora rigauit aquis.
Vox erat incurſu, rauco cùm buccina cantu
Obſtrepit, & ſponſos linquere templa iubet.
Ite pares animis, vobis per compita mille
Sparguntur flores, votaq; mille ſonant.
Ite, nec obliti ſummi præcepta Tonantis,
Seruate aſtrictam numine teſte fidem.
Sic quæcunq; toros poſſunt ornare beatos,
In veſtros cumulet iugiter ille toros.

LIBER II.

I.

In nuptias Matthiæ Habercornii & Vrſulæ Henricæ.

INtrat templa nouus tenera cum virgine ſponſus,
Vt thalami firmet fœdera, teſte Deo.
Alme pater, primos thalamo qui iungis amores,
Vnanimiq; facis viuere carne duos:
Sponſor ades, ſociamq; viro coniunge puellam,
Vt rata confirmet, fœdera pacta, fides.

Siſte tuos, inquit, puer ò dulciſſime curſus,
Et vagus in noſtros huc age flecte ſinus.
Ipſa tibi ſacri nemoris monſtrabo receſſus,
Teq; comes montis per iuga celſa regam.
Ipſa tibi pandam Clarias, quas tradimus, artes:
Vt doctos ſurgas inter honore viros.
Tu modo difficili ne ſubtrahe colla labori,
Exigui merces magna laboris erit.
Dixerat; & ſacro lymphis è fonte petitis,
Aonio pueri labra liquore rigat.
Ille bibens, ſimul acceptum ſub pectore numen
Sentit, & ingenium promtius eſſe ſuum.
Nec mora Pierias ardeſcit totus in artes,
Ceu facula admoto cominus igne flagrat.
Nec ſubeundum aliis ſuperans tolerando laborem,
Non oneri, non ſe ſubtrahit ipſe iugo.
Nunc facili geſtit carmen deducere verſu,
Scribere nunc numeris verba ſoluta ſuis.
Nunc linguæ ſequitur ſtudium, (mirabile dictu)
Tergeminos vno fundat vt ore ſonos.
Nunc teneræ paullum firmatus robore mentis,
Iudicio conſtans & magis ipſe ſibi,
Arcanas audet naturæ quærere cauſſas,
Audet & ætherias ſcandere mente domos.
Quis Deus hunc mundi ſpacioſum temperet orbem,
Annua quis certa torqueat aſtra vice.
Quis furor Aeolios tanto luctamine fratres
In fera proturbet prœlia Marte pari.
Vnde cauis veniat, qui nubibus exilit ignis,
Vnde ſit in pluuias hauſta perennis aqua.
Cornua quid moueant hirci, quid brachia cancri,
Et dux aſtrorum corniger, atque bilanx.
Hinc ſcriptis animum iuuat emendare Platonis,
Quoq; regi poſſit, diſcere, vita modo.
Donec Calliope duros miſerata labores,

En

En promiſſa diu præmia, dixit, habe.
Ac iuueni nitida præcingens tempora lauro,
Grande magiſterii nomen habere iubet.
Ille nouis tandem titulis & honoribus auctus,
Non ſegni cœptum mente remittit opus.
Quin memor errorisq; ſui, veterumq; laborum,
Quos puer infracto pectore ſæpe tulit.
Cunctis eſſe cupit notam tironibus illam,
Quam ſibi monſtrârat præuia Muſa, viam.
Quid non rurſus adit generoſo corde laborum,
Scrupea dum mollem ducit ad antra gregem?
Scit bene maiorum Vitzlebius inclytus ortu,
Cuius ſceptra ſcholæ, non ſine laude, gerit.
Scit bene Pegaſidum ſacris operata iuuentus,
Cuius Caſtaliis ora rigauit aquis.
Vox erat incurſu, rauco cùm buccina cantu
Obſtrepit, & ſponſos linquere templa iubet.
Ite pares animis, vobis per compita mille
Sparguntur flores, votaq; mille ſonant.
Ite, nec obliti ſummi præcepta Tonantis,
Seruate aſtrictam numine teſte fidem.
Sic quæcunq; toros poſſunt ornare beatos,
In veſtros cumulet iugiter ille toros.

LIBER II.

I.

In nuptias Matthiæ Habercornii & Vrſulæ Henricæ.

INtrat templa nouus tenera cum virgine ſponſus,
Vt thalami firmet fœdera, teſte Deo.
Alme pater, primos thalamo qui iungis amores,
Vnanimiq; facis viuere carne duos:
Sponſor ades, ſociamq; viro coniunge puellam,
Vt rata confirmet, fœdera pacta, fides.

Siſte tuos,inquit,puer ò dulciſſime curſus,
Et vagus in noſtros huc age flecte ſinus.
Ipſa tibi ſacri nemoris monſtrabo receſſus,
Teq; comes montis per iuga celſa regam.
Ipſa tibi pandam Clarias,quas tradimus, artes:
Vt doctos ſurgas inter honore viros.
Tu modo difficili ne ſubtrahe colla labori,
Exigui merces magna laboris erit.
Dixerat; & ſacro lymphis è fonte petitis,
Aonio pueri labra liquore rigat.
Ille bibens, ſimul acceptum ſub pectore numen
Sentit,& ingenium promtius eſſe ſuum.
Nec mora Pierias ardeſcit totus in artes,
Ceu facula admoto cominus igne flagrat.
Nec ſubeundum aliis ſuperans tolerando laborem,
Non oneri,non ſe ſubtrahit ipſe iugo.
Nunc facili geſtit carmen deducere verſu,
Scribere nunc numeris verba ſoluta ſuis.
Nunc linguæ ſequitur ſtudium,(mirabile dictu)
Tergeminos vno fundat vt ore ſonos.
Nunc teneræ paullum firmatus robore mentis,
Iudicio conſtans & magis ipſe ſibi,
Arcanas audet naturæ quærere cauſſas,
Audet & ætherias ſcandere mente domos.
Quis Deus hunc mundi ſpacioſum temperet orbem,
Annua quis certa torqueat aſtra vice.
Quis furor Aeolios tanto luctamine fratres
In fera proturbet prœlia Marte pari.
Vnde cauis veniat,qui nubibus exilit ignis,
Vnde ſit in pluuias hauſta perennis aqua.
Cornua quid moueant hirci,quid brachia cancri,
Et dux aſtrorum corniger, atque bilanx.
Hinc ſcriptis animum iuuat emendare Platonis,
Quoq; regi poſſit,diſcere,vita modo.
Donec Calliope duros miſerata labores,

En

En promiſſa diu præmia, dixit, habe.
Ac iuueni nitida præcingens tempora lauro,
Grande magiſterii nomen habere iubet.
Ille nouis tandem titulis & honoribus auctus,
Non ſegni cœptum mente remittit opus.
Quin memor erroriſq; ſui, veterumq; laborum,
Quos puer infracto pectore ſæpe tulit.
Cunctis eſſe cupit notam tironibus illam,
Quam ſibi monſtrârat præuia Muſa, viam.
Quid non rurſus adit generoſo corde laborum,
Scrupea dum mollem ducit ad antra gregem?
Scit bene maiorum Vitzlebius inclytus ortu,
Cuius ſceptra ſcholæ, non ſine laude, gerit.
Scit bene Pegaſidum ſacris operata iuuentus,
Cuius Caſtaliis ora rigauit aquis.
Vox erat incurſu, rauco cùm buccina cantu
Obſtrepit, & ſponſos linquere templa iubet.
Ite pares animis, vobis per compita mille
Sparguntur flores, votaq; mille ſonant.
Ite, nec obliti ſummi præcepta Tonantis,
Seruate aſtrictam numine teſte fidem.
Sic quæcunq; toros poſſunt ornare beatos,
In veſtros cumulet iugiter ille toros.

LIBER II.

I.

In nuptias Matthiæ Habercornii & Vrſulæ Henricæ.

INtrat templa nouus tenera cum virgine ſponſus,
Vt thalami firmet fœdera, teſte Deo.
Alme pater, primos thalamo qui iungis amores,
Vnanimiq; facis viuere carne duos:
Sponſor ades, ſociamq; viro coniunge puellam,
Vt rata confirmet, fœdera pacta, fides.

Siſte tuos,inquit,puer ò dulciſſime curſus,
Et vagus in noſtros huc age flecte ſinus.
Ipſa tibi ſacri nemoris monſtrabo receſſus,
Teq; comes montis per iuga celſa regam.
Ipſa tibi pandam Clarias,quas tradimus, artes:
Vt doctos ſurgas inter honore viros.
Tu modo difficili ne ſubtrahe colla labori,
Exigui merces magna laboris erit.
Dixerat; & ſacro lymphis è fonte petitis,
Aonio pueri labra liquore rigat.
Ille bibens, ſimul acceptum ſub pectore numen
Sentit,& ingenium promtius eſſe ſuum.
Nec mora Pierias ardeſcit totus in artes,
Ceu facula admoto cominus igne flagrat.
Nec ſubeundum aliis ſuperans tolerando laborem,
Non oneri,non ſe ſubtrahit ipſe iugo.
Nunc facili geſtit carmen deducere verſu,
Scribere nunc numeris verba ſoluta ſuis.
Nunc linguæ ſequitur ſtudium,(mirabile dictu)
Tergeminos vno fundat vt ore ſonos.
Nunc teneræ paullum firmatus robore mentis,
Iudicio conſtans & magis ipſe ſibi,
Arcanas audet naturæ quærere cauſſas,
Audet & ætherias ſcandere mente domos.
Quis Deus hunc mundi ſpacioſum temperet orbem,
Annua quis certa torqueat aſtra vice.
Quis furor Aeolios tanto luctamine fratres
In fera proturbet prœlia Marte pari.
Vnde cauis veniat,qui nubibus exilit ignis,
Vnde ſit in pluuias hauſta perennis aqua.
Cornua quid moueant hirci,quid brachia cancri,
Et dux aſtrorum corniger, atque bilanx.
Hinc ſcriptis animum iuuat emendare Platonis,
Quoq; regi poſſit,diſcere,vita modo.
Donec Calliope duros miſerata labores,

En

En promiſſa diu præmia, dixit, habe.
Ac iuueni nitida præcingens tempora lauro,
Grande magiſterii nomen habere iubet.
Ille nouis tandem titulis & honoribus auctus,
Non ſegni cœptum mente remittit opus.
Quin memor errôrisq; ſui, veterumq; laborum,
Quos puer infracto pectore ſæpe tulit.
Cunctis eſſe cupit notam tironibus illam,
Quam ſibi monſtrârat præuia Muſa, viam.
Quid non rurſus adit generoſo corde laborum,
Scrupea dum mollem ducit ad antra gregem?
Scit bene maiorum Vitzlebius inclytus ortu,
Cuius ſceptra ſcholæ, non ſine laude, gerit.
Scit bene Pegaſidum ſacris operata iuuentus,
Cuius Caſtaliis ora rigauit aquis.
Vox erat incurſu, rauco cùm buccina cantu
Obſtrepit, & ſponſos linquere templa iubet.
Ite pares animis, vobis per compita mille
Sparguntur flores, votaq; mille ſonant.
Ite, nec obliti ſummi præcepta Tonantis,
Seruate aſtrictam numine teſte fidem.
Sic quæcunq; toros poſſunt ornare beatos,
In veſtros cumulet iugiter ille toros.

LIBER II.

I.

In nuptias Matthiæ Habercornii & Vrſulæ Henricæ.

INtrat templa nouus tenera cum virgine ſponſus,
Vt thalami firmet fœdera, teſte Deo.
Alme pater, primos thalamo qui iungis amores,
Vnanimiq; facis viuere carne duos:
Sponſor ades, ſociamq; viro coniunge puellam,
Vt rata confirmet, fœdera pacta, fides.

Ite procul; poſcunt alios hæc carmina cœtus:
Ite; nihil veſtri numinis aura valet.
Vos quoque abeſſe volo, thalamis diſcedite caſtis,
Et Venus, & parilis pronuba Iuno tori.
Sacra cano, ſponſique ſacros & virginis ignes,
Omnia cœleſti ſunt operata Deo.
Caſta placent huic, caſta Deo: vos vritis igne
Illicito nuptas, illicitoq; viros.
At tu, Chriſte, veni, ſancti qui ſponſor amoris,
Legitimo ſtringis pectora bina toro.
Sed facilis mitiſq; veni, nunc indue vultus
Pacatos, votis annue iamq; piis.
Qualem te memorant fratrum comitante caterua,
In Cana paruæ tecta ſubiſſe caſæ:
Et ſponſi duxiſſe bonos Hymenæon ad ignes,
Ac donaſſe nouo munere feſta tori.
Tu diuina probas ſocialis fœdera lecti,
Quæq; probas pariter fœdera, tute beas.
Tu ſeiuncta locis concordi iungis amore
Corda, coit nutu gratia ſarta tuo.
Per te ſumit amor flammas: tibi deditus vni
Sponſus, coniugii non graue ſentit onus.
Chriſte, tuas aras caſtos ſine tangere ſponſos,
Quodq; rogent, ſolita pro bonitate mone.
Vota cadunt; vtinam claro labatur Olympo
Angelus, & thalamis vincula portet ouans.
Vincula, quæ nullæ valeant diſſoluere vires:
Quæ niſi mors, hominum rumpere nemo queat.
Pondus ineſt votis: templum fulgore coruſcans,
Ecce penetrali ſpargit ab æde iubar.
Diuinoq; præit iuuenis ſplendore decorus,
Ambroſia geſtans vincula bina manu.
Quem poſt cœlicolûm ſuccedunt mille cateruæ,
Agmina cantanti conſpicienda choro,
Quarum pars faculas præfert, pars magna ſagittas

Cernitur & niuea flammea ferre manu.
Non his noſtra videt quicquam formoſius ætas,
Non cadit in noſtrum talis imago genus.
Corpora cœleſtum ſic depinguntur Amorum,
Hoc Raphael vultu pictus & ore nitet.
Nec mentem malus error habet, nec lumina fallunt:
Hic Raphael, Veneris turba ſed iſta ſacræ.
Felices, quibus illa cohors in amore ſecunda,
Spicula depromit, ventilat atq; facem.
Non leuis illorum ſerpit per viſcera flamma,
Nec cupido cœcum pectora vulnus alun^r^.
Non lites intrant thalamos, nec iurgia linguæ:
Sed pax ad placidum blanda cubile ſedet,
Atque ſuas iuxtà ponens Concordia ſedes,
Mulcet amabilibus tempora dura iocis.
Nec ſinit occurrat quicquam, quod ſoluat amantum
Pectora, quod turbet gaudia læta tori.
Adde quod illorum dat pignora dulcia lectus,
Quæ menſas ornent, exhilarentq; domum.
Quos tua cum videam nunc ad connubia cœtus,
Schulteſi: quid non ominer ipſe boni?
Quæúe tuis vltrà gratantia carmina tedis
Adiiciam, quid non augurer antè boni?
Non hæc vnanimis coeunt malè fœdera ſponſis,
Quæ diuûm ſociat conciliatq; chorus.
Non infelici lucent hæ lumine tedæ,
Quas ſacer infuſo nectare paſcit Amor.
Cœleſteſq; Ioci guttis quas pinguis oliuæ,
Quas ſuccis nutrit Gratia Dia ſuis.
Ergo tuæ gaude thalamis, noue ſponſe, puellæ,
Quæ tibi ſollicitos non ſinet ire dies.
Cuius in amplexu, quamuis te multa fatigent,
Omnis amaricies & tibi cura cadet.
Inuida non illi faciem natura negauit,
Non illi formæ parca miniſtra fuit.

Illi lacteolo pellucent ora rubore,
Et fulgore micant labra ſerena ſuo.
Thracia ceu quando minio nix certat Ibero,
Iunctiq; puniceis candida mala roſis.
Illi pulcra fluunt flaui per colla capilli,
Et referunt geminas lumina bina faces.
His ſuper accedit iucundis gratia verbis,
Et lepor, & plandis luſibus aptus amor.
Si genus excutias, quamuis nec nomen auorum,
Nec crepet auguſti facta ſuperba patris:
Non tamen è media ſtirpis primordia plebe,
Non habet impura ſemina nata domo.
Eſt illi genitor, clarus probitate fideq;,
Eſt illi genitrix, nota pudore ſuo.
Ille cauernoſæ dum ſcandit in abdita terræ
Viſcera, Iurati nobile munus habens:
Ipſa domi natos inter, ſobolemq; tenellam
Aſſidua ducit ſtamina torta manu.
Et caſte referens illis exempla Rebeccæ,
Fataq; Suſannæ vix habitura fidem:
His (ait) ô natæ, teneras quæ vita puellas,
Quæ nuptas ornent, diſcite, facta pias.
Sic ait, atq; ſui ſimul haud oblita mariti,
Surgit, & huic epulas ipſa miniſtra parat.
At vir membra domum referens exhauſta labore,
Vrgentem dapibus non leuat antè famem.
Nec prius apponit languentia corpora ſtratis,
Quàm cum prole pias fuderit ipſe preces.
Et quàm præteriti reputauerit acta diei,
Percurrens animo geſta diurna ſuo.
Quid tali potius ſocero ſocruq; requiras,
Clarius hac ipſa virgine quidue petas?
Talibus exemplis, tali quæ docta magiſtra,
Virtutum didicit omne tenetq; genus.
Tu nunc cinge caput ſertis, tua ni bona neſcis:

Nec tacito cohibe gaudia clauſa ſinu.
Et tu gaudentem coniunx imitata maritum,
Sparge roſas, hilari ter pede plange ſolum.
Non tua vulgares veniunt in colla lacerti,
Non intrat thalamum vir ſine laude tuum.
Huic dare complexus, huic baſia figere labris
Optauit votis multa puella ſuis.
Sed neq; complecti. nec baſia figere labris,
Huic meruit votis vlla puella ſuis.
Huic non vna nimis voluit formoſa videri,
Pexuit huic crines virgo nec vna ſuos:
Sed neq; ſic potuit ſatis huic formoſa videri,
Et fruſtra crines pexuit ipſa ſuos.
Omnes ille tui nuptas faſtidit amore,
Vrſula, Schulthefio ſola placere potes.
Te te quicquid agis, quoquô veſtigia torques,
Illius haud ſegnis mox comitatur amor.
Siue colis crines, cultis te crinibus ardet:
Seu fundis, fuſis es veneranda comis.
Vris, ſeu lanas aſſueta ducis ab arte,
Vris, ſeu tereti pollice fila trahis.
Vre ferum, mihi ne poſt hac illudat amanti,
Horrida nunc illi, ſi pote, verba doma.
Parce tamen, tali nec ſponſo dura repugna,
Quo nunc vel Coa Battide maior eris.
Hic eſt, cui doctæ ſua dona dedêre ſorores,
Cui dedit Aoniam Calliopea lyram.
Munere quo larga felicia carmina vena,
Et varias culto pectore promit opes.
Nanq; nouus quondam tiro, puerilibus annis,
Dum ſequitur cupido Muſica ſigna pede.
Daphneæ recubans hunc forte ſub arboris vmbra,
Per iuga currentem Calliopea videt.
Corporis & gracilis tantum mirata vigorem,
Et nulla faciles arte volare pedes:

Siſte tuos,inquit,puer ò dulciſſime curſus,
  Et vagus in noſtros huc age flecte ſinus.
Ipſa tibi ſacri nemoris monſtrabo receſſus,
  Teq; comes montis per iuga celſa regam.
Ipſa tibi pandam Clarias,quas tradimus, artes:
  Vt doctos ſurgas inter honore viros.
Tu modo difficili ne ſubtrahe colla labori,
  Exigui merces magna laboris erit.
Dixerat; & ſacro lymphis è fonte petitis,
  Aonio pueri labra liquore rigat.
Ille bibens, ſimul acceptum ſub pectore numen
  Sentit,& ingenium promtius eſſe ſuum.
Nec mora Pierias ardeſcit totus in artes,
  Ceu facula admoto cominus igne flagrat.
Nec ſubeundum aliis ſuperans tolerando laborem,
  Non oneri,non ſe ſubtrahit ipſe iugo.
Nunc facili geſtit carmen deducere verſu,
  Scribere nunc numeris verba ſoluta ſuis.
Nunc linguæ ſequitur ſtudium,(mirabile dictu)
  Tergeminos vno fundat vt ore ſonos.
Nunc teneræ paullum firmatus robore mentis,
  Iudicio conſtans & magis ipſe ſibi,
Arcanas audet naturæ quærere cauſſas,
  Audet & ætherias ſcandere mente domos.
Quis Deus hunc mundi ſpacioſum temperet orbem,
  Annua quis certa torqueat aſtra vice.
Quis furor Aeolios tanto luctamine fratres
  In fera proturbet prœlia Marte pari.
Vnde cauis veniat,qui nubibus exilit ignis,
  Vnde ſit in pluuias hauſta perennis aqua.
Cornua quid moueant hirci,quid brachia cancri,
  Et dux aſtrorum corniger, atque bilanx.
Hinc ſcriptis animum iuuat emendare Platonis,
  Quoq; regi poſſit,diſcere,vita modo.
Donec Calliope duros miſerata labores,

En

En promiſſa diu præmia, dixit, habe.
Ac iuueni nitida præcingens tempora lauro,
Grande magiſterii nomen habere iubet.
Ille nouis tandem titulis & honoribus auctus,
Non ſegni cœptum mente remittit opus.
Quin memor erroriſq; ſui, veterumq; laborum,
Quos puer infracto pectore ſæpe tulit.
Cunctis eſſe cupit notam tironibus illam,
Quam ſibi monſtrârat præuia Muſa, viam.
Quid non rurſus adit generoſo corde laborum,
Scrupea dum mollem ducit ad antra gregem?
Scit bene maiorum Vitzlebius inclytus ortu,
Cuius ſceptra ſcholæ, non ſine laude, gerit.
Scit bene Pegaſidum ſacris operata iuuentus,
Cuius Caſtaliis ora rigauit aquis.
Vox erat incurſu, rauco cùm buccina cantu
Obſtrepit, & ſponſos linquere templa iubet.
Ite pares animis, vobis per compita mille
Sparguntur flores, votaq; mille ſonant.
Ite, nec obliti ſummi præcepta Tonantis,
Seruate aſtrictam numine teſte fidem.
Sic quæcunq; toros poſſunt ornare beatos,
In veſtros cumulet iugiter ille toros.

LIBER II.

I.

In nuptias Matthiæ Habercornii & Vrſulæ Henricæ.

INtrat templa nouus tenera cum virgine ſponſus,
Vt thalami firmet fœdera, teſte Deo.
Alme pater, primos thalamo qui iungis amores,
Vnanimiq; facis viuere carne duos:
Sponſor ades, ſociamq; viro coniunge puellam,
Vt rata confirmet, fœdera pacta, fides.

Digitized by Google

Tuq; Cananæos non aſpernate iugales,
Chriſte, meri mutans nectare fontis aquam:
En age cœpta tuo ſacrata fauore ſecunda,
Auſpice te iunctus ſit ſine labe torus.
Et tu ſancte Patris Flatus, Natiq; poteſtas,
Cuius inextinctus flamine ſpirat amor:
Amborum pariles affla ſub pectore flammas,
Arſuramq; animis tempus in omne facem.
Dum loquor, en ſignum ſub turribus æra dederunt,
Nunc tuba, nunc rauca tympana voce ſonant.
Incedensq; nouo ſponſus ſublimis honore,
Per vicos vulgi lumina prona trahit.
Cui dextram Virtus ambit, Doctrina ſiniſtram,
Aſt Amor igniuomam ventilat antè facem.
Inde nouem ingreditur, Phœbo duce, turba ſororum,
Mnemoſyne fertur quas peperiſſe Ioui.
Ponè virum graditur demiſſo lumine virgo,
Virgo natiuo picta rubore genas.
Quam Venus, ac triplici comitatur Gratia nexu,
Et Decor, & Tyria ſindone cultus Honor.
Ite bonis auibus, tali vir digne puella,
Nec minus hoc ipſo digna puella viro.
Numine placato ſocialia ſacra parate,
Cum precibus manui iungite ritè manum.
Auſpicio quodcunq; Dei primordia ſumit,
Non hoc infauſto ſidere cedit opus.
Vota cadunt, poſitas ambo voluuntur ad aras,
Quiſquis ades, votis lingua animoq; faue.
At vos diuini mandata capeſſite verbi,
Et non oblito corde referte domum.
Vt ſubiecta tuum venereris ſponſa maritum,
Quem Deus vxoris præcipit eſſe caput.
Vt ſponſæ caſto tenearis amore marite,
Quæ ſurrepta tuis oſſibus oſſa gerit,
Sed neq; ſolliciti facies inamœna laboris,

Con-

Coniugii comitem quem iubet eſſe Deus.
Territet ignaua veſtrum formidine pectus,
Et labor, & merces digna laboris erit.
Haud conſortis homo ſanxit connubia tedæ,
Hoc Deus ipſe ſibi vendicat auctor opus.
Vana fides homini, ſed qui ſemel exigit ore
Sermo Dei, dubiam neſcit habere fidem.
Ille ſuam promittit opem nubentibus ille
Quam promittit eis, fert quoq; fidus opem.
Caſte Deus, caſtos inſpirans cordibus ignes,
Summittensq; pari corpora bina iugo.
Numine nexa tuo rata ſint. da, vincula lecti,
Sit rata coniugii te data teſte fides.
Illa coit firma thalami iunctura catena,
Quæ nuptæ iuuenem te ſociante coit.
Sic quondam Abramidæ te conciliante Rebeccam,
Diſſociata loci. pectora iunxit amor.
Nec ſecus Iſaco genitum, natamq; Labane,
Arctior aſtrinxit te ſociante fides.
Aſpicis ô, nec te volitantia ſpicula fallunt,
Coniugibus Satanas quæ iacit, arte potens.
Irarumq; faces, & atrocis ſemina rixæ,
Ne vir ſit nuptæ, nupta ſit æqua viro.
Hinc ergo certam ne dirigat iſte ſagittam,
Obiectu clypei protege, quæſo, tui.
Quos non Idaliæ coniunxit bruta libido,
Sed quæſitus honos numinis, alme, tui.
Ambiat vnanimem felix Concordia lectum,
Incidat & fauſto nulla querela toro,
Si quid & inciderit, (nec enim ferus ille faceſſet)
In noua conuerſus gaudia luctus eat.
Quæq; virum fecit, faciat hunc nupta parentem,
Nec tardum tribuat filia nomen aui.
Vt citò ſuccreſcant amborum prole nepotes,
Per quos diuinus multiplicetur honos,

Et bene habet, iunxêre manus, precibuſque peractis,
Pompa decens ſacra iam redit æde domum.
Atria iam ſponſi, conuentu tota frequentat,
Atria lætanti vix ſatis ampla choro.
Molle lyræ feſtumq; canunt, ſolennia verba
Omnis iô Hymen, ô Hymenæe ſonat.
Gratantumq; vomit reſonis penetralibus vndam,
Interior cultu ſplendidiore domus.
Nunc ſponſum noſtris fas compellare Camœnis,
Et dare lætitiæ pignora certa meæ.
Ergo age, quæ longum iacuerunt fila, retenta,
Et deſueta ERATO plectra capeſſe manu.
Nam varios inter plauſus, voceſq; ſonorum,
Crimen erit citharam conticuiſſe meam.
Crimen erit veteri non impendiſſe ſodali,
Sæpe aliis operam quam mea Muſa dedit.
Et quis enim longo magis eſt mihi cognitus vſu,
Quem conſors ſtudium, quem mihi iunxit amor?
Certus amor, quem nec ſeiunctio mutua ſoluit.
Diuerſo, patria dum procul, orbe vagor.
Dum nos ciuili fugat irretita tumultu
Gallia, felici non mihi tacta pede.
Dum mox Auſoniæ pacatior excipit ora,
Hoſpita ſed ſtudiis haud ſatis æqua meis.
Quid tanta dignum tibi, quid pietate rependam?
Qui memori abſentem pectore ſemper habes.
Fallis & interea de me ſermonibus horas,
Si qua pares inter mentio facta mei eſt.
Dii tibi dent, quæcunq; tuo candore mereris,
MATTHIA ô patriæ fama, decusq; meum.
Sed numeros mutare decet, proſpexit Olympo
Heſperus, & noctis præuius vrget equos.
Heſperus in cœlo quo non formoſius vllum
Accendit tenebras ſidus, agitq; diem.
Heſperus igne ſuo qui tantùm ſidera vincit,

Quan-

Quantùm germanæ Cynthius axe rotas.
Heſperus aduenit, iuuenes conſurgite menſis,
Quis ſcit, an ad thalamos nunc Hymenæus adeſt?
Fallimur? an prope flammeolum vibrare coruſcum
Cernimus & digitos, quod terit orbe, iubar,
Coccineæq; ſimul fulgentem veſtis honorem?
Sic eſt, en Hymen en Hymenæus adeſt.
Dicere nunc ſocii, nunc reſpondere iuuabit,
O Hymenæe Hymen, ô Hymenæe Hymen.
Dicite iô Hymen, & Hymen iterate frequentes,
In numerum gaudet ſæpe citatus Hymen.
Mitis Hymen, ter dulcis Hymen, tu pectora frangis,
Atq; animos iuuenum deiicis ipſe feros.
Victa maritali ſubdant vt colla capiſtro,
Et dicant faſtu verba minora ſuo.
Mollis Hymen, ter ſuauis Hymen, tu corda puellis
Mulces, vt veniant ad noua iura viri.
Neue tenax illas tollat fiducia formæ,
Quantula ſit verni temporis hora, mones.
Pulcer Hymen genialis Hymen, tibi vincla pudoris
Curæ, vincla data non temeranda fide.
Tuq; vagos ignes, vetitęq; libidinis æſtus,
Furtiuiq; inhibes gaudia cæca tori.
Tu facis, vt non cura virum, pietasq; parentis,
Dilectæ teneat non genitricis amor.
Quin patris oblitus, matris ſecurus amorum,
Amplexu malit coniugis vſq; frui.
Acer Hymen, ſocialis Hymen, quis carmine laudes
Acquiparante tuas præco per ora ferat?
Tu vulſam matriſq; ſinu, colloq; ſororum,
Deducis iuueni nocte ſilenti parem.
Cunctantemq; gradus, & fletibus ora rigantem,
Hortatu firmas, dux animoſe, tuo.
Non vt inexpertæ dubitet ſe credere pugnæ,
Iam miſcente nouo prœlia torua viro.

Hymen

Hymen ô Hymenæe, tuo quid munere maius
  Comparibus, tedæ queis præiêre tuæ?
Tu bonus amborum fecundas prole cubile,
  Audiat vt mater femina, virq; parens,
Te ſine nulla domus natos dare, nulla nepotes
  Ferre poteſt; friget te ſine pigra Venus.
Si qua tuas exoſa faces, & coniugis vſum,
  Pertendat vita celibe terra frui:
Non hæc ſacrificos aris, regnisq; Monarchas,
  Non patres habeat ciuibus, vnde legat.
Poſcit opem mundi triplex te machina, per te
  Vita hominum, vitæ ſunt alimenta ſuæ.
Hymen ô Hymenæe, tuo quid munere maius,
  Inſtaurante vrbes munere, rura, lares?
Sed nox atra ruit, nos cantu ducimus horas,
  Cetera per terras muta ſopore ſilent.
Tu tamen, ô ingrata viro, ingrata Thalaſſio,
  Virgo trahis ſegnes, tarda pudore, moras.
Pronubus intrauit thalamos Hymenæus, & ipſe
  In lecto reſidens, Nupta, vir inquit, ades.
VRSVLA tolle pedem, neu ſis immitior vrſa,
  Hæſitat ad primas cur tibi planta fores?
Ne dubita, te læta manent hac gaudia teda,
  Felix & natis, atq; futura viro.
Ne pugna, lacrymis neu ſparge cadentibus ora,
  Quid fruſtra madidos proluis imbre ſinus?
Non iter ad rixas, non eſt ad prœlia Martis,
  Ad Veneris luſus blanditiasq; venis.
Non tua crudeles innectent colla lacerti,
  Exuccus lambet nec tibi labra ſenex.
Sed iuuenis, præ te cui ſordeat aurifer Hermus,
  Vndaq; gemmarum quicquid Eoa vehit.
Sed coniunx, quo non multarum laude ſecundum
  Nomen ab incana poſteritate feres.
Quem neq; Theſpiades, neq; dedignatus Apollo,

Nec datur eloquii, natus Atlante, fuit.
Quem par ingenio probitas, virtutibus æquus
Artis honor, carum conſpicuumq; facit.
Quem Philyreæ oculus CAMERARIVS vrbis, & orbis,
Diſcipulos inter gaudet habere ſuos.
Cuius, quot pubis quondam delecta Pelaſgæ
Pectora, Durateus ventre recluſit equus:
Docta tot illuſtres animas ſchola protulit orbi,
Ingeniis, famæ nomina nata, ſuis.
Sed iam nupta venit, iuuenem miſerata gementem,
Cui blanda aureolo ſpirat ab ore Charis.
Non oculos attolit humo, geminoq; coruſcas
Inficit huic igni teda pudorq; genas.
Non intertextis oneroſa monilia baccis,
Non auri grauidos mole crepante ſinus.
Nec grauidam geſtat peregrino munere veſtem,
Perfuſum myrrha non redolente caput.
In propriis ſed pulcra bonis, ac ſimplice vultu,
Natura præfert ore nitente decus.
Labra roſas æquant nullis obnoxia gemmis,
Colla niuem, geminas lumina bina faces.
O felix virtute tua, virtute parentum,
Docta pudicitiam, docta laboris opus.
Oſtia clauduntur, iam lectus cepit amantes,
Et nunc quod cupiit, lætus vterq; capit.
Mutua quid teſtes amborum vota moramur?
Hæc illis, ERATO, nos ceciniſſe ſat eſt.
Cetera nox & Hymen genialis, amorq; monebit,
Tu Dea conſuetæ Phocidos arua redi.
At vos par bene compoſitum, bene viuite, ſegnes
Nec ſua prolifero dona negate toro.
Seruet amor iunctos, pariter qui nexuit ambos,
Qui finxit iuuenes, alliget ille ſenes,

II.

In nuptias Balthaſaris Schelhammeri I. V. D. & Annæ Gruneuualdæ.

IVſſa Schelhammero properato carmina verſu
Dum meditor, cœptis Muſa benigna faue.
Dicite Pierides, ſolitos mihi dicite cantus,
Vt moduler fauſto carmina digna toro.
Quo Philyre, cœtu pariter gaudente ſororum,
Alternos ducit feſta per arua choros.
Et ruta thalamos, & gramine lumima ſpargit,
Quale ſuo frondens margine Eliſter habet.
Dicite: nam teneris ſponſum fouiſtis in vlnis,
Cum puer Aoniis labra rigaret aquis.
O tale illius celebret connubia carmen,
O tales reſonent ad pia fulcra modi:
Quales, Alcidæ genitor cum traderet Heben,
Alcidæ thalamis vos ceciniſſe ferunt.
Nec ſolæ veniſtis ad hæc ſolennia Muſæ,
Adfuit Idalii Diua Gnidiq; potens,
Quam circum Iocus, atq; cohors genialis Amorum,
Puniceisq; ibat Chloris amœna roſis.
Vernantiq; duas texebat flore corollas,
Flore maritales implicitura comas.
Ipſa venus medica recludens pyxide ſuccos,
Quos dederant docta gramina preſſa manu:
Amborum placido permulſit amore medullas,
Quo perfuſa Iouis riſit odore domus.
Parte alia, poſitis odiis, animoq; nouercæ,
Ibat nubentum pronuba Iuno focis,
Non ſine muneribus: lecti nam debita fatis,
Geſtabat niuea gemmea vincla manu.
His vbi forte pares animis aſtrinxit amantes,
Et dixit, Socii vincula necto tori:
Non longæua dies illorum ſoluat amores,
Non fluxam alternans aura ſiniſtra fidem.

His

His tum muneribus ſeſe Dea læta ferebat,
Præuius antè faces percutiebat Hymen.
Materna cinctus flauentia tempora lauro,
Stillabat Syrio tincta liquore coma.
Aſpiceres longam talis illudere veſtem,
Arctabant niueum lutea vincla pedem.
Ipſa parens oculis lætos afflabat honores,
Et ſine labe genas, & ſine labe comas.
Nunc quoq; Iuno, veni conſortibus æqua duobus,
Nec tu pennigeri mater Amoris abes.
Eſte ambæ ſponſo faciles, facileſq; puellæ,
Siue Gabina tuæ, Cypria ſiue tuæ.
Ne dolor vnanimos hodierna luce maritos,
Neu morſu rodat poſtmodò cura graui.
Luce bona, valeatq; dolor, ceſſentq; labores,
Et dirum curæ ſollicitumq; genus.
Ipſe etiam ne quid ſacra connubialia turbet,
Ridenti Phœbus veſtiat ore diem.
Nubila diffugiant, antriſq; coerceat Auſtros
Aeolus, & clauſtris imperiiſq; premat.
Omnia ſint operata iocis, expertia luctus
Numina, auent hilari relligione coli.
In prece totus eram: cùm fulgens ignibus æther,
Aduentum prodit numinis ecce mihi.
Numen adeſt, noſco comites, riſerc tenellæ
Blanditiæ, & Veneris turba iocoſa Sales.
Pande fores, te ſponſe petunt, tibi gaudia portant:
Surge, & feſtiuos deuenerare choros.
Vota diem celebrent, prono iam ſidera vultu
Suſcipiuntq; tuas efficiuntq; preces.
Dicamus bona verba, nouis gratantia ſponſis
Carmina, dum modulans Calliopea, canit.
Clare Vir, haud multùm decorate propagine gentis,
Sed maior genti gloria laude tua.
Accipe veniloquo fundam quæ carmine fata,

Et mea conde tuo pectore dicta memor.
Quæ tibi non ſortes,non exta,nec omina pennæ,
Sed Phœbi tripodas,templaq; crede loqui.
At vos,fatorum pandentes abdita,verſus
Currite,iuncta ſimul verba ſequente lyra.
Quod votis optas,vidui poſt tedia lecti,
Ducitur in thalamos nupta nouella tuos.
Qualis Dulichios fertur ſubiſſe penates,
Penelope multis ſollicitata procis.
Qualis Theſſalico virgo deducta cubili,
Intulit aureolos Laodamia pedes.
Qualis & accubuit coniunx Capanea marito,
Digna minus miſero, non meliore toro.
Quæq; Pheretiaden animi ſpectata redemit,
Alterno inſtaurans funere,fata viri.
Si genus excutias, & ſtemmata longa reuoluas,
Non venit è media plebe puella tibi.
Illa tibi ſocerum dat Pæonis arte celebrem,
Mauricio quo vix carior alter erat:
Mauritio,tantùm quo Miſnidos ora ſuperbit,
Emathio quantùm principe Pella tumet.
Vt nemori decus eſt viridanti vertice quercus,
Arboribuſq; comæ, ſic ſocer ille, tibi.
Ex re frondentis dictus cognomine ſiluæ,
Perpetuo cuius germine fama viret.
Quid matris memorem laudes,probitate perenne
Quæ meruit,pulcro quæq; pudore,decus?
Anteſtat probitas auro,flammiſq; Pyropi,
Prælucet pulcro gratus in ore pudor.
Vt ſileam priſcos Libenauæ ſtirpis honores,
Vnde ſuam ducit nobilis illa domum.
Quid referam dotem,fortunæ rara benignæ
Munera,nec fatua reiicienda manu?
Gratior eſt virtus numeroſa prædita dote,
Ac formæ nummis conciliatur amor.

Cur-

Currite fatorum pandentes abdita verſus,
Currite, iuncta ſimul verba ſequente lyra.
Ceu malè, fortis equus lentis ſuccedit habenis,
Iamprimum expertos qui premit ore lupos:
Sic effrene pecus mulier, præfracta mariti
Vſq; reluctatur ſubdere colla iugo.
At non iſta tuam traxit contagio nuptam,
Nec peſſum vitiis publica culpa dedit.
Nil oculi feritatis habent, nil pectore fellis,
Incubat ambroſiis gratia blanda genis.
Nec metus eſt, ne quando tuis moroſa repugnet
Imperiis, dominum ſe gerat atq; domus.
Sæpe tuum quando bilis iecur vret, amicis
Obſequiis iram leniet ipſa tuam.
Demulcensq; animos, placidæ dulcedine vocis,
Quis te, quis mea lux, inquiet, ardor agit?
Sic referet, niueisq, ligans tua colla lacertis,
Libabit labris mellea labra ſuis.
Nec mora frigeſcens vaneſcet feruor in auras,
Victaq; blanditiis mollibus ira cadet.
Currite fatorum pandentes abdita verſus,
Currite, iuncta ſimul verba ſequente lyra.
Non ſemel illa tua faciet te prole parentem,
Nec ſemel ex nepti nomen habebis aui.
Naſcetur veſtra generoſus origine gnatus,
Conſimili referens nomine, fronte, patrem.
Sicut in apricis nitidum caput exerit hortis
Roſmaris, aut læto gratus odore crocus:
In luſum quem pulcra ſuum, ornatumq; puella
Educat, & riguis ſedula ſpargit aquis:
Vuidus ille ſuos paullatim pandit honores,
Ridet odoratis ſuauior aura comis:
Non ſecus aſſurgens primis Balthaſſar ab annis,
Multa feret matri gaudia, multa patri.
Mox vbi firmarit ſtabili veſtigia planta,

Doctrinæq; ſimul cœperit eſſe capax:
Illum per ſaltus Cynthi, per amœna vireta,
Caſtaliæ ducent in ſua templa Deæ.
Perfundentq; ſacris diuinæ Aganippidos vndis,
Vnde pater cupidam diluit antè ſitim.
Illæ Meduſæi replens ſe nectaris hauſtu,
Imbuet omnigena pectus ab arte ſuum.
Maiorumq; bibet virtutem ineunte iuuenta,
Haud generi ſoboles inficianda bono.
Non indignus aui titulis meritisq; paterni,
Qui Glaucham conſul bis duo luſtra regit.
Non genitore, ſacri præclaro antiſtite Iuris,
Curia patronum quem probat, atq; forum.
Dum legum nodos catus, atq; ænigmata ſoluit,
Ciuica pro trepidis & capit arma reis.
Gallia quem mirata fuit, ſed Gallia nondum
Perfida, Chriſticolæ nec laniena gregis.
Currite fatorum pandentes abdita verſus,
Currite iuncta ſimul verba ſequente lyra.
Nunc age, femineam prolem, quæ fila ſequantur,
Accipe, nec fati prodigus eſto tui.
Qualis arenoſas Cyprii prope litoris oras,
Myrtus honoratas explicat alta comas:
Quam Spio, quam Cymodoce, Panopeaq; virgo,
Florigenæ certant ſpargere roris aqua:
Talis quæ veſtro prodibit germine, matris
E gremio mittet nata tenella manum,
Maternum roſeo ſpirans ex ore decorem,
Vt cùm picta nouo flore renidet humus.
Illi certatim fundent ſua munera Diuæ,
Luna genas, flauam læta Diona comam,
Sideribusq; pares geminos Cythereis ocellos,
Quæq; fluant liquido melle, labella Charis.
His aurora manus, humeros Latonia virgo,
Addet marmoreos Nereis alba pedes.

At morum decus, & raras ſuper omnia dotes,
Adiiciet promta Pallas amica manu:
Frontis vt eximium virtutibus æquet honorem,
Nec facies, morum fulgeat ante iubar.
Siſtite fatorum pandentes abdita verſus,
Siſtite, cum verbis deſine chorda loqui.
Finierat Dea, cùm ſero proſpexit Olympo
Heſperus, & noctis præuius vrget iter,
Heſperus, in cœlo quo non formoſius vllum,
Accendit tenebras ſidus, agitq; diem.
Heſperus igne ſuo, qui tantùm ſidera vincit,
Quantùm Germanæ Delius axe rotas.
Dicere nunc iuuenes, nunc reſpondere puellas
Tempus, iò Hymen, ô Hymenæe Hymen.
Dicite iò Hymen, & Hymen iterate canendo,
In numerum gaudet ſæpe vocatus Hymen.

III.

Hieronymo Pantzmano. & Magdalenæ Brambachiæ.

SIc, vbi poſt varios ventiq; mariſq; labores,
Incolumi preſſit litora grata pede.
Otia lætus agit ſecuro nauita portu,
Et caſus geſtit commemorare ſuos:
Ceu patriæ tu nunc, Hieronyme, redditus oris,
Dulcia tranquilla gaudia mente foues.
Moribus & cultus, nec doctæ neſcius artis,
Morum dote places omnibus, arte places:
Teq; ſibi generum præ cunctis eligit vnum
BRAMBACHVS, Phœbi cura, decuſq; ſui.
Et, qui cum vita iucundos exigat annos,
Te ſibi conſortem virgo puella petit.
Macte nouis laudum titulis, animiq; probatis
Macte bonis, fortis munere macte nouo:
Quod cupis, ecce capis: longarum meta viarum
Hæc datur, in thalamo compare blanda quies.

Qua modò conceſſa, poſt tot diſcrimina rerum,
Atq; pericla ſolo multa, pericla ſalo,
Non te pœniteat poſt hac, duxiſſe ſub orbe
Externo vitæ tempora plura tuæ.
Et niue inacceſſas manibus reptaſſe per Alpes,
Adriaciq; minas exuperaſſe maris.
Nondum ter quinos ætas tua viderat annos,
Cùm patrii linquis dulcia iura ſoli.
Ex illo qui te iactarint tempore caſus,
Non facile eſt teneris enumerare modis.
Gallia te puerum docuit, ſed Gallia nondum
Perfidiæ & ſceleris crimine fœda mali,
Sed ſtudiis exculta bonis, ſed iuris & æqui
Hoſpita, nequitiæ neſcia, caſſa dolis.
Te grauis eloquio Duarenus cepit alumnum,
Cognitus extremas Solis ad vſq; plagas.
Et legum ſoluit nodos Cuiacius, ille
Maximus ingenii laude, neç arte minor.
Vt ſileam tibi quos tribuit vel Dola magiſtros,
Vel Taurinorum nobile gymnaſium.
Neu Goueane rudi, neu te Crauetta Camœna
Aggrediar, Graia nomina digna tuba.
Hinc te digreſſum Lombardorum ora recepit,
Formatrix ſtudii non inhonora tui.
Quid referam Tornelle tuum, quid Cepphale nomen,
Lumina iuridici clara, decuſq; chori?
Quos tibi doctores Ticini antiqua dederunt
Mœnia, Gallorum mœnia dira nece.
Iam bene iudicium firmarat plenior ætas,
Signabatq; tuas lana tenella genas:
Excipit hoſpitio cùm te Saturnia tellus,
O eadem Muſis hoſpita grata meis.
Nomina, longa mora eſt, doctorum dicere clara,
Quos vrbis Pataui culta Lycea ferunt.
Promtius expediam, quod apes paſcantur in hortis,
Sin-

Singula quàm numeris commemorabo meis.
Hic tibi Menochii pendere docentis ab ore
Contigit. & ſacrum diſcere iuris opus.
Doctrinaq; tuum Deciani paſcere pectus,
Et liquido legum fonte rigare ſitim.
Quo neq; malueris, gemmarum quicquid & auri
Aequor habet, rutilis aut vehit Hermus aquis.
Præterea morum doctrinarumq; magiſtram,
Felſinam, inexhauſtum diuitis vber agri.
Quæ te continua triëteride fouit alumnum,
Sectantem Papio ſub duce caſtra fori.
Quid loquar? Auſoniæ reliquas vt videris vrbes,
Et mores hominum, flumina, templa, vias?
Et cæcos nemorum ſaltus, & luſtra ferarum,
Et loca mortali vix adeunda pede?
Non vt mutares cœlum, ceu Strymona tranans,
Strymona grusq; fugit, Strymona grusq; redit:
Sed rerum vt pareres vſum, externisq; notares
Exemplis vitæ non imitanda tuæ.
Nomine quo, potius merito es celebrandus honore,
Et verſu dignus ſplendidiore cani:
Quàm ſi degenerem primo ſub flore iuuentæ,
In patria, matris te tenuiſſet amor,
Haud bene confinis gnarum telluris, & vrbis,
Indocilem rerum, moribus atq; rudem.
Quod genus hoc hominum, terræ natalis amore
Quod nimio, longas non amat ire vias?
Quos, primis in qua olim reptauêre ſub annis,
Illa domus pueros nouit & illa ſenes.
Queîs mundi limes, vicini terminis arui
Creditur, & Libycum ſtagna propinqua fretum.
Idem premit ager ſoles, idemq; recondit,
Signat & æſtatem meſſis, & vmbra diem.
Non hæc vita mihi contingat, gaudeat iſta,
Quem iuuat ignauum delituiſſe domi.

At mihi long'nquæ gentesq; vrbesq; petantur,
Et toto patria diuidar orbe mea.
Noteſcamq; peregrinis nouus aduena terris,
Me Padus agnoſcat, me vehat amne Liger.
Hoc iuuat, ante focos alius torpeſcat inertes,
Aut viridi recubet deſidioſus humo.
Scilicet eſt hominum non omnibus vna voluptas,
Scilicet eſt pulcrum velle cuique ſuum.
Velle cuiq; ſuum placeat, ſua quenq; voluptas
Alliciat, blandis inſidioſa modis:
At tu, laudatæ decora inter plurima ſtirpis,
Non minimum ducas hoc tibi, ſponſe, decus,
Quòd mores hominum multorum & videris vrbes,
Et lingua redeas cultus, & arte domum.
Salue maternæq; domus, gentisq; paternæ,
Virtutis titulis, fama ſecunda, tuæ.
Gloria Piſtoriæ, Pantzmanæ gloria gentis,
Lipſia quam meritis prædicat aucta piis.
Sit Deus ipſe tuo, quem diligis, æquus amori,
Et tibi coniugii proſperet auctor, opus.
Magdalena tuis non vllos ignibus ignes
Permutet, nec te carior vrat amor.
Illa ſuis oleæ prouentus partibus æquet,
Arboreis certes fetibus, ipſe parens.
Innumero menſam proles ſtet vt agmine circum,
Ludat auiq; nepos plurimus ante pedes.
Brambachum ſimili referens virtute, nec impar
Sporero proauo laudibus, ore patri.
Non lis vlla domum, non intrent iurgia lectum:
Pace domus conſtat, gaudia lectus amat.
Nec vos deficiant felicis commoda vitæ,
Veſter inextincto luceat igne focus,
Vbere gratus ager reddat cum fœnore fruges,
Horrea diſtendat meſſis, & vua lacus.
Mille greges, nemorum vobis in ſaltibus errent,

Mugi-

Mugitus diſcant æmula prata boum.
Nunquam deſtituat corpus mens ſana ſalubre,
Obſequiis homini grata,placensq; Deo.
Hæc vobis exopto ſuo ſed munere vincat,
Quæ cupido ferimus pectore vota Deus.
Ille Deus, Deus ille,à quo, ceu fonte perenni,
Manat inexhauſtis copia larga bonis.

ΓΛΥΚΥΠΙΚΡΟΝ

In Nuptias Ludouici Camerarii & Ottiliæ Vthmanæ.

SIC olim, ſi priſca decet componere noſtris,
Aptari magnis atq; minora licet.
Abramides raptæ ſuſpirans matris amores,
Et longos condens voce gemente dies:
Suppreſſit lacrumaſq; dolens. & gaudia cepit
Lætitia inſtaurans triſtia damna noua,
Cùm thalamum intrauit,Chriſto comitante,Rebeccæ,
Libauitq; labris mellea labra ſuis:
Ceu tu, luctifico perculſus funere matris,
Et mœrens vidui tempora dura patris,
OTILIÆ LVDOVICE tuæ meditaris amores
Sponſus,& amplexus blanditiasq; paras.
Dulcis amaricies amor eſt: tibi triſtia lætis
Alternans miſcet dulcis amarus amor.
Scilicet hic vitæ tenor eſt,quæ lubrica claudo
Stans pede, nunc alias fertq; refertq; vices.
Et modò blanditur, vultus modò ſumit atroces,
Nec ſeruat ſtabilem mox variata fidem.
Sic nunquam cœlo facies ſua conſtat in orbe,
Sic nunquam rerum forma ſubinde manet.
Non annis ſimiles producit Cynthius annos,
Seque dies aliam poſtera quæq; videt.
Non horam agnoſcit (tanta eſt diſcordia rerum)
Quæ modo decurrit, protinus hora ſequens.

Deſine perpetuum vitæ ſperare tenorem,
Quiſquis es,& ſortis nolle videre vices.
Vſq; adeo permixta bonis mala temperat, aui
Arbiter, & nutu verſat, agitq; ſuo.
Dum bibimus,dum ſerta,iocos,vnguenda,puellas
Poſcimus,incautis cura,dolorq; ſubit.
Præcipiti fugiunt curſu mortalibus anni,
Nec pietas rugis iniicit ipſa moram.
Sic matrem,LVDOVICE tibi mors abſtulit atra,
Inſignem meritis,conſpicuamq; fide.
Qua vix nupta fuit referentior vlla mariti,
Nec veri cultu clarior vlla DEI.
Sed moderans humana tuo Deus æquus amori,
Compenſat matris fúnera, matre noua.
Vt tibi maternum matercula præſtet amorem,
Quæ te plus oculis diligat ipſa ſuis.
Illa tibi luctus,& curas leniet arctas,
Illa tibi ærumnæ dulce leuamen erit.
Hæc te compoſitam faciet dediſcere matrem,
Depoſitiq; malum non meminiſſe patris:
Nec ſocrus decumbentis ſentire dolorem,
Quæ fati extremum ſuſtinet ægra diem.
Euentura loquor,tu ne euentura loquentis
Addubita verbis certus habere fidem.
Hæc tibi quæ canerem placido Deus edidit ore,
Cuius tu nihili ducere verba caue.
Ille ſuam ſoboli(res eſt haud vana) piorum,
Propitio dextram numine ſpondet opem.
Et natis natorum,& quod naſcetur ab illis,
Secula victurum ſecula mille genus.
Quæ te ſanctorum prolem LVDOVICE, parentum,
Conſortemq; tuam nunc quoq; certa manet.
Non vos vber agri, non copia deſeret auri,
Non res deſtituet parta labore domum.
Non lis vlla torum quatiet,non iurgia menſam,

Non

Non veſtros feriet proxima noxa lares.
Martia non vobis turbabunt claſſica ſomnos,
Nec clamor plateis hoſticus arma fremet.
Aemula certabit generoſis vitibus vxor,
Punicaq́; æquabis ſemine grana pater:
Qualia pubeſcunt pingui plantaria terra,
Quæ matrum abſcindens corpore cultor alit:
Talis ab amborum ſuccreſcet ſtirpe propago,
Quæ ludat veſtros ante nouella pedes,
Exhilarans patrum iucundo examine curas,
O etiam luctum demere poſſit auo!

V.

Hymenæus in nuptias Pauli Vetzeri, & Annæ Stromeriæ.

DIcebam, VETZERE, tibi contemtor amoris,
Arſurum tenero pectus amore tuum.
En ardès, flamma molles vrente medullas,
Iam tibi Dodona verior augur ero.
I nunc, atq; iter externas molire per oras,
Vt redeas animo cultus, & ore domum.
Quæ fugis, ah ignota petens procul arua, viroſq;?
Non pueri, non eſt præpetis vlla fuga,
Non, ſi Gallorum properes modò rurſus ad vrbes,
Hoſpitium ſtudiis quæ tribuère tuis:
Atq; iterum incipias pendere docentis ab ore
Donnelli, cuius labra Thalia rigat.
Non ſi Troiani ſubeas Antenoris vrbem:
Quo te cunq; loco ſiſte, ſequetur Amor.
Quid tibi nunc prodeſt leges didiciſſe ſacratas,
Et iuris ſtudiis implicuiſſe manum?
Neſcit amor leges, & iuris ſpernit habenas,
Non eſt vlla tuis gratia, Balde, libris.
At bene habet: te nanq; ſuis quæ cœpit ocellis,
Incidit in caſſes præda puella tuos.
Vulnus alit venis, vulnus quæ fecit amanti:

En

Et flagrat, flammas quæ tibi prima dedit.
O factum, V E T Z E R E, probe, dignumq; faceto
Carmine, gratantis lætitiaq; chori,
Omnis amor magnus, ſed compare maior in igne:
Hunc Deus, vt viuat, flamine proſper alit.
Cur non ergo tibi pariter gratemur amici,
Turba ſodalitii fœdere iuncta tibi?
Cur tua non lepido celebret connubia verſu,
In tedas E R A T O noſtra diſerta tuas?
Accinat & laudes alternæ voce Camœnæ,
In laudes C L I O non pigra, ſponſe, tuas?
Sic eat: alterno gaudent modulamine Muſæ,
Nec leuis alternis gratia rebus ineſt.
Dic, E R A T O verſus, dic carmen amabile, C L I O,
Quod noua cum ſponſo diſcere nupta velit.
ER. Nempe tibi primis naſcenti, P A V L L E, diebus,
Fauſta renidenti ſternuit ore Venus:
Cui datur in dextram claro ſata ſemine virgo,
Edita S R O M E R I A virgo pudica domo.
CL. At tibi, vitales productæ in luminis oras,
Arriſit vultu ſuauiter, ANNA, Lepor:
Gaudia cui iuuenis, materna ſtirpe celebris,
Et patris egregius ſtemmate, blanda parat.
ER. Inter Eliſtrinas facie pulcerrima Nymphas,
Et morum raris condecorata bonis,
Mille procis placuit fruſtra: tu mille procorum
Vnus habes lecto votaq; ſpemq; tuo.
CL. Et ſponſo non vna tuo dum pulcra videri
Virgo cupit, crines pexuit ægra ſuos.
Sed neq; ſic potuit ſatis illi pulcra videri,
Et fruſtra crines pexuit ægra ſuos.
ER. Qualiter irriguo pubeſcit amaracus horto,
Qualiter in pratis lilia picta virent:
Haud aliter læto vernantis flore iuuentæ
Enitet, & roſeum poſſidet, ANNA decus.

CL.

CL. Qualis ab Eois nitidum caput exerit vndis
Lucifer, & noctis nubila manè fugat:
Tali fronte micat iuuenis, comiq; ſerenat
Lumine, triſticiæ ſi quid in ore ſedet.
ER. Dulce rubet flammas imitans fulgore Pyropus:
Dulce rubet, quem dat purpura fauce liquor.
Flammeolos ſpectans oculos, eſt gratia, dices,
Nulla Pyrope tibi, purpura nulla tibi.
CL. Suaue manus addunt ebori decus, inſitus auro
Suaue viret, Scythico qui venit axe, lapis.
Gratior eſt pulcro ſplendens in corpore virtus,
Qui virtutis eget, nil iuuat oris honor.
ER. Non eſt A N N A rudis deducere ſtamina fuſo.
Nec digitis plenas exonerare colos.
Vel Babylonis acum Germanis Vincere textis,
Virginis Idmoniæ vel ſuperare manum.
CL. Qui legum auſcultat ſoluentem ænigmata Paullum,
Et dantem pleno verba diſerta foro:
Hunc diſciplinæ non falsò agnoſcet alumnum,
Seu D O N N E L L E tuæ, ſeu V V E S E B E C E tuæ:
ER. Montib. eſt ornus decori, nemoriq; cupreſſus,
Litoribus myrtus, fluminibuſq; ſalix:
Tu decus omne tuis, patriæ tu gloria terræ,
Tu comitum, ſponſi tu nitor, A N N A, tui.
CL. Arboribus vitis ſpeciem dat, vitibus vuæ,
Et ſegetes aruis, ilicibusq; nuces:
Tu proprio geminas, maiorum laudis honorem.
Et genus exornas nomine, P A V L L E, tuo.
ER. Munera quid memorem fortunæ rara benignæ,
In freta non fatuā proiicienda manu?
Gratior eſt virtus numeroſa prædita dote,
Ac formæ nummis conciliatur honor.
CL. Parta cui iuſto ſordent patrimonia cenſu,
Quiſquis es, emunctæ munere naris eges.
Diuitiæ genus, & titulos, & iugera donant:

Scili-

Digitized by Google

Scilicet hoc cornu Copia diues habet.
ER. Dum canimus, ſero proſpexit veſper Olympō
Accendens tenebras luce, fugansq; diem.
CL. Veſper adeſt, ſecum terrisq; crepuſcula portat,
Nox ruit & Veneris cominus hora venit.
ER. Noctifer, ô quis te cœlo crudelior ignis,
Lumine colluſtrat noctis opaca ſuo?
Tu matris natam complexu auellis ab arcto,
Quas bene concordi pace ligarat amor.
Cumq; viro ferus armato committis inermem:
Quid grauius capto miles in hoſte paret?
Dicite iô Hymen, & Hymen iterate frequentes,
In numerum gaudet ſæpe citatus Hymen.
CL. Noctifer, ô quis te cœlo iucundior ignis,
Lumine colluſtrat noctis opaca ſuo?
Tu iuuenis firmas, cupidæ tu vota puellæ,
Prætulit in thalamum cùm tua flamma faces.
Iungis & amplexu pariles, & gaudia præbes:
Quid tali potius munere poſcat amans?
Dicimus ô Himenæe Hymen, ades ô Hymenæe,
Ad tedas properat ritè citatus Hymen.
ER. Heſperus à vobis, innuptæ, ſubtrahit vnam,
Quam retinens gremio ſponſus abire vetat.
Vosq; reuiſuræ circundat brachia collo,
Iniiciens auidas iu ſua iura manus.
Ne ſæui, iuuenis, tecum poſt exiget æuum:
Nunc illi comitum fas ſit adire chorus.
Quod det iis, petit haud longi ſibi temporis vſum,
Noctes atq; dies inde datura tibi.
Sed nil proficimus, ſera claudit inhoſpita poſtes,
Dicite, iô Hymen ô Hymenæe veni.
CL. Heſperus in lecto geminos coniungit amantes,
En, quod vterq; cupit, lætus vterq; capit.
Et iuuat innuptas tamen hunc inceſſere dictis,
Eius & irata carpere voce iubar?

Sed

Sed facile eſt ipſis verba & componere queſtus,
Et iuſſo madidas imbre lauare genas.
Ah quoties triſti prætexunt gaudia vultu,
Et, quod amant penitis mentibus, ore negant.
Quid tum, ſi quod auent animis, ſermone refutant?
Dicimus, ô Hymen ô Hymenæe veni.
ER. Qualis purpureo ſpecies eſt flore comanti
Narciſſo, quem Sol prolicit, aura fouet:
In luſus curaq; ſuos ſolerte puella
Educat, & riguis ſedula ſpargit aquis:
Talis virgineæ decor eſt, & gratia frontis,
Talis virgineo lucet ab ore nitor.
Donec ſincerum tenet intemerata pudorem,
Nec vitiis formæ polluit atra decus.
Quæ ſapis, intactam cuſtodi virgo, corollam,
Dicite, ô Hymen ô Hymenæe veni.
CL. At niſi deciderint maturo tempore flores,
Non arbor fructus, non feret herba ſuos.
Nullus honor viti, tumeat niſi feta racemis,
Nec ſteriles quiſquam vomere ſulcat agros.
Sic conſorte carens virgo, atq; inculta ſeneſcens,
Eſt riſus pueris, deſpiciturq; ſuis.
At quæ, iuncta toro, prolem dat culta marito,
Eſt iucunda viro, diligiturq; ſuis.
Quæ ſapis, haud differ tua gaudia, labitur ætas,
Dicimus, ô Hymen ô Hymenæe veni.
ER. Flammea num videor mihi cernere? flãmea certè?
Fallor, an ad thalami munia venit Hymen?
Venit Hymen, cœtuſq; ſuos inuiſit, & omen
Dat ſponſis- pellens ter pede lætus humum:
Dulcis Hymen, genialis Hymen, qui iungit amantes,
Et Veneris luſus blanditiaſq; docet.
Deſine feſtiuos mecum lyra, deſine cantus,
Qui thalamos intrat, cetera pandet Hymen. (fani:
CL. Quod iubar hoc? Hymenæus adeſt: procul eſte pro-

Digitized by Google

Ecce faces præeunt cominus,ecce faces.
Ipſe ſuas ſpargitq; roſas,funditq; liquores:
Amborum vnde bonus pectora mulcet Hymen:
Suauis Hymen,ſocialis Hymen, cui Zonula curæ,
Quam nuptæ prima nocte reſoluit amans.
Iam pariter cum voce loqui mea tibia ceſſa:
Quod ſupereſt, ambos ritè monebit amor.
At vos,optato quos iungit lumine veſper,
Viuite concordi pectora bina toro.
Viuite, nec ſegnes validam exercete iuuentam,
Quod ſibi poſcit Hymen munere, monſtrat amor.
Quod lubet, implentes numeroſa prole penates,
Quæ matrem referat moribus,ore patrem.
Non aruum ſine fruge iuuat, ſine frontibus arbos,
Et ſine Sole dies, & ſine prole torus.
Qui probitate parem tulerit matriq; patriq;,
Haud partus vobis diſſimulandus erit.
Materno nec turpis auo, indignusúe paterno,
Quorum virtutis nunc quoq; fama viget.
Quos nec tempus edax rerum, nec cana vetuſtas,
Nec lento poterit morſu abolere ſitus.
Sic generis ſeries longa retrò laude celebris,
Perpetuum veſtro ſemine germen aget.
Huc addat, ſi quæ vitæ ſibi poſtulat vſus,
Accumulans vobis commoda cuncta DEVS.
Ite,ſatis luſum eſt,æquales,ite puellæ:
Scilicet officiis conuenit eſſe modum.
Arbiter haud opus eſt ſponſis, cur gaudia teſtes
Differimus? lecto femina virq; cubant.
Dumq; ambo ſpirant ſomnos, inſpirat amorem
Alter in alterius iugiter ore ſinus.
Carpite iucundam, PAVLLE, & tua vita, quietem,
Dum redeunte fuget Lucifer aſtra die.

LV.

V I.

Ludouico D. Modeſtini F. Piſtoris & Martinæ Lindemanæ.

VEſper adeſt. ſua decliui iam veſper Olympo
Lumina formoſo cum ſidere tollit ab vndis.
O decus Albiadum nymphæ, conſurgite nymphæ,
Et vos ô iuuenes contrà conſurgite contrà:
Læta dedit ſponſæ venientis tibia ſignum,
Increpuitq́ ſonum gratanti buccina cantu,
Iamq́; faces præeunt, & adeſt en cominus ipſa
Dicite, iô Hymen, & Hymen geminate canendo.
Dulcis Hymen, genialis Hymen, ades ó Hymenæe.
Huc ades & ruris non ſperne fragrantis honorem.
Rura tuas primùm tedas feſtiua tulerunt,
Rura tuos, Hymenæe, iocos, & gaudia primùm
Senſerunt, experta iocos, & gaudia primùm.
Rure Cupido faces ſibi ſumſit, rure ſagittas,
Seq́; inter pecudes indocto exercuit arcu:
Tunc pecudes, tunc & telis armenta laceſſens,
Qui face nunc iuuenes, nunc vſtulat igne puellas.
Dicite, ô Hymen, & Hymen iterate canendo.
Blande Hymen, iucunde Hymen, ades, ô Hymenæe.
Huc aditum fer Diue, nec eſt quod rura recuſes.
Rura etiam Fauni coluerunt, rura Napææ,
Rura Pheretiadæ paſtor formoſus Apollo,
Et genus Heroum, nati melioribus annis:
Huc ades, ipſa ſuas Tritonia diligat arces,
Rura tibi. & virides placeant in collibus agri.
Dicite iô Hymen, & Hymen geminate frequentes.
Suauis Hymen ſocialis Hymen, ades, ô Hymenæe.
En omnis tibi dona parat ſilueſtria pubes,
Verbenas apiumq́ legens, & germen acanthi,
Atq; ederæ frondes & Eryngion vtile nuptis,
Et bulbos, & Acidalios tua munera flores.
En tibi culta domus, tibi ſtrata cubilia rident,

 En ti-

En tibi delitias parat obuia turba puellæ,
Pellenteſq́. ſolum pede,teq́;,Hymenæe,citantes.
Dicite,iô Hymen,& Hymen iterate frequentes.
Pulcer Hymen,Hymenæe Hymen,ades,ô Hymenæe.
Te procerum delecta manus longa ordine pompa
Expectat,procerũ AVGVSTI manus inclyta bello,
Conſiliisq́; potens,& magnis debita fatis:
Principis Auguſti procerum:quo ſoſpite,nunquam
Imperii victas res,accisasq́; fatebor.
Quid ceſſas,Hymenæe?vocat te ſponſus,& imis
Opperiens te ſuſpirat noua nupta medullis.
Dicite,iô Hymen,& Hymen geminate viciſſim.
Mitis Hymen,Hymenæe Hymen,ades,ô Hymenæe.
Vt meſſem ſator expectat,frugemq́. colonus,
Vt vernum tellus Solem,egelidosq́; tepores,
Ceu prata irriguum ſitiunt arentia fontem,
Cùm Cane toſtus ager morientibus æſtuat herbis:
Sic cupidos ſitit,amplexus,roremq́; labelli
Virginis optatæ iuuenis,iuuenisq́; puella.
Dicite,iô Hymen,& Hymen iterate viciſſim.
Mollis Hymen,Hymenæe Hymen ades,ô Hymenæe.
Turture gaudet amans turtur pariliq́; columbus
Chaoniæ gaudet deuinctus amore columbæ:
MARTHA ſuo fruitur LVdouico,nec Iouis illi
Præponat thalamos,MARthæ LVdouicus amore
Geſtit ouans,Helena nec eam mutetúe Diona:
Mutua ſic vrunt æquales pectora flammæ.
Dicite iô Hymen,& Hymen Hymenæe canentes.
Sponſor Hymẽ,Hymenæe Hymẽ ades,ô Hymenæe.
O bene compoſitum par,quo vix aretius vllum
Conuenit,generisq́; ſatu vix clarius vllum:
Ingenua iuuenis facie vultuq́; ſereno
Dans clarum mentis ſpecimen, manifeſtaq́; gentis
Prodens ſigna ſuæ,virtutis ſigna paternæ:
At virgo ſuffuſa genas vtrasq; rubore,

Fronte

Fronte nitens roſea, comites natalibus vna
Aut ſuperans omnes, aut morum dotibus æquans.
Dicite, iô Hymen & Hymen Hymenæe ſonantes.
Pronube Hymẽ, Hymenæe Hymẽ, ades, ô Hymenæe.
O digno iungenda viro, lectiſſima virgo:
Quis Piſtoriadum gentis, quis nomina neſcit,
Nomina Lipſiacas inter fulgentia ſtirpes?
Inclyta doctrinæ titulis, & faſcibus ampla,
Et meritis præclara ſuis, & iuris, & artis.
Artis Pæoniæ titulis, & honoribus aucta.
Quis te, NICOLEOS, digna celebrare Camœnæ
Laude Machaonia clarum, titulisq; ſuperbum
Conſulis, aut merito poſſit ſuper æthera cantu
Tollere, teq; SIMO, Medicum, te nomine eodem
Inſignem, legum cuſtodem, & iuris amiſſim?
Quem ſchola Ticini docuit. quem Lipſia ſummis
Ornauit titulis, quem Saxonis aula recepit.
Munere functum amplo, tuo ter quinquennia vitæ.
Quis te maiorum nulli virtute ſecundum
Exęquabit auis, meritum exęquante Thalia,
Magne Modeſtine, eloquio, ingenioq; celebris?
Iuridicæ tu ſumma ſcholæ laus, tu decus aulæ
Eximium, tu natalis ſpes ardua terræ.
Quid loquar HArtmanum, fortem exercere togatæ
Munera militiæ, fortem ſine ſanguinis hauſtu,
Mitia pacato ſub iudice bella mouere?
Si non vana meam fallunt præſagia mentem,
Tu ſuper & titulos & auitæ laudis honores
Aſcendes, patrioſq; tuo geminabis honores.
O digno iungenda viro, lectiſſima virgo: (FAchſo.
Quid FACHSO genitore ſatam, quid conſule
Conſpicuam memorem matrem, prudentia ſexu
Cui maior fuit; & ſexu conſtantia maior.
Quæ gentis decus ipſa ſuis virtutibus auxit,
Tam decus ipſa ſuis, quam laude ornata ſuorum.

Digitized by Google

Nam FAchſi cui non euectum ad ſidera nomen,
Egregium FACHSI nomen peruenit ad aures,
Atq; miniſteriis heroum didita fama,
Saxoniæq; ducum,atq; tuis,ô Carole Quinte,
Seruitiis ſpectata fides,& cognita virtus?
Cuius Neſtorei manabat mellis ab ore
Gratia,& eloquii nectar,Suadæq; medulla.
Nunc animo metire tuum,lectiſſima virgo,
Nunc metire virum, tãtis natalibus amplum,
Per generisq; ſui virtutes ire paratum,
Si vitæ iuſtos Lacheſis conceſſerit annos.
Gaudia,virgo,foue tantis ſucceſſibus æqua:
Lætitiæ genitrix Venus eſt,& gaudia poſcit.
Huc ades,ô Hymenæe Hymen,ades,ô Hymenæe.
Tu quoq; coniugio tantæ dignate puellæ,
O iuuenum flos,ſponſe,tuæ ſpes altera gentis,
Gaudia mente foue tantis ſucceſſibus æqua,
En tibi nupta datur,cui quas componere poſſis
Inuenias paucas,ſublimi ſtirpis honore,
Ingeniiq; bonis,& raræ munere formæ.
Quam Charites finxêre manu, quam Myſides inter
Myſides Albinæ,nitidos aluêre lapillos.
Quam non dura Venus,quã cura benigna Mineruæ
Muneribus decorare ſuis certamine gaudent.
Cui pater eſt Ducis AVguſti prælatus in aula,
Egregius pater,& tanto quoq; principe dignus,
Cui ſe ferre parem,cui ſe memorare priorem,
Qua patet imperii limes non audeat vllus.
Vera loquor,non ſit fraudi mihi dicere vera.
Heu mihi,quod tenui non exæquare Camœna,
Andini in promtu eſt diuina poëmata vatis,
Mæoniam Latio qui prouocat ore Thaliam.
Te canerem,nomenq; tuum,Dux maxime,noſtro
Per terras ferrem,noſtroq; per æquora verſu.
Sed nec opus tibi laude mea,qui maior es omni

Car-

Carmine, qui factis æquaſti nomen Olympo:
Et mihi merſa labat tanto ſub pondere ceruix.
Viue diu, magnis Dux olim debite regnis.
Ad te nunc redeo, tantis dignate hymenæis,
O iuuenum flos, ſponſe, tuæ ſpes altera gentis:
Quæ capis, hæc iuſto bona tecum examine penſa.
Ecce parat tecum molles coniungere ſomnos.
Dreſdenſes inter virgo celebrata puellas,
Quæ tibi dat ſocerum titulis & honoribus auctum,
Magnificis ſocerum titulis, & honoribus auctum,
Præſide Leucorei quo gaudent pulpita ludi,
Pulpita iuridicæ gaudent ſacrata palæſtræ.
Cui ſi forte libet iaculari fulmina lingua,
Non animos vulgi regat illo fortius alter,
Non alius ſedare queat felicius iram
Principis, eloquio vel demulcere ſenatum.
Mira ſubeſt verbis grauitas, facundia mira
Adducta cum fronte ſubeſt, rurſusq; remiſſa
Iucundus cum fronte lepos, & gratia præſto eſt.
Hunc fora mirantur, veneratur curia, laudat
Huius & aula fidem, multos experta per annos,
Ter denos experta fidem probat aula per annos.
Sed neq; cuncta licet properanti dicere verſu,
Nec LINDEMANÆ gentis detexere laudes,
Nunc omnes, generis ſeriemq; reuoluere longi,
Aut tua Phœbea celebrati, CASPAR, ab arte,
Saxoniæ ducibus quinos nota quater annos:
Aut tua, IANE, meis inſignia tradere Muſis,
Quæ legum tibi, ſacratiq; peritia iuris
Contulit & dubiis prudentia cognita rebus.
Illa canant alii poſt hæc, & laudibus ornent
Te quoq; matronale decus, lectiſſima mater.
O felix virtute tua, virtute parentum,
Coniugioq; tui multis prælata mariti:
Nunc etiam natæ thalamis generiq; beata.

Digitized by Google

Hæc alii memorent, medium iam vergit ad axem
Nox curſu, ſuadentq; cadentia ſidera ſomnos.
Ire lubet, quoniam ire iubet complexibus arctis
Qui nuptam retinet ſponſus, nectitq; lacertis.
Ite, quid amborum differtis gaudia teſtes?
Ite domum iuuenes, venit Hymen, ite puellæ.
Huc ades, ô Hymenæe Hymen, ades, ô Hymenæe.
At quam luce noua faciem, quam mane puellis
Oſtendes faciem, virgo, nec tunc quoq; virgo,
Mane nouo lecto iuueni digreſſa mariti?
Qualis enim intacti nitor eſt & gratia floris,
Quem mulcent Zephyri, Sol educat, irrigat æther:
Talis virgineæ decor eſt, & gloria frontis,
Dum caſtum tenet intemerato corpore florem.
Sed bene habet, nec te moueat iactura pudoris,
Quam tibi multiplici penſabit fœnore proles,
Digna tuo proles patre, non indigna marito.
Nam fructum flos iſte dabit, qui carpitur vngue,
Qui ſponſi noua nupta tui defloruit vngue,
Nec ſoli es tibi nata, tui ſibi vendicat ortus
Et partem pater & partem quæ in luminis oras
Te genitrix enixa dedit: qui iura marito,
Qui ſua iura tui genero cum dote dederunt.
Vtere ſorte tua, neu triſti gaudia mente
Perde tori, luſus neu defuge dura feraces.
Quærit himen luſus, & amat ſua gaudia lectus.
Hymen, ó Hymenæe Hymen, ades, ô Hymenæe.
Salue, MARTHA, tuo felix nunc coniuge, ſalue;
Et ſalue, LVDOVICE, tua modò virgine felix,
Nunc nupta poſt & felix hac matre futurus:
Fortunati ambo: veſtrum Concordia lectum
Ambiat, & thalami cuſtodes limina ſeruent,
Pax & Amor, menſamq; Fides & Gratia paſcant.
Oſcula iungat Amor Fidei, Concordia Pacem

Impli-

Implicet ac firmo liget omnes Gratia nexu.
Hymen, ô Hymenæe Hymen, ades, ô Hymenæe.

LIBER III.

Nuptiis M. Andreæ Agricolæ & Gertrudis Reichardæ.

INſignes hedera cui fers, Erycina, corollas?
Mentior, an ſponſis munera grata paras?
Sic eſt: Andreæ Gertrudis ducitur vxor,
Docto digna viro digna puella pio.
Macte tuis eſto tedis, Hymenæe, bonoq́;
Amborum faueas pronuba Iuno toro:
Vt ſtricto iungunt hederæ ſua brachia nexu,
Sic ambos arcto fœdere nectat amor.

Abrahamo Fabro & Kunegundi Enzemanæ.

VOtis omnibusq́; proſequamur
Abrahamum ſtudioſa turba amici,
Doctrina celebrem fide probatum:
Votis omnibusq́; proſequamur
Kunegundem, comitum chorus, puellæ,
Forma conſpicuam pudore gratam.
Lingua virq́; faue, faueq́; nupta,
Dum ſacras iuuenis fatigat aras:
Lingua virq́; faue, faueq́; nupta,
Dum connubia ſanciunt vterq́;.
At tu ſumme parens iugalis autor
Firmatorq́ tori perenne ſerua
Quod nunc te coit approbante fœdus:
Et tu, CHRISTE, preces, imago patris,
Noſtras eſſe iube ratas, amantum
Quas vna thalamis damus duorum.
Nec tu filii abes, patriſq́; compar

Ardor Spiritus alme, mutuoſq;
Amborum affla animis amoris ignes.
Euentura precamur, O beatos
Quos iungit ſimul vnitas perennis,
Trini numinis vnitas perennis,
Quos vnum facit eſſe de duobus,
O mirabile de duobus vnum.

Abrahamo Caſio & Hagneti Meieræ ſponſis.

ABrâmus thalamos ineunt Hagnesq; iugales,
Nate, faue tedis & Pater alme, piis.
Tuq; pares animis ſacer affla Spiritus ignes,
In quos nil Boreas, nil fera poſſit hyems.
Sit pater & magni menſuram nominis implens,
Augeat Abrâmus prole ſubinde domum.
Æquet & ipſa ſuum nomen virtutibus Hagnes,
Caſta domum ſeruet, caſta cubile viri.

Nuptiis Abrahami Fuſii & Annæ Hauſmanæ.

ADeſte ô Charites, Cupidineſque,
Et quantum eſt Veneris pediſſequarum:
ANNA deliciæ mei Abrahami,
Imis quam miſer ardet in medullis,
Tantùm quam miſer ardet in medullis,
Quantùm virgo viro poteſt amari:
Nunc illi auſpicio bono reuulſa.
Complexu genitricis arctiori,
In manus datur ipſa qualis olim
Abrâmum Sara venit ad maritum.
O factum bene ô torum auſpicatum,
Sic nardo quoque cinnamum fragranti,
Et vites ſociæ implicantur vlmo.
Huc huc, ô Heliconii relinquens
Collis grata ſororibus vireta,

Amoris

Amoris bone coniugator, Hymen,
Fer molles aditus, ſubique caſti
Candido pede lectulum cubilis.
Amborum domus vt queat, nepotum
Tot parens quoque ſtirpe nuncupari,
Nuncupatus auus quot Abrahamus
Olim prole fuit bona nepotum.
Non decet ſine liberis deinceps,
Inclytum genus eſſe Fuſiorum,
Hauſmanumque magis magiſque nomen
Par eſt creſcere honoribus nepotum.

Philippo Seidlero & Magdalenæ Suſſenæ ſponſis.

EXoritur lux feſta, cui Concordia nomen
  Fecit nunc thalamis omen ineſſe iubet.
Qua nouus ingreditur cum virgine templa maritus,
  Seidlerus vita, moribus, arte grauis.
Sit lux fauſta precor, cui dat Concordia nomen;
  Omine quem ſignat, ſit ſine lite torus.

Nuptiis Simonis Stenii, & Elizabetæ Marcheuiæ.

CVr iuncto Charites choro, nouemq;
Cur Phœbo duce prodeunt Camœnæ,
Hymen ô Hymenæe, ter canentes?
Agnoſco citharam ſacris amicam,
Et ſolennia verba nuptiarum.
Sic ſic ſcilicet eſt, vt ipſe rebar,
Ducebamq; animo meo futurum:
SIMONI lepido meo ſodali,
SIMONI comiti nouem ſororum,
Culto moribus, eruditione,
Et Graii eloquii ſale, & Latini,
Virgo lacteolo ſerena vultu

Digitized by Google

Virgo candidula ſerena mente
Vxor ducitur atq; mancipatur.
Eia macte tuis age eſto tedis.
Hymen ô Hymenæe, tuq; ceſtum
Prome, ô Dyrrachii Paphiq; cuſtos,
Ancoñiſq;, Gnidiq; arundinoſæ,
Propagans hominum genus Dione:
Huc fer candidulum pedem inq; ſponſi
Amplexum cupidam implica puellam.
Sic vtroſq; reuinciens amore,
Ceu ſerpens hedera hac & hac retortas
Frondes, ceu ſocias oberrat vlmos
Nexu vitis amica flexuoſo.
Sint ignes animi pares vtriſq;,
Sint luſus pariles facetiæq;,
Et blanda oſcula, morſiunculæq;,
Et ſuſpiria mutua, & ſuſurri.
Vnum præferat omnibus lapillis,
Amplexu Stenium fouens Eliſa.
Vna Simo calens Eliſa in vna
Noctes deliciis dieſq; fallat.
Nec fructu careat torus cupido,
Sed ſit grata ſuo marita ſponſo,
Cùm rurſum area frugibus teretur,
Auctumnuſq; madens redibit vuis.
Tunc Simoniculus ſinu parentis
Mittens brachiolum teres micante
Dulce rideat ad patrem labello,
Qui non degeneri indolis vigore
Per laudes eat huius illiuſq;.
Euentura precor, preces Diona
Motu verticis aurei ſecundat,
O factum bene, ô torum auſpicatum.

Eraſmi

Eraſmo Heidmano & Irgburgæ Frotzenæ.

SIt felix Ingburga tibi, bene vortat Eraſme,
  Quod coit ambobus ius ſociale tori.
Non vobis ſana in ſano mens corpore deſit,
  Non ſit egens prolis copula, menſa meri.
Non lis vlla domum, non intrent iurgia lectum:
  Pace domus conſtat, gaudia lectus amat.

In nuptiis Sigiſmundi Kolbeuteri & Catharina Vtomanæ.

ERATO.

CVi lauri fero floridam corollam
Hortis Aonidum modò educatæ?
SIGISMVNDE tibi, mereris illis
Nam tu muneribus remunerari,
Iam tum cùm viridi colens in æuo
Meas obſequio ac fide ſorores,
Sacris fontibus ora proluiſti:
Dein noſtri magis æſtuans amore,
Artis & cupidus ſcientiæq́;,
Quam Cous profitetur & Galenus,
Intráſti comes Auſonum penates.
Seu nobis per amiculam vagari
Felſinam Æmyliæ liberet vrbem,
Ocellum Æmyliæ venuſtiorem:
Seu Piſas Veneriq́; Gratiiſq́;
Senas Ferrariamq́; dedicatas,
Atq; orbis dominam caputq́; Romam.
In caſus ſimul ire promtus omnes,
Quos ferret modò cœlitum voluntas.
Quare habe hanc tibi floridam corollam
Lauri, delicias Apollinares.
Non hæc frigore ramulos comantes,
Non æſtu variat ſiticuloſo:
Non cœli ſonitus pauet tonantis,

Nec

Digitized by Google

Nec ſeui fremitus Apeliotæ.
Huius auſpicio, tuus pudicam
Ardor in Catharinulam perennet,
Seu fumans pluuias minetur Auſter,
Soles ſeu redeant ſereniores.
Non veſtræ domui vlla liberisq́;.
Clades immineat, ſit auſpicatus
Laureæ omnibus torus, focusq́;.
Hæc cum fratre tibi, ſororibusq́;,
Votis ipſa vicariis precamur:
Votis pondus ineſt, vide vt ſecunda.
Laurus ſternuit approbatione.
O fauſtam Venerem, ô torum auſpicatum.

Petro Loß & Kunegundæ Salmuthæ.

HAud es Petre, lapis, cùm ſis expertus amorem,
Quem neſcit, nomen quæ tibi petra dedit.
Si tamen in ſilicum venis ſunt abdita flammæ
Semina, amore ecquis ſaxa calere neget?
Igneus eſt amor, & penitus ſuccenditur imis
Oſſibus, haud ficto quiſquis amore flagrat.
Quo nunc ſponſe, ardes: hoc eſt, quod non ego factis
Te reor aduerſum nomen habere tuis.
Sit Deus ipſe, tuo quem ſuſcitat, æquus amori;
Non illum Boreæ frigida flabra necent.

Lucæ Bergero & Iudithæ Ketvvigiæ.

VOtis pondus ineſt piis, rogantum
Votis pronus adeſt Deus: quid ergo
Vota differimus precesq́; amici,
Iudithæ thalamis, toroq́; Lucæ?
Lucæ, qui nitet inter eruditos,
Qualis Luciferi inter aſtra fulgor:
Nuptæ, quæ pariles it ante tantùm,
Quantùm noctis it ante veſper ignes.

O par compoſitum bene, integella
Docto nupta viro iugata, alumno
Muſarum comes vna Gratiarum,
Ketuigûm incluta ſtirpe Conſulari.
Vobis eueniant tot auſpicata,
Conferente Deo, quot vnda piſces,
Aues ſilua gerit, feraſque tellus.
Mens ſit ſana, valens vtrique corpus:
Sit concors torus, exulentque veſtra
Lis & rixa domo, genuſque durum
Luctus, cura, labor fame, egeſtas,
Atque Orco genitus parente languor:
Vobis innumeram cubile prolem
Præſtet, cella merum, culina victum,
Fruges gratus ager, gregemque ſaltus.
Hæc vno ſimul ore comprecamur,
Et Iuditha tibi, tibique Luca:
His ſed plura Deus ferat petitis,
Quo dante omnia ſuppetunt benignè.

Georgio Samenhamero, & Catharina Richtera.

NOmina ſi quod habent omen, te docte GEORGI,
Conueniens rebus nomen habere puto,
Aruorum referens cultorem voce Pelaſga:
Quod ſubigas, aruum contigit ecce tibi.
Quale nec oſtentat fecundis Mœſia campis,
Nec Peluſiaci fertilis ora ſoli.
Quod dicam quæris? conſors Catharina cubilis,
Quæ tibi nupta, Deo conciliante, datur.
Sit precor illa ferax, ſed tu quoque nominis imple
Menſuram, officii munere ritè tui:
Seu mauis cognomen: eris ſic prole beatus,
Qua non vberius Gargara ſemen habent.

Ode

[redacted]

Digitized by Google

Ode nuptialis eicoſipemptadum trium diſſimilium, ſcripta Samſoni Groſio & Sibyllæ Vlrichæ.

EICOSIPEMTAS PRIMA.

NOn ſemper gelida riget pruina
Tellus, aut pluuio madeſcit imbre:
Nec vexant mare perpetim procellæ,
Et ponu..t Boreæ minas. & almum
Pulſa nube diem iubar ſerenat.
Non arcum Lycius perenne tendit,
Non armis furit vſq; & vſq; Mauors:
Sed quondam, cithara tacentis ille
Muſæ ſollicitat fides: & haſta
Hic quondam poſita, ſubit Diones
Furtim limina, dans manus Amori.
Ergo cur galea caput reuinctum
Nuper, nectere defugis corona,
Et mutare toga rigentis ære
Loricæq; onus atque pectoralis,
SAMSON, militiæ decus probatæ?
Eſt pacis Deus, aliger Cupido,
Pacis fœdus amat iugalis Hymen,
Pax connubia ſancit atque firmat,
Gaudet pace ſimul torus focuſque.
Verbis pondus ineſt, nihil moratus,
Ponit triſtia eques ſeuerus arma,
Exutoq; ſago togam capeſſit,
Atque affabilis expetit videri:
Eia quiſquis ades faueto linguis.

EICOSIPEMPTAS SECVNDA.

AGe cuncta gratulantum
Nunc ciuitas inundans
Plauſu, volet per vrbem
Vicíſq; compitiſque.

Tiliiſq;

Tiliiſq; flexuoſus
Admurmuret canoris
Eliſter, & ſuſurro
Pliſſinna lenè plaudens,
Loquenſq; Parda lymphis.
Vicina florum amictu
Roſeta veſtiantur,
Nouis inumbret arbor
Comis: ad aſtra clangor
Tubæque tympanique
Fundatur, obſtrepatque
Clamoribus ſonoris,
Iô ſponſe ouantium iô.
Vos templa cantilenis
Vocalibus fauete,
Cantuque tibiarum:
At ſacra dum ſacerdos
Facit, omnis ore ſacris
Operatus, atque corde,
Iungat preces mariti
Votis, preces puellæ.

EICOSIPEMPTAS TERTIA.

O Felicem terque beatam,
Quæ primos tibi iungit amores,
Socio, SAMSON, nupta cubili:
O felicem terque beatum,
Sociare cui ſe prima viro,
Non detrectat pulcra SIBYLLA:
Magnorum edita ſtirpe parentum
Virgo ſatu non humili iuueni:
Iuueni, GROTIO patre, creato,
Iuueni HAVSMANNA matre celebrâ.
O compoſitum bene par. tali
Quam coniugio ſurgere prolem

Mox

Mox aſpiciam, numine dextro,
Similem patri, ſimilem matri?
Quia natales ſequitur virtus:
Comes illa, patrum promouet in equis
Vim, robuſtis inque iuuencis.
Non pauidum leo leporem gignit
Animoſus, nec ceruam tigris.
O quot veniunt omina veſtro,
Omina amica prece facta toro:
O quot veniunt gaudia vobis,
Gaudia noctu, medioque die.
Sed veſper adeſt: Hymen iô Hymen,
Hymen ô Hymenæe, ô Hymenæe Hymen.

Petro Weſenbecio & Catharinæ Melleræ.

QVid gemina vis Petre tibi doctiſſime flamma?
Haud contra Alcides mouerit arma duos.
Si neſcis, eſt ignis amor, quo ſaucius ardes;
Eſt ignis, quæ te febris anhela coquit.
Sed bene habet: nam luce velut maiore retuſa,
Quæ minor eſt aciem perdere ſtella ſolet:
Sic morbi ardorem potior vis fregit amoris,
O vis arguto carmine digna cani!
Ardeat ille tuis amor, ardeat vſque medullis,
Mutuus & nuptam torreat igne calor.
Hoc te, Petre, iuuet: nec lex eſt iuſtior vlla,
Quam flammæ artificem, participare parem.

Melchiori Lango & Hagneti Tommendorfæ.

ET Langum faciles amant Camœnæ,
Et Lango faciles ouent Camœnæ,
Hymen ô Hymenæe, ter canentes.
Tu, quæ molliculo, Thalia, verſu
Ludis delicias iocoſque amantum,
Et ſuſpiria blandulaſque voces,

Alter-

Alternantibus & duella rixis,
Et nunc oſcula rapta, nunc relata,
Nunc rurſuſque petita nunc negata:
Omen coniugii precare fauſtum,
Et viroque bono, & bonæ puellæ.
 Sit felix ſimul & vir & puella,
Præſtans arte vir & puella forma:
Sint fauſti ſimul ambo, ſint beati,
Aſtrææ decus inclytum, ſacrarum
Et legum proba MELCHIOR amuſſis,
Incorruptus & æquitatis auctor:
HAGNES virginei nitor pudoris,
Annis integra, moribus venuſta,
Et claro generis ſtatu decora.
 Naſcatur referens puer parentem,
Naſcatur referens puella matrem:
Muſarum puer impiger ſacerdos,
Cultrix Cecropiæ puella Diuæ.
 Hæc & plura tuo ominare alumno,
Quem Phœbi chorus oſculatur omnis:
Hæc, Thalia, tuæ ominare alumnæ,
Quam præfert Venus omnibus puellis.
Votis pondus ineſt, vide vt ſecunda
Lucina annuit approbatione.
Gaudete, ô bene copulati amantes.

Mauricio Steinmetz, & Catharinæ Rallæ.

MAuricius thalamos init & Catharina iugales,
 Chriſte faue tedis, & pater alme, piis.
Tuque faces affla, ſpirabile numen, amoris,
 In quas nil Boreas, nil fera poſſit hyems.
Quod fuit Iſacidæ nupta vtraque nata Labanis,
 Hoc in Mauricium ſit Catharina ſuum.

Digitized by Google

Nuptiis Iacobi Griphii, & Mariæ Volcomeriæ.

CVi myrti florem, cui fers Venus aurea ceſton?
Munera cui, Charitum turba, beata paras?
Hæc Griphii thalamis, hæc ſponſæ dona feremus.
Quos ſacer irrupto fœdere iungit Hymen.
Annue nunc placido Saturnia pronuba vultu:
Annuit, & vultu proſpera ſigna dedit.

Stephano Roth & Chriſtinæ Petrææ.

CVm Stephano thalamum ſociat Chriſtina iugalem
Docto digna viro, digna parente pio.
Chriſte, faue tedis, nec reſpue vota Petræi,
Quæ nunc pro genero filiolaque facit.
Da ſoboles lectum fecundet, gratia menſam,
Oſcula da fidei mutua iungat amor.

De vtilitate artis Grammaticæ.

In tabulas Grammaticas V. Clariſsimi Georgii Fabricii.

QVis fuit, inſignem PVERIS qui protulit artem?
Quàm bonus, & verè commodus ille fuit!
Primus enim ſterilis doctrinæ ſemina iecit,
Primus & ad Muſas ille recluſit iter.
Tunc caput ingenuas nobis efferre per artes,
Tunc Clario licuit fonte leuare ſitim.
At non ille tulit ſummam me iudice laudem,
Quamuis ſit memori dignus ab orbe coli.
Nam rude ſemen erat, nec terris omnibus aptum,
Quod tantùm in pingui luxuriabat agro.
Is, niſi dente foret crebro renouatus aratri,
Nil niſi cum ſpinis gramen habebat iners.
Adde, quòd hirſuti complêrant vndique ſentes,
In Labyrinthæas compita ſecta vias.

Rara per apricos ducebat ſemita colles:
  Semita, ſed poſitu vix adeunda loci.
Quàm potius celebris meruit præconia famæ,
  Qui legit vario ſemina ſparſa ſolo.
Ac lolium poſtquam, paleaſque remouit inanes,
  Fecit vt humanis vſibus apta forent.
Illius hæc laus eſt, qui Palladis inclutus arte,
  Perplexum multis antè, relegit iter:
Obſeruata regens certis diuortia filis,
  Quæ dederat dubiis illa ſequenda viis.
Quid plures relegam? ſatis eſt pro pluribus vnus
  FABRICIVS, ſcripti dexter in omne genus.
Qui pariter doctæ ſectatus fila Mineruæ,
  Aonidum facilem ſtruxit ad antra viam.
Grammaticæ paruo comprendens dogmata libro,
  Quæ prius in veterum ſparſa fuêre libris.
Quæ non craſſiloqui potuêre volumina Gotthi,
  Scrinia nec Galli tradere vaſta ſenis:
Explicat illa tribus feliciter omnia chartis,
  Ambiguum breuibus perſpicuiſuê magis.
Ac, ne quid ſtudiis poſthac iuuenilibus obſtet,
  In tabulis eadem conſpicienda dedit.
Quarum ſi poſſet manus æmula reddere formam,
  Non magis his Coi pulcra tabella foret.
Huc ergo celeri iuuenes pede carpite greſſus,
  Hîc datur ad Muſas currere lata via.
Caſtaliæ ſcatet hic de gurgite riuulus vndæ:
  Qui bibit hinc, ſociis plus ſapit ille ſuis.
Qui bibit inde ſapit: iuuenes huc tendite, pulcra
  Quos ſitis optatæ cognitionis habet
Veſtraque Gorgonea perfundite tempora lympha,
  Pegaſeum ſpirent pectora veſtra merum.
Quiſquis at hinc [illegible] multa repleuerit arte,
  Inſcribat [illegible] IOANNES.

ELE.

ELEGIA II.

De dignitate ac fructu Poetices.

QVid mihi vobiſcum eſt, infelix cura, Camœnæ,
Et vatum ſterilis, carmen inane, labor?
Ite procul, veſtris ſi nil prodeſtis alumnis:
Ite, nihil ſi nos gloria veſtra iuuat.
Quærite vos propter, tetricæ quem iurgia linguæ,
Et latrante iuuet crimina ventre pati.
Non ego nunc illis poſſum durare ferendis,
Immodicus frangit pectora dura dolor.
Nam prius inuicti caſus memorabis Vlyſſei,
Sit licet & pelago, multaq; paſſus humo,
Et referes, miſerum quot probra ſuperba procorum,
Paupertas Irum ferre coëgit inops:
Liuida mordacis quàm dicas vulnera linguæ,
Vulnera Pierio nunc patienda choro.
Quiduis eſſe velis, quàm vatis nomen habentem,
Pegaſidum caſtis inuigilare focis.
Vſque adeò his audit ſeclis malè carminis autor,
Vſque adeò Muſas tempora noſtra premunt.
Cura fuêre olim regumq; ducumq; poëtæ,
Nec ſtetit ingenio gloria parta leuis.
At nunc & ſtolidum deridet carmina vulgus,
Nec fautrix doctis vatibus aula patet.
Illa prius ſcurras admiſerit, illa Gnathones,
Quàm qui Theſpiadum ſacra colenda ferunt.
Qua facti meruit culpa diuina poëſis,
Principibus fieret vilis vt ipſa ſuis?
An quia nunc artes paſſim ſors vrget iniqua,
Non licet huic fato proſperiore frui?
An quia contemtus cauſſamq; facemq; miniſtrant,
Quos iuuat in Clario nomen habere choro?
Dum præcepta bonæ prorſus contraria legi,
Moribus & caſtis quæ nocuêre, docent:

Quos tanquam vitæ peſtes, ac pondera terræ,
  Arcendos ſancta cenſuit vrbe Plato.
An, quod & indocti doctiq; poëmata ſcribunt,
  Quærendiq; omnes nominis ardor agit?
Quis tamen heu furor eſt. perſonæ crimen in artem
  Fundere? non meritam cur mala pœna trahit?
Si modò vera libet conſtanti mente fateri,
  Si qua modò veris eſt adhibenda fides?
Vt nihil vtilius ſacra ſolet eſſe poëſi,
  Sic nihil hac ipſa dignius eſſe reor.
Vt taceam quòd nil iucundius extet eadem,
  Omnigenas inter cognitionis opes.
Si neſcis, priſci reminiſcere temporis annos,
  In precio quando floruit illa ſuo.
Non modò tunc procerum pollebat amore poëta,
  Ac culti merces digna laboris erat:
Ipſi ſed reges inter moderamina rerum,
  Iungebant paribus verba diſerta modis.
Et quid pauca nocet priſcorum exempla referre,
  Si fortè hinc Muſis concilietur honos.
Victor Amyntiades inter tot tela, tot enſes,
  Iliadem crebrò legit, Homere, tuam.
Cumq; daret placidæ defeſſus membra quieti,
  Hanc capiti optabat ſuppoſuiſſe ſuo.
Ergo vbi theſauros inter direpta Darii,
  Traditur huic docta ciſtula facta manu,
Conſiliis animo perpenſis ante ſuorum,
  Iliadem ſeruet, mox ait ipſe, meam.
Tanto Pïeridas rex dignabatur honore,
  Quas odio noſtro tempore vulgus habet.
Cuius Scipiadæ factum non venit ad aures,
  Auſoniæ vt vatum fouerit ille patrem?
Quem Calabris humiles ducentem montibus ortus,
  Exortem tumuli noluit eſſe ſui.
Donec Muſarum ſuperabit fama ſub orbe,

His tua cum, Fului, gloria ſemper erit:
Ætolo referens qui victor ab hoſte triumphum,
Aonidam templis Martia dona paras.
Quid dicam, vati cunas quòd ſi qua dediſſet,
Ante alias felix vrbs ea viſa fuit?
Maxima ſic multis certamina mouit Homerus,
Dum quæuis dici patria vatis amat.
Vrbis & externis tribuit ius Roma poëtis,
Roma potens armis, ingeniiſque ferax.
Quid memorem quanto ſtudii complexus amore
Auguſtus vatum lumina bina fuit?
Vix ita Phocæo iuueni dilectus Oreſtes,
Vix ita Cecropio Pirithouſque duci.
Quantum ille & Flaccum fouit, pariterq; Maronem,
Amborum peragens ſeria multa fide.
Quis te venturo Mecænas eximet æuo,
Aonidum cœtus nobile præſidium?
Fama Midam ſileat, maior tibi gloria venit,
Gloria Virgilii parta patrocinio.
Nec verò priſcos mirum eſt coluiſſe Thaliam,
Nil mirum vatis grande fuiſſe decus.
Cùm reges ipſos conceſſa per ocia rerum,
Iuuerit his ſtudiis impoſuiſſe manum.
Carmina ſic ſcripſit Siculus non pauca tyrannus,
Vt ſtimulis ſenſum poneret inuidiæ.
Sic cum Virgilio videas Flaccoque ſedentem
Auguſtum, doctis claudere verba modis.
Sic non dum, carie conſumens cuncta vetuſtas,
Corroſit numeros, Carole Magne, tuos.
Deficiet prius ipſe dies, (nam vera fatebor)
Ac Sol Heſperias axe ſubibit aquas:
Narrando cunctos ego quàm complector honores,
Quos olim Phœbo turba ſacrata tulit
Hoc ſaltem referam, quod (me niſi numina fallunt)
Innumeri teſtis forſitan inſtar erit.

Cui non vlla parem tranſacti temporis ætas
  Vidit, nec ſimilem ſecla futura ferent:
Non dedignatur cæleſti ſtirpe poëtas,
  Hos ſuperûm natos auſus habere, Plato:
Sed quid ego recolens hæc fruſtrà, ſidera cælo,
  Fluminibus ripas, frondibus addo comas?
Ergo vias repetam, longis ambagibus acta,
  Ne cymba in mediis noſtra fatiſcat aquis.
Fallor? an vtilitas cœpti pars altera noſtri,
  Ore vocans ad ſe flectere mandat iter?
Illa vocat certè, fas eſt parêre vocanti,
  Area iam noſtris illa teretur equis.
Nunc autem mihi mille ſonos, nunc oraq; mille,
  Mæonideq; tuùm pectus ineſſe velim:
Vt memori cunctos poſſim perſcribere verſu,
  Quos fructus cælo nata poëſis habet.
Summa ſed ipſe ſequar tantùm faſtigia rerum,
  Qualis qui ſummam fluminis haurit aquam.
Diuinos ſi fortè cupis cognoſcere cultus,
  Quoq; coli mentis numen honore velit:
Si cupis & vitæ & morum præcepta tenere,
  Candida Pïëridum carmina doctus ames.
Nam ne fortè, ratis veluti ſpoliata magiſtro,
  Relligio Lethes merſa iaceret aquis:
Melpomene populis conceſſit amica poëtam,
  Lethæis merſam qui reuocaret aquis.
Carmine cælicolæ placantur, carmina ni ſint,
  Cum pueris virgo diſceret vnde preces?
Poſcit opem vatis chorus, aut vt laudibus almum
  Exhibita celebret pro bonitate Deum:
Supplicium aut vitiis meritum, pœnaſq; parantem
  Præueniat, iuncta cum pietate, prece.
Vindictæ totas iuſtæ ne laxet habenas,
  Effundens iræ fulmina cuncta ſuæ.
Immittatq; feros noſtris aut finibus hoſtes,

[redacted]

Aut graue morborum letiferumq; genus,
Concitet aut largos reſolutis nubibus imbres,
Aut etiam rapidis ignibus vrat agros:
Sed potius miti frangens bonitate furorem,
Oſtendat vultus ſigna paterna ſui.
Tranquillæ nobis concedens tempora pacis,
Ac noſtra pellens noxia quæq; domo.
Quid verò in vita rectè praueque geratur,
Virtutis,vitio quatenus abſit,amor:
Non ita te Samius,non ſic doctrina Thaletis
Inſtruet,aut tanta cum grauitate Plato:
Muſa tuis veluti ſpectandum ponit ocellis,
Exemplis monſtrans fanda nefanda ſuis.
Quid virtus,& quid prudens ſolertia poſſit,
Edocet Æolii prouida cura ducis.
Quid pietas,quid ſit reuerentia ſancta parentum,
Æneas facto comprobat ipſe ſuo.
Qui poſtquam raptos medio tulit hoſte penates,
Mox humeris effert dulce parentis onus.
At quid amicitiæ valeat venerabile fœdus,
Euryali cædes Hyrtacidæque notat.
Feruida quid mentis noceat fiducia,fata
Ductoris Rutuli nos miſeranda docent.
Ne ſis cum ſuperis magni contemtor Olympi,
Titanum pœnis cautior eſſe potes.
Denique Cinyphias prius enumerauero fruges,
Quotque ferat, dicam, fertilis Hybla fauos:
Quàm quot virtutum præcepta, poëtica tradat,
Singula verſiculis commemorabo meis:
Aut referam,vtilibus quæ miſcet dulcia qualis
Qui ſua contingit vina liquore faui.
Nanq;, nec arguto ſic Methymnæus Arion
Dulciſonæ tenuit bruta canore lyræ,
Nec cithara fidicen Dircæus ſaxa coëgit
Ad Thebana ſuos mœnia ferre gradus:

Carmi-

Carmina mellifluo mulcent vt pectora cantu,
Et,quocunq; volunt, impete rapta cient.
Sed,ne fortè ſuam dediſcat tangere metam,
Feſſus in hoc curſum tramite ſiſtat equus.
Nam mihi quid ſurdas hæc decantantur ad aures,
Quid feror in laudes, Calliopea tuas?
Si ſolæ curantur opes,ſi quilibet amplos
Poſthabito cenſus nunc Helicone parat.
Exulet interea cunctas Ars ſpreta per vrbes,
Ac mendicatum quærat egena cibum.
Forſitan huic dederit finem Deus ipſe labori,
Quærat vt hanc verſa poſtmodò ſorte cibus.

ELEGIA III.

De dignitate ac præſtantia hiſtoriæ in σύνταγμα Hiſtoricum Reineri Reineccii.

FLorida Phæacum laudet pomaria regis,
Heſperidumq; hortos fama loquatur anus.
Sed neq; Peluſii tempe ditiſſima terra,
Quam ſubigens reflua Nilus inundat aqua:
Nec thus ſudanti pinguis Panchaia ligno,
Nec generoſa rotans anne metalla Tagus,
Laudibus hiſtoriæ certent: non indiga gemmis
Prodiga,non raro vellere Sera tumens.
Si neſcis, hæc eſt orbis commune theatrum,
Exemplis monſtrans faſq; nefasq; ſuis.
Quæ tibi nec Samius,nec ſancti charta Solonis,
Cumq; Stagirita maximus ille Plato,
Informans oculis,tam clara in luce videnda
Proponet, medio candidiora die.
Temporis hæc teſtis, naſcentia ſecula mundi,
Regnorumq; vices,fataq; mira refert.
Et quo relligio ſit nata propaginis ortu,
Et qua condiderit lumina nocte latens.
Hæc veri lux,incerto mortalia caſu,

Et fluitare vaga ſemina mole negat.
Omnia ſed mentis cura diſtincta ſagacis,
Demonſtrat metas ritè tenere ſuas.
Ordinis vſque adeo cuſtos Deus, ordinis auctor,
Digerit in numerum ſingula lege rata.
Præſcriptoſq; iubet fines ſeruare profundum,
Libratumq; pari pondere ſtare ſolum.
Et iubar alternis Phœbi concedere nocti,
Et mutare ſtato tempora iure vices,
Quid memorem vindex abolentis vt omnia læti
Non ſinat in cineres nomen abire rogi:
Inclyta victuris intexens facta libellis,
Et vitam reddens poſt ſua fata viris?
Hiſtoriæ meritis viuit poſt funera virtus,
Et tituli famam, qui bene geſſit, habet.
Sic memori rex Perſarum celebratur ab æuo,
Sic Macedûm fertur laude Monarcha potens.
Parua loquor: vitæ non hæc incauta Magiſtra,
Quod iuuet alterius nos docet ipſa malo.
Inſtruit exemplis orientia tempora priſcis,
Nec, puerorum inſtar, nos ſinit eſſe rudes.
Gnaraq; præteriti, caſus præſaga futuri,
Conſiliis arcet triſtia damna ſuis.
Auertit clades, & dira pericula pellit,
Siue parata domi, ſeu metuenda foris.
Suppliciiq; metu culpam, facinusq; recidit,
Pectoris & motus imperioſa premit.
Fortunæq; iubet memores, quæ tollit in altum
Obſcuros, celebres attenuatq; viros.
Iras atq; minas ſpirantem ponere vultum,
Et iactare animis verba minora ſuis.
Adde, vetuſtatis quod nuncia, prodit in auras
Nocte ſepulta mala quæ latuêre diu.
Omnia Cecropiæ promens ſecreta ſenectæ,
Quicquid & abſtruſum Roma vetuſta tenet.

Et mores hominum ductos meliore metallo,
Et veterum ritus, iuraq; ſancta docens.
Quæ ſi diuitiis Arabum quis cognita mutet,
Iudice me, Glauco non magis ille ſapit,
Aurea qui mutans æratis arma, recepit
Centenos pendens, ter tribus emta boues.
Quæ laus ergo tuo tribuetur digna labore,
Quæ, REINERE, tuis gratia digna libris?
Qui prima antiquos deducis origine reges,
Atq; nitere facis ſtemmata fœda ſitu.
Squalida quæ genitrix annorum infecerat ætas,
Dentibus arrodens triuerat atque dies,
In quibus & texens ſublimis aranea telam,
Ipſa ſuum textrix inuida nerat opus.
Aſſyrios tu pandis auos, modò redditus orbi,
Ingenio viuit Medus Arabſque tuo.
Inq; tuis relegit faſtis primordia ſtirpis
Perſa ſuæ, Parthus diſcit & ipſe genus.
Singula quid memorem? tu regna illuſtria condis
Scriptor, & Æacidas ducis in arma ſtylo.
Iam minus inuideo Romæ, minus, inquit, Athenis,
Noſtra voluminibus gens celebrata tuis.
Perge precor. REINERE, tui victura feretur
Fama operis, ſtellas dum vehet axe polus.

ELEGIA IV.

De dignitate ac præſtantia artis Geometricæ.

In Rhedam Geometricam Valentini Thaux.

INuidioſa alius ſumat Demoſthenis arma,
In tua ſiue pedem, Bartole, caſtra ferat:
Quem labor aut inſana iuuant vadimonia vulgi,
Manè cui ſomnos oſtia pulſa fugant.

Me

Me ſecura quies grata delectet in vmbra,
Dum mea non penitus vita teratur iners.
Ipſe ſequar viridi Muſarum caſtra ſub æuo,
Ignauusq; fori, quæ licet arma geram.
Nec me deſtituant ſegnes in pectore vires,
Nec frangant duræ tædia longa viæ.
Et, quodcunq; mihi ſupereſt, dum gaudia victor
Plena feram, ſuperet ſpes melioris onus.
Tu modò ne ſacris nemorum ſeceſſibus arce,
Indignata meos, Calliopea, pedes.
Neu mihi dura nega modicum de fonte liquorem,
ALBIVS vnde ſuam diluit ante ſitim.
Ipſa mihi cæliq; vias & ſidera monſtra,
A cæloq; ortas ſideribusq; vices.
Inprimis certis quæ digerit omnia punctis,
Arte Magiſterii ſit mihi nota tui,
Non vllo celebrata ſatis HEOMETRIA verſu,
Digna vel Andinis nomen habere modis.
O qui primus in hac mortales imbuit olim,
Quàm bonus, & verè commodus ille fuit!
Credibile eſt illum retinentem ſemina cæli,
Nil mortale animo deſipuiſſe ſuo.
Non illum ambitio popularibus abſtulit auris,
Nec viciis labes polluit vlla ſuis.
Non illum faſces, nec ſellæ ſigna curulis,
Aut Parthus celeri ſollicitauit equo:
Non procerum curæ, non ampla negocia regum,
Non fora, non arcus, roſtra, theatra, viæ.
Ipſe ſuos inter radios, ſecurus amorum,
Spreuit opes, tenui ſpreuit & ore famem.
Dimenſumq; dedit ſpacioſum gentibus orbem,
Et geſtanda manu ſidera, rura, fretum.
Artibus haud aliis meritas ego demſero laudes:
Non ita ſum famæ prodigus ipſe meæ.
Gloria cuiq; ſua eſt: ſed eam ſectentur, ad aſtra

Qui cupiunt facili tramite ferre pedem.
Hanc nobis natura parent, hanc ſubdidit alam,
Quæ nos ex humili præpes ad alta leuet.
Huius remigio ſuperas enauit ad oras,
Inſuetumq; homini Dædalus egit iter.
Remigioq; carens alarum hoc,lapſus ab alto
Icarus,æquoreis nomina fecit aquis.
Scilicet illa vagis & nos erroribus actos,
Poſt longam patriæ reddit amica fugam.
Inq; domos ſuperas ſedeſq; reponit auitas,
Colloquioq; DEI dat propiore frui.
Illic & cæli tractus, campoſq; liquentes,
Stellarumq; globos ad rata puncta locat.
In terrasq; Iouem ſummo deducit Olympo,
Fulminis haud illam præpediente metu.
Illic & gyros, per quos moderatur habenas
Phœbus,& obliquæ ſigna relicta rotæ
Diſponit,metaſq; notat ſeu tendit ad Auſtrum,
Seu propior terris flectit ad Arcton iter.
Illic & certo diſtinguit limite flexus,
Quos intra veniens Luna, cadensq; meat.
Seu fratris rediens amplexu colligit ignes,
Seu permenſa polum lumina nocte refert.
Illinc & penitus magnum mirata profundum.
Subiectaſq; oras ætheris atq; ſoli,
Suppoſitam ex alto gaudet cognoſcere molem,
Metiriq; animo diſſita ſumma ſuo
Hinc poſtquam ſpatiis exegit quatuor orbem,
Singula ſub certa corpora lege notat.
Tellurisq; vagos includit limite campos,
Diſcernens aruis arua, plagiſq; plagas.
Et quà Mænalii flammis vicina Bootæ,
Altior in collis tollitur illa iugum:
Et quà prona magis, populis incognita noſtris
Aſtra videt, populis cognita, Nile,tuis.

Et

Et quà ſe primis attollit Cynthius vndis,
  Et quâ defeſſis frena remittit equis.
Non illam aſſiduis remoratur Gallia bellis,
  Non latrociniis Bætica feta ſuis.
Non obſeſſa fero tellus Rhodopæa colono,
  Vltima non Ponti litora, cana niue.
Obiectæue Alpes, aut nubifer Apenninus,
  Aut rapido Ganges flumine rura ſecans.
Non illam montes, non inuia ſaxa morantur,
  Non freta: rumpit iter per iuga, ſaxa, fretum.
Quid referam humanæ præſtet quæ commoda vitæ?
  Multa quidem numeris ſed minus apta meis.
Dum varios profers vitæ ciuilis ad vſus
  Organa, mechanica fabricata manu.
Queis ſine nulla queant tractare negocia ciues,
  Siue domi poſcant munia, ſiue foris.
Neu moror exemplis, quæ ſi detexere verſu
  Cuncta velim, ſeries longa futura foret.
Sit ſatis è multis prolatum millibus vnum,
  Quod prò teſte mihi nunc memorare libet.
Quem Siculi fugiunt opera admiranda magiſtri,
  Quod mare non fama tranſiit ille ſua?
Nam cœli leges, & iura arcana Deorum,
  Ingenio celſa tranſtulit arce Iouis.
Scilicet in paruo complectens æthera vitro,
  Qui vix amplexu ſe capit ipſe ſuo.
Vt duodena rotis tranſuectus ſidera Titan,
  Immenſum obliquo permeet axe polum.
Ac comitata ſuo fratrem vaga Delia curru,
  Nunc lateat toto nunc facis orbe micet.
Vtq; tenens mundi medium totius & imum,
  Nixa oneris tellus ſtet grauitate ſui.
Quid tormenta loquar patriæ fabricata tuendæ,
  Cùm, Marcelle, tuo milite cincta fuit?
Non ita Romulidas vali[illegible] cuſtodia [illegible]

Arcis

Arcuit aut obex arduus antè iugi:
Non maris vndiſoni ſubter labentibus vndis,
Acceſſum prohibens NEREVS ipſe viris.
Non emiſſa ſuper telorum turba repreſſit,
Aut infeſta retro claſſe manuq; Tyrus:
Quantùm nempe ſuis tormentis reppulit hoſtem,
Perfringens actis obuia quæq; pilis.
Illius ingenio victoria tota Quiritum
Hæſit,& ancipiti Marte morata ſtetit.
Sed prius Heſperias deſcendet Phœbus in vndas,
Rurſus & Eoo proferet orbe iubar:
Quàm referam quantum ſpacioſi tempore belli,
Arte Syracuſis profuit atq; manu.
Ad propiora feror: nec enim præconia laudis
Credibile eſt priſcis cuncta dediſſe DEVM.
Haud vni pariter confert DEVS omnia ſeclo,
Vni largitur nec bona cuncta viro.
Spirantes poterat Lyſippus ducere vultus,
Extinctis Cous reddere membra manu.
Ligna Tarentinus produxit in aëra pennis:
Sic ſua cuiq; fuit gloria, parta ſibi.
Non operis tamen exacti,argutiq; laboris,
Præripuit noſtris iſte vel ille decus.
Stant etiam meritæ nobis inſignia laudis,
Vnus Phidiacum nec ſuperauit ebur.
Neu variis memorem præſtantes artibus, ætas
Quos noſtra antiquis æquiparanda dedit:
Sit mihi de multis fas tantùm promere paucos,
Famá Mathematicæ quos ſuper aſtra vehit.
Ingenium ſummo laudemq; æquauit Olympo,
Incluta quo gaudet Francia ciue,ſenex.
IOHANNES Molitor, cui nomen Regius altum
Mons dedit, at nomen clarius arte tulit.
Vix illi quondam, nati melioribus annis
Viderunt (liceat dicere vera) parem.

Hoc

Hoc vno meruit tantum Germania laudis,
Quantum cum Memphi Græcia tota tulit.
At,quæ STOEFLERVM tellus,quæ neſciet ætas,
Æmula Phœbeis dum ſoror ibit equis?
Tunc ſidus noſtri vaneſcet HOMILIVS æui,
Cum refuga ad lucem flexerit vmbra viam.
Vt viuos taceam,quorum me nomina candor,
Ingenuusq; iubet diſſimulare pudor.
Qui nos iura poli,faciemq; micantis Olympi,
Tempora cum cauſſis & docuêre ſuis.
Quorum facta viget vita hæc inſtructior arte,
Nunc vt ea liceat commodiore frui.
Nec te,THAVA,mea tamen hîc recitabo Thalia,
THAVA.Geometrici gloria rara chori:
Immemoriue tuum verſu tranſibo laborem,
Cui ſimilem Graiæ non peperêre manus.
Triptolemi volucrem proclamat Achaia currum,
Quo nulli tactam primus obiuit humum.
Iactat Achilleas tumefacta Pelaſgia bigas,
Ante quibus Zephyros ibat, & ante Notos.
At,tua laude vehi nunc Rheda eſt dignior iſta,
Quò plus ingenii, quo magis artis habet.
Illa vectus enim Dux inclutus enſe,fideq;,
Saxonicæ,AVGVSTVS,firma columa domus,
Et ſpatia & poterit certa interualla locorum,
Per quæ fecit iter,cuncta referre memor,
Siue nemus circum; tortum rapiatur in orbem,
Seu circum curuas axe vehatur aquas,
Imperii ſeu fortè ſui percenſeat vrbes,
Perlabens rapidis arua beata rotis.
Illic & ſi quot confecit millia curſu,
Qualia Saxonici regula iuris habet,
Campanæ prodente ſono tinnitibus æris,
Singula cum quartis dinumerare licet.
Adde,quod ambages in ea, flexusq; viarum,

Hercu-

Herculei indicio ſcire poteſt lapidis,
Atq; emenſa pedum (tecto velamine curru,
Hoc moderante rotas) voluere ligna retro.
Non ſecus atq; dolos tecti. anfractusq́., relegit,
Ægides fili ponè ſecutus iter.
Sed nec opus, Rhedæ cunctos memorabilis vſus
Dicere, nec verſus lege vetante licet.
At, quibus ingrediar tua nunc præconia verbis
AVGVSTE imperii gloria, cura, ſalus?
Qui merito ſacram complexus amore Matheſin,
Auxiliis orbam non ſinis eſſe tuis,
Illiuſq; foues cultores, atq; tueris,
Quos liuor rabido carpere dente ſolet.
Quin etiam ſi quando ſinunt te pondera rerum,
Quas fulcis, humeros mole grauante tuos:
More aliis ſolito, vacua non ſegnis in aula
Ignauum luxu perdis inerte diem:
Sed vigili tractans aut noſtra Mathemata cura,
Subiicis ingenio ſidera celſa tuo:
Aut altum ingenuas animum demittis in artes,
Impendens ſtudiis tempora cara bonis.
Macte noua virtute heros, ſic itur ad aſtra,
Hoc recto ad ſuperos tramite ducit iter.
His olim meritis Atlas conſcendit Olympum,
Cuius nunc prono vertice fulcit onus:
His olim proles Hyræa nitentibus aſtris
Addita, & in cœli parte locata fuit,
His etiam Alcides radianti ſede receptus,
Conſpicuum liquida repperit arce locum.
Te quoq; pro meritis, quibus orbem Maximus imples,
Dum recipis Muſas, cœlica tecta manent.
Quiq; tibi primo Libycus leo fulſit in ortu,
Diis acceſſuro colligit ecce iubas.
Sed terris precor interſis, Dux optime, longùm
Ad ſuperûmq; domos non niſi ſerus eas.

De dignitate Medicinæ, cum IV. viri declararentur DD. Medicinæ.

QVis calor impellit ſubito præcordia motu?
Cur longum deſueta pati mea viſcera Phœbum,
Spiritus intus agit, ſenſusq; infuſa per imos
Vis animum verſat, lymphæ Permeſſidos hauſtu?
Fallimur: an totis Phœbi delubra mouentur
Sedibus, & fremitum cortina remittit ab antris,
Aduentum teſtata DEI: iam lumine lucem
Diffundi, & tremulis video crebeſcere flammis.
Nunc Pæan, nunc ſe Tegeæ mihi monſtrat alumnus,
Et comes his Euan, ternoq; ter agmine iunctæ
Mnemoſyna Diuûmq; ſata genitore puellæ,
Auctumnusq; pater: genialia munera ſpargens,
Narciſſi flores & olentis germina thymbræ,
Ambroſiæq; comas & odoriferæ Panaceæ,
Quos ſe pone infert, oculis Hygiëa ſerenis,
Et vigor, & Charitum turba comitante, Venuſtas.
Noſco Deos cauſſamq; viæ: Vos concinit ille,
Vos petit ille chorus, lauro Parnaſſide circum
Veſtra reuincturus conſuetis tempora ſertis,
Veſtra, Machaonia quibus hoc debetur ab arte
Eximium decus, & præclari frontis honores.
Hæc eſt illa dies, Parcarum condita puro
Vellere, ſæpe dies vobis optata caducis:
Candida lux, & candidulis ſignanda lapillis,
Qua vobis merita velantur tempora fronde.
Grande moræ fertis precium, ſecludite curas.
Nec lentas nimium ſpes ineuſate querendo.
Sic viſum ſuperis, cumulo potiore bonorum
Inſtaurare moræ vobis diſpendia longæ.
O fortunati nimium, niſi præmia laudum
Prætereunt veſtræ ſenſum malè cognita mentis.
Ergo ſalutantum læto dum compita plauſu
Cuncta fremunt, ſonitumq; cauis penetralibus edunt

Atria,

Atria,& vrgentis feruent turbæ impete poſtes;
Oſtia dum pulſata gemunt:vacat apta mouere
Carmina,quæ docti poſſint audire penates:
Calliope,nos illa doce:iuuat ire per artis
Pæoniæ laudes,tu grandibus annue cœptis,
Et mecum ſeriem moliminis exige tanti,
Si tua rite colo primis venerator ab annis
Sacra,nec his potior ſedit cura altera menti,
Aut inhians aulæ ſplendori,aut dedita lucro.
Et vos,quorum agitur res,aſpirate canenti,
Eſte mihi faciles:venient in carmina vires,
Quas veſtro dabitis nutu,placidoq; fauore.
Sed quis erit dignum pollenti pectore carmen
Condere qui valeat,laudesq; æquare canendo
Promeritis eius,qui tam diuina reperta,
Ingenio quæſita ſuo,ſtudioq; ſubacta
In medium dedit,atq; in luminis eruit oras.
Credo equidem (nec vana fides)cœleſtibus ortum
Seminibus cœlo dignam qui protulit artem.
Nam ſi,quod rerum maieſtas cognita ſuadet,
Dicendum eſt,Deus ipſe fuit.Deus aut ego fallor,
Immerſam errorum qui fluctibus atq; tenebris,
In luce & ſolida hanc princeps ſtatione locauit.
Confer enim,(ſi priſca iuuat cognoſcere retro,
Et prima mecum repetentem ab origine mundi,
Diſcere,qui varias vitam excoluère per artes)
Talibus inuentis,aliorum antiqua reperta.
Prima Ceres fruges,alimentaq; mitia terris
Extulit,& pingui glandem mutauit ariſta:
Indignata ſitu campos horrere feraces,
Ornari nullis incultum fructibus annum:
Vitigenæ Bacchus laticis mortalibus vſum
Præbuit,& liquidos permulſit nectare fontes,
Durus vterq; Deus,ſi fas eſt vera fateri,
Durus,& heu noſtræ non æquus gentis honori.

Tunc cœpêre homines primùm molleſcere,rerum
Copia tunc merſare animos,infringere luxus:
Deſidies oblimare,incœſtare voluptas.
Tunc vino corrumpi ætas,& forma perire,
Morborumq; cohors inimica incumbere terris,
Deſolari vrbes,impleri ciuibus Orcus.
Ergo triticeas meſſes,& dona Lyæi,
Vtilius neſcire fuit.queîs vita carebat
Aurea,queîs & nunc conſtat ſine viuere multos,
Contentos victu quem ſpontè volentibus aruis
Fundit humus,potu ſaturos,quem ripa miniſtrat.
At bene non poterat,ſuccorum vſusq; medentum
Caſſa,neci patulum proferri vita per æuum:
Morbiferam poſtquam cladem mortalibus ægris
Conflarât ſatus Iapeto de Lampade Solis
Subducens miſero flammarum ſemina furto:
Vnde hominum pecudumq; genus,vitasq; volantum
Flagranti penitus ſuccendit in oſſibus æſtu,
Laxauitq; fores læto,letiq; miniſtris,
Atq; cadaueribus funeſtos reddidit agros,
Vaſtauitq; vias,exhauſto gentibus orbe.
Quò magis ille Dei eſt nobis dignandus honore,
Seu Deus ille fuit verè,quod credere mandat
Relligio,Diuûm Clarius ſeu miſſus ab arce,
Quod teſtis perhibet locuples,longæua vetuſtas:
Qui noſtræ caſum ſortis miſeratus acerbum,
Morborum contraq; metus,mortisq; furorem,
Addidit afflictæ ſolatia dulcia vitæ,
Radicum monſtrans vires,artemq; medendi.
Qua vel præſentis rabiem compeſcere morbi
Ritè queas,vel qua corpus ſeruare ſalubre,
Imperfecta tibi ne truncet ſtamina Clotho.
O geminum cœleſtis opus rationis,ab Orco
Quod reduces tradit vitas,reuocatq; ſepultos!
Non mihi ſi centum ter linguis ora ſonarent,

Infragiliq; foret vox indefeſſa loquela,
Tantarum ſperem cumulos euoluere laudum,
Complectiq; meis præconia debita verbis.
Nudis rebus agam,ne vos morer amplius æquo.
Hanc pariter coluit ſeclis melioribus artem,
Inſiſtens patriis felix Epidaurius orſis,
Ipſe merens etiam Deus immortalis haberi,
Diſcerptum loris quòd ſanat Amazone natum:
Hanc coluit Chiron,hanc &Chironis alumnus,
Inclutus Æacidæ, Nereidos inclutus ortu.
Hac fuit illuſtris Podalirius atq; Machaon
Phœbigenæ,regiq; Erebi gratiſſimus vnus
Ante alios Pæon, Amythaoniusq; Melampus,
Hac terris meritum,famamq; æquauit Olympo
Hippocrates,ſpes fida hominum,columenq; ſalutis.
Quid moror?hac nullo caſurum tempore nomen
Pergamei peperit ſolertia mira magiſtri.
Vt reliquos taceam regum de ſtirpe creatos,
Qui medicæ ſtudium non defugêre palæſtræ.
Et meritò: nec enim ſacri poſt dogmata verbi,
Quæ Chriſtus patefacta ſinu patris,edidit orbi,
Huic aliud par eſt:abſit lingua inuida vero.
Scilicet hoc noſtri nobis primordia pandit,
Corporis,vt rudis hæc terræ confuſaq; moles,
Induit humanas(mirùm) conuerſa figuras:
Prolifici pars mollis vti ac humecta liquoris,
Et terrena minus verſa eſt in corporis vſum,
Quod ſolidum ac terreſtre fuit,concreuit in oſſa.
Vnde opifex natura creet membra,augeat,alatq;,
Atq; alia ex aliis generando ſecla propaget.
Cur verita hæc olim confundere ſacra profanis,
Secreuit partes animæ,ſtatione remotas:
Vt,quæ ſceptra tenet,regniq; gubernat habenas,
In ſumma cerebri ſolium Mens occupet arce:
Iram clauſtra premant cordis: ſubtusq; cupido

Expleri cupiens, iecoris præſepe fatiget.
Parua loquor: nobis nos hoc oſtendit & artem
Diuinæq; docet miracula dædala dextræ,
Ne dubio hanc caſu fabricam coiiſſe putemus.
Hoc abſtruſa ſimul rimando viſcera terræ,
Plantarum, fruticum & lapidum ſecreta recludit,
Et quod Pæonios Tethis progignit ad vſus.
Hoc ſuperas ſcandit ſedes, nec murmura cœli,
Horrendum gladio nec reſpicit Oriona,
Quin ſtellarum illic genios; ſeptemq; Planetas
Explorans, terris conſulta arcana reportet,
Præſidioq; inopes armet; firmetq; caducas,
Cœleſtum contra conceptos mentibus ignes.
Hoc aperit noſtrum varient quæ condita corpus,
Aut vexando malis, aut conſeruando ſalubre:
Ne tibi flabra Noti raucum ſpirantia tabem
Concinnent, peſtemq; putri ferat halitus aura:
Ne cibus officiat, necem vt inter prandia cœnes,
Pocula ne lædant, obtundant otia corpus,
Aut ſtudium impenſa minuat ſuperante laboris.
Ne vigiles æquo plus, torpeſcasq; veterno.
Copia ne tibi ſit, neu ſit penuria fraudi.
Deniq; ne cor præpandat ſpes, neu metus arctet,
Inflet luxuries aut mœror ſtrangulet intus.
Ad propiora feror: rerum cognoſcere cauſſas
Nos medicina docet, certa ratione, viaq;
Expediens, quo fonte fluat vis morbida membris,
Vtrum hanc contages cœli vitioſa propaget.
An ſatus hanc pariat primo genitalis ab ortu,
Harmoniamúe calor turbans, aut prælia miſcens
Procudat frigus, ſiccoúe obnoxius humor,
Aut morbum quacunq; ciens noxa aduena culpa.
Queis bene perceptis, vel declinare malignos
Conſilio iubet effectus, corpusq; tueri:
Vel ſi nulla vias aperit fortuna, cauendi

Peſti-

Peſtiferum ratione malum potiorq́; medullas
Aſtus habet, ſæuitq́; ruens per viſcera flamma:
Ilicet auxilium, cladisq́; leuamen ab arte
Accelerat, victu medicans aut pharmaca promens,
Aut reſecare parans dextra immedicabile vulnus.
O medici quoties, hæc inter cura ſagacis
Arcta caput ſcabit, & rigidos morſu occupat vngues,
Articulisq́; dies preſſis, & computat horas,
Ne morbi capiatur iners ambagibus, atq;
Se deridendum pueris vetulisq́ propinet.
Ergo ſigna legit retro, præſentia captat,
Et præſaga mali, libellæ examine penſat,
Obſeruans morbi, quo pondere vergat, amuſſis.
In tenui nec enim labor eſt, nec tergora tauri
Tractantur, cantuq́; leuem certatur ob hircum:
Si neſcis, hæc vita hominis certamina conſtant,
Quam nece præreptam, non pondere diuitis auri,
Non gemmis redimes, non raræ munere veſtis.
Sed quid ego hæc autem nimium verboſa reuoluo,
Quidue meis onero doctas ſermonibus aures?
Iam ſpectata ſatis, ſatis eſt patientia veſtra,
Et modus huic, finisq; meis ſit verſibus. At vos,
Vos ô Pæonii magnum ordinis incrementum,
Quos meruit virtus, quos docta laboris alumna
Cognitio, Sophiæq́ imbutum nectare pectus,
Quos ſtudio tribuendus honos artiq́ repoſcit,
Doctorum titulis longùm gaudete decoris,
Perpetuùm medicæ gaudete inſignibus artis:
Ac pede non trepido Phœbeia caſtra ſecuti,
Auſpiciis Coiq́; ſenis ductuq; Galeni,
Agmine morborum domito, letoq́; fugato,
Militiam Phœbi poſitis ornate trophæis.

Gratulatoria pueris propoſita, vt accinerentur ſingulis in arte Medica renunciatis D.D.

Ad D. Maximum Geritium.

NE ſit auguſti tibi honos pudori
Carminis, Phœbi decus, & ſororum
Cura nec poſtrema, nec inuidenda,
MAXIME, Phœbi.
Gaudet & linguæ puerilis hymno
Arbiter mundi, licet vſq; & vſq;
Accinat laudes, reuolutus æther
Axe ſonoro.
Nec tuas, nunc fert animus, Camœnæ
His modis laudes malè temperantem,
Ingeni culpa puerilis illas
Deterere arcta.
Gratulari me tibi dignitatem
Sit ſatis ſummam; medicæ, benigno
Munere indulget tibi quam, repertor
Artis Apollo.
Hac precor, ſaltem medicus fruare:
Nam tibi laudes opera artis addent,
Quæ malis edes medicando morbis,
Numine dextro.

Ad D. Michaelem Barth.

O Phœbi duplici gloria nomine,
Argutæ fidicen, BARTHE, ſciens lyræ,
Ac vitæ dubiis præſidium potens,
Cùm morbi inualuit furor.
O ſidus patriæ lucidulum tuæ,
Præſtringens oculos (quod iuuat) æmulis,
Doctrinæ omnigenæ lumine, & ingeni
Infracti inuidiæ minis:
Quam contra, arbor vti palmiferæ Phari
Merſari indocilis pondere molium,
Effers indomitum per mala verticem,
Fæcis prodigus inuidæ.

Rum-

Rumpantur licet huic ilia: me tibi
Gratari meritæ præmia gloriæ,
Votorumq; iuuat ferre tot omina,
Quot natale ſolum prope.
Vaſti ſaxa tegunt culmina Pelori.
Sis felix, ope te Pæonia, colos
Parcarum remorantem inuideat Stygis
Regnator, vacua domo.

Ad D. Georgium Masbachium.

DOctori mea Muſa, gratulatum
Eia ſurge nouo, cui decorum
Latous redimit caput corona.
Nam Coi licet ille diſciplinis
Incumbat ſenis, atq; Pergameni,
Et Graiæ & Latiæ nitor loquellæ:
Plauſus inter & approbationes
Votorum, tamen haud negabit aurem,
Nec te negliget inſolens honore.
Muſa & cœlicolûm intereſſe menſis
Narratur fide blandulùm ſonora
Immortale canens genus Deorum:
Nec conuiuia fortium virorum
Fugerunt comites, nouem Camœnæ.
Sic aſpiret ei fauens Apollo,
Et vatum pater, & pater medentûm.
Salue pars medicæ probata turbæ,
MASBACHI, patriæ perenne nomen:
Fortunante tuas Deo actiones,
Mox artem celebres nouis trophæis.

Ad D. Balthaſarem Guttlerum.

ET voce & numeris iuuat
Gratari titulos BALTHASARI nouos,
Quem Phœbus probat, abdita

Naturæ reſerantem penetralia:
Quem Muſæ ſuper ardua
Sublimem ſtatuunt culmina Phocidos:
Quem magnus ſtudii labor,
Claris conſpicuum tollit honoribus.
Non Creſſa careat dies
Tam feſtiua nota: non epulis merum,
Non deſint hilares ioci,
Non auctumne tuas inuideas opes
Non ſit muta locutio
GVTTLERO in numerum vota ferentium:
Viuat, viuat iô, nouis
Ornatus titulis: Corripiat gradum,
Illius fugiens manum,
Leti tarda prius ferre pedem cohors.
Sic voce & numeris iuuat
Gratari titulos BALTHASARI nouos.

LIBER II.

IN BIBLIA SACRA HENdecaſtichon

Conuerſum ex rythmis Germanicis D.M.L.

Continet iſte liber ſcripturæ dogmata ſacræ,
Vnde omnis ſcatet vberibus ſapientia riuis.
Felix ô nimium felix, qui pelleget acri
Hunc ſtudio, & vitæ normam componit ad ipſum.
Omnia cum pereant, nec quicquam perſtet in orbe,
Verbum hoc perpetuis manet indelebile ſeclis,
Finem animæ penſans æternæ munere lucis.
Fata manent cunctos, æui poſt mille labores,
Tum verò in medio necis hoc diſcrimine præſto eſt,
Et Satanæ horrifici nos faucibus eripit atq;
Heredes ſummi tranſcribit ad atria cœli.

In Compendium Grammaticæ Græcæ Matthæi Dreſſeri.

FLumina non magnis promanant fontibus ampla,
Dum creſcunt curſu multiplicata ſuo.
Et ſunt magnarum primordia paruula rerum,
Quas augere dies progrediendo ſolet.
Quæ Graia toto eſt locupletior orbe loquella,
Et tamen hæc arca paupere promit opes?
Quam reſerans linguæ Dreſſerus fama Pelaſgæ,
Et decus Auſonii grande nitorque fori,
Sic melius ſera de poſteritate meretur,
Et fructu prodeſt vberiore ſcholis:
Heſperidum cultis quàm cùm Tirynthius hortis,
Attulit Argolicis aurea poma viris.
Macte tuis MATTHÆE libris, tot ſecula viuas,
Dux quot ab Auguſto Cæſare noſter abeſt.

In libros Grammaticæ Gallicæ Antonii Cauti.

GRande fremit torrens, lutulenta concitus vnda,
Inuoluitque ſuo vortice prata nemus.
At Phrygii gaza regis qui ditat Iberos,
Et leni, liquido profluit amne, Tagus.
Delectent alios immenſa volumina Gotthi,
Barbarici illuuie tota referta luti.
Grammaticæ nos ſcripta tuæ, doctiſſime CAVTI,
Barbariæ nulla ſqualida ſorde iuuant.
Aureoli ſaluete mihi, ſaluete libelli,
In quibus ipſa manus abluit Euphroſyna.

In Poematia quædam Georgii Oſtracii.

CAuta roſas ſpernit clauſas, delibat hiantes,
Quæ mulcet querulis arua, cicada, ſonis.
Qui legis Oſtracii flores, quos Muſa miniſtrat,
His fruere, Heſperidum nec tibi mala velis.

In Henric

In Henrici Rantzouii libellum de tuenda ſanitate.

QVis non Alciden nouit, quis neſcit Achillem
Nomina non vlla non memoranda die?
Et tamen hic medicam fecit feliciter artem,
Huius quod ſanus cuſpide Myſus ait.
Ille polum ceruice tulit, cum ſidera feſſus,
Amphitryoniadæ ferre dediſſet Atlas.
Quid loquar amborum geminata laude celebrem,
Illuſtri Henricum ſtemmare Rantzouium?
Quem iuuat immenſo ſpatiantem viuere cœlo,
Et ſtellas oculis dinumerare ſuis.
Quique Machaonia caput inclutus extulit arte,
Naturæ ſcrutans omniparentis opes.
Macte noua virtute heros: ſic additus aſtris
Cœlifer eſt, terris viuit & Æacides.

In libellum Arithmeticum Mauricii Latomi.

QVem iuuat inſuetis ad ſidera tendere pennis,
Errantemque polo diſcere templa DEI:
Quam ſibi MAVRICIVS contexuit, induat alam,
Hac datur ad cœli carpere ſumma vias.
Nempe hoc remigio ſuperas enauit ad oras,
Non factumque homini Dædalus eget iter.
Remigioque carens hoc ipſo, lapſus ab alto
Icarus, Icariis nomina fecit aquis.
Omnia ſunt numeri, numeris ad ſidera nobis,
Quò non ferre pedem poſſumus, ire licet.
Ergo ne paruum, lector, contemne libellum,
Non etiam paruis gratia rebus abeſt.
Haud placet ore crepans magnum Phœbeîus ales,
At mulcet tenui nos Philomela ſono.

In libellum

In libellum Zachariæ Meieri.

FAma eſt, Medorum qui contudit arma Monarcham,
Nomina militiæ non latuiſſe ſuæ.
Fama, Neocliden quo non præſtantior armis,
Nomine Cecropidum quenque vocaſſe ſuo.
Felices, natura quibus non inuida quondam
Has animi vires ingeniique dedit.
Non adeo nobis iam nunc licet eſſe beatis,
Nec tantis animi dotibus ire pares.
In peius ſic cuncta ruunt labentibus annis,
Omnia ſic minuit proxima quæque dies.
Ergo quod nobis natura nouerca negauit,
Hoc petere à ſociæ cogimur artis ope:
Ingeniique grauem ſtudio ſarcire ruinam,
Ne mens ex toto noſtra feratur iners.
Tu quoque ne rerum portans obliuia tempus,
Nomina conuictus deleat arcta tui:
Zacharia paruo conſeruas ſingula libro,
Quot vel amor, ſtudium vel tibi iunxit idem.
Quæ relegens, animo pariter reuocabis amicos,
Cum ratio, cum te fugerit ingenium.
Siue per Auſoniæ doctas ſpaciaberis oras,
Seu patriam repetes cultior arte domum.
Fallor, an ipſe meo lecto tum nomine, dices,
Hic quoque noſter erat: poſt quoque noſter erit.
Viue diu, ſed viue mei non immemor vnquam,
Ipſe ego te memori ſemper amore colam.

In libellum ſimilem Georgii Michaelis Velcurionis.

TOllit amicitia pulcri qui iura pudoris,
Fallor an omne ſimul ſuſtulit inde decus?
Scilicet vt caris animum debemus amicis,
Sic reuerenter eos nos habuiſſe decet.
Crede mihi, mentis fallax hunc decipit error,

Qui

Qui pariles inter cuncta licere putat.
Iunxit amicitiam ſocio ſibi fœdere virtus,
Non vt nequitiæ ſeruiat illa iocis.
Sed comes vt caſus ipſam ſectetur in omnes,
Seu fortuna iuuet, ſiue ſiniſtra tonet.
Firmiter vnanimos hæc gratia nectit amicos,
Quæ virtute animos conciliante coit.
Hæc monitum prima cupio te fronte libelli
Quiſquis in hũc referes nomen, amice, tuũ.
Ne chartas nugis tibi conſcelerare profanis,
Iure ſodalitii fortè licere putes.
Caſta placent nobis, ſermonibus vtere caſtis:
Qui cupis in libro nomen habere meo.

Solem è mundo tollere videntur, qui amicitiam è vita tollunt.

TOLlit amicitiæ quiſquis venerabile nomẽ,
An neſcis? Phœbi tollit ab orbe iubar.
Vt nihil vtilius Phœbeæ lampadis igne,
Sic nec amicitia res magis vlla iuuat.
Solem deme, nigris inuolues cuncta tenebris:
Hanc adime, è vita lumina cuncta feres.
Si tamẽ (vt fama eſt) iacet extra ſidera tellus,
Quam nunquã radiis Phœbus adire ſolet:
Mollius hanc vſu credam ſine degere lucis,
Quàm fructu illius poſſe carere putem.

In Muſicam Organicam Nicolai Eliæ Amerbachii.

QVem iuuat Organicæ ſuauiſſima gratia Muſæ,
Seu ſit opus plectro ludere, ſiue manu,
Pneumaticiſue modis verſus aptare ſonoros,
Vt verbis numeri conuenienter eant:
Hunc legat & relegat ſtudio vigilante libellum,
Quem dat Amerbachii nobilis arte labor.

Hoc

Hoc ſatis eſt: ſatis eſt Eliæ dicere nomen:
Quod ſupereſt, ipſum nempe loquetur opus.

In Anatomen Veſalii conſecratam Bibliothecæ ſcholæ Annabergenſis, à Iohanne Schuartz Coſ.

HOc tibi poſteritas, gemmis auroque volumen
Præcellens, quondam CONSVL habere dedit.
Nomen IOANNI NIGRO, cui pectora lacte,
Et Scythica fuerant candidiora niue.
Munus habes magnum: ſed maior muneris auctor,
Qui cupit hoc ſtudiis vtilis eſſe tuis.
Tu ſi forte tuos hic pelluſtraueris artus,
IOHANNI grates officioſa refer.

Ad Pueros literaturæ Politioris cupidos, de Epiſtolis Ciceronis.

ADeſte, ô pueri, tenella turba,
Adeſte vndiq;, quotquot eſtis omnes
Sermonis cupidi elegantioris.
Hic fons Auſoniæ ſcatet loquellæ,
Puris limpidus & ſerenus vndis:
Tantùm limpidus & ſerenus vndis,
Quantùm Callirhoë vel Hippocrene.
Hic paſſim gremio comante tellus
Submittit genus omne floſculorum,
Quos ego olfaciens velim valere
Hortorum Venereſque Gratiaſque,
Totum me fieri precerque naſum.
Quis ſit, quæritis, ille fons leporum
Vber, terraque feta floſculorum?
Dicam, at vos aliis dein trecentis
A me dicite, biſque ter trecentis.
Ille ille Auſoniæ nitor nepotum,
Fandi Tullius optimus magiſter,

Cuius

Cuius eloquio, togeque, victum
Ceſſit laureolæ decus, ſagique.
Huc eſte, ô pueri, eia hic eſt leporum
Diſertus pater, & facetiarum.

In ludum Roslebianum.

PYramides alius ductas ad ſidera laudet,
Aut Mauſolei nobile iactet opus.
Me neque tam celſo pulſantia culmine cœlum,
Eleo quondam templa dicata Ioui:
Nec iuuet, vmbroſas inter Pompeia columnas
Porticus, Attalica quæ variabat acu:
Quàm nuper profugis ſedes extructa Camœnis,
O Vicelebiacæ nobile gentis opus.
Nam, vel edax illis tempus ſubduxit honores,
Vel graue ſidereo vertice merſit onus:
At Vicelebiaci ſuperabit fama laboris,
Dum frondes Helicon, dum vehet Vnſter aquas.

In locuſtas I. L. Braßicani à Ioanne Ambroſio F. publicatas.

O Patris decus atque patruorum,
Conſultiſſime, BRASSICANE, iuris:
Si laus eſt, ſtatuas tueri auitas,
Quæ viuos referant in ære vultus
Maiorum ſimul, & ſimul nepotum:
Quanta laude vehi merêre, nobis
Accepta pietate, poſteriſque!
Qui viuam magis, & magis perennem
Clari patris imaginem tueris,
In lucem ſimul editis LOCVSTIS,
Doctis, Iuppiter, elegantibuſque.
Quid nunc ingenio patris, tuaque
Quid dignum pietate comprecemur?
Hoc optamus, vt vtriuſq; nomen

Tot

Tot menſes ſuperet, tot æquet annos,
Quot perſæpe graues, ſub æſtum, ariſtas,
Iunctis agminibus premunt locuſtæ.
O ſidus patriæ, & decus parentum,
Conſultiſſime, BRASSICANE, iuris.

Ad Ludouicum Ioachimi F. Camerarium.

NIl prodeſt, aluo terræ quod conditur, aurum:
Nil prodeſt, tineis qui iacet eſca, liber.
Vſu cuncta valent, & commendantur ab vſu,
Quæ caret hoc, precium res habet illa minus.
Qui patris ergo tui Muſarum promis ad vſum,
Atque ſepulta domi ſcripta perire vetas:
O gentis, LVDOVICE, bonæ generoſa propago,
Dignus es his meritis ire per ora virûm.
Sic ſic perge, precor, de Muſis vſque mereri,
Atque perenne tibi conciliare decus.

In Diſputationem D. Georgii Masbachii.

STat ſua cuique dies; cunctis ſtat terminus æui:
Quod memorat veris pagina ſacra libris.
Nec tamen hanc ſtudio produci poſſe negatur,
Quod res exemplis cognita ſæpe docet.
O quoties ægrum vitæ ſpes deficit omnis!
Annos cui medicæ prorogat artis opus.
Æmula naturæ quid non ſolertia tentat!
Hæc intrat cœlos, hæc Acherunta ſubit.
Expertus vacuum pennis eſt Dædalus orbem,
Aſtra Syracuſius retulit arte ſenex.
Quid mirum, ſi non morti ius protulit illa,
Sumſerat in noſtrum quod ſibi dura genus?
Hanc contra, vitæ tradens documenta tuendæ,
Qualia MASBACHII culta Minerua dedit:
Ritè docens, quæ ſit ratio tutiſſima victus,
Sanus vti poſſis degere, ritè docens:

Quæ valido validam præſtent in corpore mentem,
Acceleret ſummum ne tibi Parca diem:
Qui legis hæc, vigilis lychnos redolentia curæ,
Auctori grates officioſus age.

In Camerariadum inſignia Cornicum figurâ triquetrâ.

CORnicem armigeræ qui credidit eſſe Mineruæ
Inuiſam, falſo credulus ille fuit.
Falſus & ille fuit, ſceleris qui labe nefandi
Pollutam, innocuæ criminis ante tulit.
Crede mihi, non eſt, inter genus omne volantum,
Palladi ſeruitiis gratior vlla ſuis.
Nequitiæ nanque ipſa rudis, cuſtoſq́; pudoris,
Cuſtodes teneræ virginitatis amat.
Et ſua caſta vocat caſtas ad iura miniſtras,
Improba ſeruilis facta peroſa manus.
Qualia Cornicem ſcelerârunt nulla tot annis,
Cum tenebris abdant crimina, noctis auem.
Si concors in amore fides & fœdera lecti
Intemerata, decus laudis habere ſolent:
Et viduos coluiſſe lares, ſine crimine vitæ,
Et ſacra coniugii non iterâſſe, decet:
Non meruit paruam Cornicum gratia laudem,
Et ſine labe torus: nec repetitus Hymen.
Haud vagus intrat amor, vetitæq́; libidinis æſtus,
Quos illæ thalamos compoſuêre ſemel.
Quæ ſemel inter ſe ſociarunt vincla cubilis,
Hæc, niſi mors, ætas ſoluere nulla valet.
Vincla ſimul rupit rapidi violentia leti,
Non ſimili ceſſat vi quoq; rupta fides.
Certa fides, quam non fortunæ iniuria verſat,
Nec ſucceſſoris tollere nouit honor.
Mira loquor, ſed nota loquor: quæ veſcitur aura,
In vidua Cornix ſola relicta domo,

Non

Non oblita tori conſortem tempore tali
 Expetit alterno funere fata pati.
Ergo, ceu ſocia viduatus compare turtur,
 Quam leuis incautam miſit arundo neci,
Non viridi gaudet ramo, non gramine læto;
 Nec liquidi dulcem fluminis haurit aquam,
Sed querulo amiſſos gemitu teſtatus amores,
 Sollicitis mœſtos queſtibus implet agros:
Haud ſecus illa gemens diuiſum pectus amantum,
 Et nece membra paris diſſociata tori,
Poſtquam primus amor ceſſit malè, coniuge rapto,
 Non alio flammas haurit ab igne vagas,
Sed vaſtis ſecreta locis miſerabile carmen
 Obloquitur: mors eſt, non licuiſſe mori.
Viderat hanc olim virtutem arguta vetuſtas,
 Et, pia (dixit) auis, præmia digna cape.
Addidit hinc ſceptri geſtamen gnara, memorque,
 Maxima concordi regna vigere fide.
Illarumque dedit caſtis quoque ſymbola tedis,
 Vnanimem pacem teda iugalis amat.
Pace domus conſtat, floret reſpublica pace,
 Pax genuit Cererem, pacis alumnus Amor.
Pax ades, & nitido tandem poſt nubila vultu,
 Templa, ſcholas, thalamos, mœnia, rura vide.
At Camerariadûm cur quoq; inſignia gentis,
 Cornicum decorat forma trigona trium?
Hæc mihi quærenti, ſic rettulit vna ſororum,
 Quam veterum Faſtos edidiciſſe putant.
Sit licet ipſa ſibi precium pulcerrima virtus,
 Nec faſces populi, nec ſibi captet opes:
Aut vulgi quærat plauſu volitare per ora,
 Se contenta, ſuis ſatq; decora bonis:
Illius tamen vſq; comes veſtigia lambit
 Conſcia geſtorum gloria, teſtis honor.
Hoc eſt, quod ſuſpenſa vides donaria templis,

Fixaque curuatis alta trophæa tholis.
Quæque nitent priſcæ monumenta perennia laudis,
Marmora victuris ingenioſa notis.
Quid memorem circum victricia tempora lauros,
Sertaque honoratas implicitura comas?
Quid celebri baccis contexta monilia collo,
Et gemmæ, digitos quot terit orbe, iubar?
Hæc clypeos meritis, hæc gloria contulit arma,
Hæc eadem antiquos nobilitauit auos.
Quorum dextra fuit medios ſpectata per hoſtes,
Aut quos ingenii vexit ad aſtra decus.
Hæc Camerariadûm dedit olim inſignia genti,
Illuſtri meritis, & pietate graui.
Cuius honos centum quamuis abiêre ter anni,
In patria magnum nunc quoque nomen habet.
Hîc vbi ſtelligeræ de nomine dicta volucris,
Subdita vitiferis ſtat Pabeperga iugis.
Et caput extollit ſublimibus ardua templis,
Cæſareaſque, licet quaſſa, tuetur opes.
Diues agris, diues radices & vbere dulcis:
Ditior eloquio nunc, IOACHIME, tuo.
Cuius ab ore diu facundia muta reuixit,
Siue tua Arpinas, ſeu tua Cecropide.
Qui nunc cornicum ſolus configis ocellos,
Inuentis cumulans dogmata priſca tuis:
Aonii ſic ipſe chori ductorque, parenſque,
Ceu cornix reliquas ducere fertur aues.
Viue diu, venerande ſenex, vt viuere tecum
Aonii poſſit gloria ſalua chori.
Et Camerariadûm florens generoſa propago,
Viue, ter & ſeclis adiice terna tribus.

In Inſignia nobilium De Oſſa.

Reginæ volucrum pennis quicunque ſuperbam
Miraris galeam, galeæ tegumenque coronam,

Nec

Nec minus hanc ſubter fulgentia ſuſpicis arma,
Ternis arma roſis,gemino diſtincta colore:
Si neſcis,hæc ſunt Oſſanæ inſignia gentis,
Oſſanæ gentis,nulli virtute ſecundæ.
Vt caput inter aues altum Iouis armiger effert,
Vt roſa fragranti flores præcedit odore:
Sic honor atq; decus ſtirpis præcellit auitæ,
Ingenii eximia præſtantis laude fideq;
Spectatæ,dubii ſæpe in diſcrimine Martis.
Incluta viue domus longum: nam cetera ſumes
A virtute tua,vitam niſi fata negarent.

In Inſignia Egenolphii à Bendeleben.

DIſtinctum gemino clypeum quicunq; colore
Suſpicis hinc albo, deſuper inde nigro:
Quem cancellato caſſis ſuper ore renidet,
Aligeræ fulgens caſſis honore iubæ:
Hæc BENDELEBIÆ noris inſignia gentis,
Hos illi titulos dextra fidesq; dedit.
Nam ſerie quantùm generis præfulget auita,
Tantùm virtutis ſplendida laude micat.
Eſt aliquid longo cenſeri ſanguine auorum,
Pulcrius eſt meritis nomen habere ſuis.

In Inſignia Molsdorforum qui nunc ſunt Vuelleri.

HÆc Molſdorforum gentis ſunt arma vetuſtæ,
Quæ nunc ex merito Vuellera nomen habet.
Nempe quòd extulerit præſtantes Marte nepotes,
A galea traxit nominis ipſa notam.
Hinc etiam præcincta vides inſignia lauro,
Victrices ornant laurea ſerta comas
In clypeoq; pares, ſummaq, in caſſide cygnos,
Quorum ſub roſtris gemma coruſca micat.
Hæc olim eloquii priſcis monumenta fuerunt,

Hæc animi egregios dotibus arma decent.
Quos domus hæc multos à ſtirpe recenſet auita,
Ætatis numerans bis tria ſecla ſuæ.
Sis felix generoſa domus, ſeclisq; peractis
Iam ſenis, addas altera ſena, precor.

In Inſignia & ſymbolum Io. Poſthii.

OMnia figmentis inuoluere docta vetuſtas,
Alatum finxit Bellerophontis equum,
Cuius percuſſu pedis emanauit in auras;
Qui ſacra Pegaſidum proluit ora, liquor.
Scilicet ingenii vis hæc eſt, ocyor alis,
Curſibus & rapidis ocyor acris equi:
Pectora qua vatum, ſtimulis agitata, caleſcunt,
Ac cœlo gaudent liberiore frui.
Quæ tua nunc etiam verſat præcordia, Poſthi,
Sublimemq; ſacro vertice tollit humo.
Vnde volante nitet clypeus tibi iure Veredo,
Symbola quem rurſus accelerare iubent.

Aliud.

Perſia placat equo Phœbum: quòd victima velox
Credatur celeri ritè litare Deo.
Armis gaudet equi cognominis, inclutus arte
Phœbe, tua, conſors Poſthius atq; lyræ.

Rurſus.

Vitæ ſumma breuis, modus eſt longiſſimus artis,
Quod veri Cous pergrauis auctor ait.
Expedit ergò moras incidere protinus omnes,
Quod tua nos Poſthi ſigna, quod arma docent.

Aliter.

Occipiti caluo eſt Occaſio, Poſthius ergo
Hanc vt prendat, equum ſtrenuus vrget eques.

Rurſus.

Fronte gerit crines Occaſio, Poſthius illos
Arrepturus, equum calcaribus impiger vrget.

Rurſus.

Occipiti caluo eſt Occaſio.crinibus hanc vt
Prendat,equo fertur Poſthius,abſq; mora,

Rurſus.

Fronte capillata eſt Occaſio: Poſthius illam
Apprenſurus, equo ruit obuius, & quatit armos.

In Effigiem Io. Pfeffingeri.

HÆc Pfeffingeri ſimiles in imagine vultus,
Arguta ſpirat picta tabella manu.
Cui Deus,excelſis Phyliræ ſub mœnibus vrbis,
Paſcendum verbo tradidit ipſe gregem.
Namq; Dei paſtor vix dignior vllus ouili,
Dignius aut cura talis ouile ducis,
Cuius vt eſt comi vultus grauitate ſerenus,
Ac pura cultus ſimplicitate nitet:
Sic quoq; vita grauis,ſic omnis neſcia fuci,
O verè priſco tempore digna patrum!
Quam licet haud vno proſcindat crimine liuor,
Flacce tuus,Chriſto ſalua probante manet.
Eſt aliquid dignitate Deo,de millibus vnum,
Grande miniſterii munus obire ſacri.

In Effigiem Michaelis Lotheri.

SIc oculos,ſic ora ſenex,vultumq; ferebat,
Hæc quem ſpectandum præbet imago tibi,.
Bis numerans octo Michael quinquennia vitæ,
Lottherus,meritis conſilioq; grauis.
Teſtis erit magnis virtutibus,incluta nomen
Quæ gerit vrbs, auiæ nomine, Chriſte,tuæ.
Cuius obit conſul rerum moderator habenas,
Afflictis facilem ferre paratus opem.
Quæ multos exhaurit, opes huic contulit amplas,
Aëris & argenti vena liquore fluens,

In Inſignia Laurentii Finckelthuſii Senatoris Lipſienſis.

STemmata nil faciunt, nil prodeſt nomen auorum,
Si virtus abſit propria, verus honor,
Illa faces præfert generi tituliſq; parentum,
Qui caret hac, nullo ſtirpis honore nitet.
Hoc ſibi nempe volunt binis fulgentia tedis,
Quæ Finckelthuſii ſanguinis arma vides.

In orationem Iacobi Thomingii I. C. de ratione docendi diſcendiq; iuris.

MAgna minorq; feræ, cæli quæ vertice ſummo
Voluuntur, maris expertes, vbi circulus anguem
Vltimus æthereum gyroq; arctiſſimus ambit,
Fluctiuagos ſiſtunt nautas trans æquoris vndam
Incolumes, face dum præeunt errantibus alto.
Illarum nam quæ Graiis cynoſura vocatur,
Per freta Sidonias moderatur ſidere puppes:
Altera quam perhibent Helicen, nocturna carinas
Dux regit Argolicas, ſeptena luce refulgens.
Non ſecus Aſtreæ ſtudiis ſacrisq; vacantem,
Per legum immenſum pelagus, ſpatioſaq; iuris
Æquora, deducit pubem ſanctiſſimus ille.
THOMINGVS legum vates, & iuris Apollo:
Dum clarum extollit lumen, per opaca viarum;
Perq; tenebroſam picea caligine noctem,
Errabunda regit certis veſtigia flammis.
Dumq; haurire docet liquidos è fontibus amnes
Suadellæ, fœdam illuuiem, tetramq; Mephitim,
Gloſſarumq; volutabra, impurasq; lacunas
Barbarico reddens ſeclo, porcisq; relegans.
Macte animo, macte ingenio, doctiſſime legum
Interpres, THOMINGE, tuo quæ digna labore
Præmia, quæ meritis perſoluet debita tantis,
Ductu ritè tuo poſthac, normaq; magiſtra,

Docta

Docta docere alios,& diſcere docta iuuentus,
Et nodos legum,atq; ænigmata ſoluere iuris?
Donec erit laudi ſeruati gloria ciuis,
Militiæq; decus ſuperaſſe forenſibus armis:
Donec erit laudi ſacrata ſcientia iuris,
Semper honos, IACOBE,tuus, laudesq; manebunt.

LIBER I.

Memoria anniuerſaria Mauricii Pr. VII viri, &c.

COgimur infandum patriæ renouare dolorem,
Et bene ſopitum ſollicitare malum.
Dum conſueta vocat nos ad ſolennia rurſus
Funere laudati Principis atra dies.
Heu lucem,nec iam lucem! (vox faucibus hæret,
Et ſtupet in medio lingua retenta ſono:)
Qua ſidus patriæ ſimul,& tutamen in armis,
Pro patria ſumens fortiter arma,cadit,
Arida mi quamuis magis eſſent lumina ſaxo,
Aridius ſaxo ſiue quid eſſe poteſt:
Non tamen admonitu damni communis acerbo,
Ceſſarent lacrymis illa rigare genas.
Et quiſquam talem perſtat culpare dolorem,
Et quiſquam fletus increpat ore meos:
Nec deuincta gerit duro præcordia ferro,
Nec rigido clauſum robore pectus habet?
Non mihi inornatos rubor eſt lacerare capillos,
Aut etiam digitis ora notare meis.
Et nil diſſimulo,nec tam pudet iſta fateri,
Quàm laus eſt, aliis facta referre palam.
Argue mollitiem,qui neſcis mollis haberi:
Quam colo me talem Muſa tenella facit.
Molle cor humano generi natura miniſtrat,
Et iubet alterius condoluiſſe vicem.
Ingenium mihi natura mollitur & arte,

Addit & hæc lacrumas, addit & illa mihi.
Turba ſumus vates lacrumis obnoxia, noſtris
Seu quid, ſeu patriæ flebile rebus ineſt.
Ergo meum rodat factum, quicunq; tueri
Luminibus ſiccis publica damna poteſt.
Quod me Muſa iubet, quod me natura, capeſſam:
Cur harum monitis ſit mihi ſtare pudor?
Adde, quod huius habens primum ius carminis, illa
Illa graui Pietas imperat ore mihi.
Et collata bonis reuocans benefacta Camœnis,
Inſuper & ſtudiis ocia facta meis,
Sic (ait) ergo vicem benefactis reddere tardas?
At non ferre olim commoda, tardus eras.
Quàm cito vileſcit meritorum gratia menti,
Ipſaq; Lethæis merſa feruntur aquis?
Parcius hæc memori (precor) obiicienda memento,
O pietas, animi proxima cura mei.
Illa mihi famam meritorum finiet hora,
Quæ vitam quondam finiet hora mihi.
Forſan & hæc fragilis ſuperabunt tempora vitæ,
Carmina poſteritas ſi mea fortè leget.
Cur igitur iuſtis vetet indulgere quereliſs,
Inuidia liuor criminibusq; minax?
Has damus officiis noſtri meritiſq; parentis,
Quid gratum carpis? liuor acerbe, tace.
Hunc mihi, quem reddam, fortuna reliquit honorem,
O grates alia parte referre queam!
At neq; vos noſtris fas eſt minus addere queſtus,
Inſignes titulis ingeniiſq; viri:
Quò magis ingenuas geritis mollita per artes
Corda, quibus feritas aſperitasque fugit.
Quò magis officiis noſtri meritiſq; parentis,
Debetis gratam tempus in omne fidem.
Vos mihi conſortes huius decet eſſe doloris,
Triſtia vos mecum funera flere decet.

Et decet & fas eſt: iuuenes lugete, ſeneſque;
Gloria Teutonici concidit illa ſoli.
Mauricius cecidit, quo nec præſtantior armis,
Quo nec laude togæ clarior vllus erat.
Qui profugas Graio Muſas ex orbe recepit,
Dum quærunt tutam per loca noſtra fugam:
Ac noua donauit tempe, noua flumina pandit,
Parnaſumq; nouum, Caſtaliumq; nemus.
Qui toties noſtris à finibus arcuit hoſtes,
Qui toties nobis parta trophæa tulit.
Mollia qui noſtris vt redderet ocia terris,
Et ſecura malis mœnia, tecta dolis:
Non vllis metuit caput obiectare periclis,
Tantus amor noſtri Pieridumq; fuit.
Ergo dum merito perſoluo iuſta parenti,
Et pius in cineres annua dona fero:
Si quis honos laudi, linguis animiſq; fauete,
Et prona queſtus aure notate meos.
Eſte mihi faciles, veſtroq; leuate fauore,
Quod non vana mihi gloria ſuaſit, onus.
Euentura precor, viden' vt manifeſta fauoris
Certatum nutu dent mihi ſigna ſuo.
Nunc & Theſpiades ſimul aſpirate ſorores,
Haud veſtram præſens res malè poſcit opem.
MAVRICII in funus ducuntur carmina, veſtrum
Dum cano patronum, Calliopea, faue,
Ipſa mihi laudes memora, mihi carmina dicta,
Et mediis luctus laudibus adde pios.
Non ego namq; tui ſperem ſine numinis aura
Parua procelloſo credere vela mari.
Non ſecus ac placido qui luſit in amne faſelus,
Pulſatum ventis horret adire fretum:
Sic ego, qui tantùm tranaui tuta, nec vnquam
Conſcendi rapidis æquora nigra Notis:
In mare ſcribendi vereor me mittere vaſtum,

Inge-

Ingenii culpæ conſcius ipſe mei.
Quare ſumma ſequar tantum faſtigia rerum,
Qualis qui ſummam marmoris haurit aquam.
Vnde ſed incepti ſurgat mihi carminis ordo,
Quoue ferar, dubium me modo mentis habet.
Hinc me conſpicuæ fulgentia nomina gentis,
Nobilitaſq; ſuo clara nitore, vocant.
Hinc virtus rapit, & geſtarum gloria rerum,
Quas ſub vtroq; iacens Sole celebrat humus.
Ordiar à proauis cantus & gentis auitæ
Laudibus, hinc ſeriem carminis ire iuuat.
At neq; prima mihi generis referetur origo.
Saxonica ducens nobile ſtemma domo:
Quam bellum patriæ pro libertate ferentem,
Tutantemq; ſuos fortiter enſe lares:
Non vllis potuit contundere Carolus armis,
Francorum inuictum. Carolus ille, genus.
Nec mihi ponetur Fridericus ſanguinis autor,
Qui ſtirpis famam primus in aſtra tulit.
Quiq; Sigiſmundo pro Cæſare caſtra ſequendo,
Imperioq; ſuam ſæpe probando fidem:
Abſtulit inſignem meritæ virtutis honorem,
De ſeptem factus pars memoranda viris.
Ad propiora vocor, non quod primordia priſci
Seminis, ambiguam ſint habitura fidem:
Sed, quia me nequeo tantis accingere rebus,
Et cœptis deſunt tempora iuſta meis.
Nam prius emeritis exiret curſibus annus,
Et noua ſudanti contereretur hyems,
Quàm generis priſca repetens ab origine nomen,
Antiquæ canerem nobilitatis auos.
Maiorum titulis igitur poſt terga relictis,
Primum cedet auo noſtra Camœna locum.
Hic vir hic eſt cuius ſublimia facta, decuſq;,
Terminat Eoas Heſperiaſque plagas.

Hic Albertus hic eſt, quem, ſi non incluta ſtirpis
  Gloria, virtutis nobilitaret honos.
Qualis enim quondam Chironis alumnus in armis,
  Hectora qui circum mœnia traxit, erat:
Talis & hic, validam quoties ſurgebat in haſtam,
  Sed fidei fama iuſticiæq; prior.
Ille puer viridi, Marti ſacratus, in æuo,
  In caſtris ſummam vixit ad vſque diem.
Nec modò vicinas formidine perculit oras,
  Ignotos etiam terruit enſe duces.
Teſtis erit partis inſignibus atque trophæis,
  Flandria gibboſi regis ademta iugo.
Vnde ſuo fortes eiecit milite Gallos,
  Vertit & in celerem barbara terga fugam.
Quam fuerit ſumtis ſuperari neſcius armis,
  Hunniades duplici nouerit ipſe malo,
Quem cupidum Auſtriacam ſubuertere funditus vrbē,
  Auxiliis vertit ſtrenuus antè ſuis.
Quo facto furiis heros accenſus & ira,
  Omnia vindictæ frena relaxat atrox.
Nec mora Miſniacos turmas immittit in agros,
  Et loca terrifico cuncta pauore replet.
Sic gemino ſperans oppreſſum pondere belli,
  Albertum patrii ſede fugare ſoli:
Virtuti cedit dolus, & crudelibus auſis,
  Excidit hoſtilis, Marte vetante furor.
Albertus patriæ depellit finibus Hunnos,
  Liberat & magno regna propinqua metu.
Plurima præterea laudati Principis acta,
  Geſtaq pro patria bella, referre queam:
Quæ deuicta graui meminit Brabantia ſtrage,
  Atque ſub imperii Belgica tracta iugum.
Et queis ſæpe dedit iuſtam Friſlandia cauſſam,
  Victore impatiens calce ſuperba premi:
Sed patrui virtus, pietaſq; exercita patris,

Ne

Me vocat,atq; meo poſtulat ore cani.
Quò rapidis feſſum bini,duo ſidera fratres?
Non hæc eſt humeris ſarcina facta meis.
Quæ partæ ambobus cumulem præconia laudi,
Quam non veſtra prius fama repleuit humum?
Tu tamen ô Henrice parens,tu Maximus ille es:
Quem non ipſa ſatis Calliopea canat.
Tu,licet vrbanas ad pacis idoneus artes,
Haud ideo bellis ductor ineptus eras.
Tu multos toleras pro relligione labores,
Atq; pericla domi ſtructa, pericla foris.
Te duce,diſcuſſis tenebris & nocte fugata,
Queis humana prius vita ſepulta fuit:
Exeruit tandem cæco ſua lumina mundo
Relligio,noſtras viſere iuſſa ſcholas.
Quam probitas, quam ſancta fides comitantur euntem,
Ac pietas certum præuia monſtrat iter.
O nimis optato ſeclorum tempore nate,
Cuius in hunc ætas incidit ipſa diem.
Sed nimium felix,ô terq; quaterq, beatus,
Qui veræ curam relligionis agis.
Illius inq; ruens amplexus pectore toto,
Nil ſinis hac vna carius eſſe tibi.
Nec tibi malueris tranquillæ tempora vitæ,
Donaq; præcipitis ſtantis in orbe Deæ:
Nec tibi,quicquid ad hæc optabile, Solis ab ortu
Solis ad occaſus vtraq; terra gerit.
Donec erit virtus laudi,memoraberis ipſe
Inter conſpicuos gloria rara duces.
Cumq; tui referet genitoris facta vetuſtas,
Magnificum titulis cum celebrabit auum:
Cùm proauos atauoſq; tuos ad ſidera tollet,
Armaq; pro patriæ ſumta ſalute canet:
His tua poſt illos addet præconia verbis,
Atque hac,aut ſimili voce celebris eris:

Hic eſt, Herculeæ multùm qui laudis auarus,
Templa repurgauit ſordibus atra ſuis.
Quem mala fugerunt aris idola relictis,
Cuique ſuperſtitio terga fugata dedit.
Tunc tua vix capiet titulus ſub nomine facta,
Æternoque tuum creſcet honore decus.
Publica tunc interrumpens præconia Clio,
In laudes ſoluet talibus ora tuas.
Hic etiam noſtram defendit ſæpe ſalutem,
Barbaries quando ſceptra tenebat iners.
Et dedit hoſpitium nobis, & limina pandit,
Noſq; ſua miſero tempore fouit ope,
Hic ſolita nobis renouauit laude Lyceum,
Hîc vbi Lipſiacam radit Eliſter humum.
Atq; nouas fixit leges, noua commoda fecit,
Commoda Pieridum non inimica choris.
Viueret ô vtinam, nec debita fata luiſſet:
Pauperies nobis nulla timenda foret.
His te bina manet venturo fama ſub æuo,
Alter & in titulos *his tibi creſcit* honos.
Tam claris ergo ducens maioribus ortum,
MAVRICIVS, patriæ gloria ſumma ſuæ:
Non fuit antiquæ contentus nomine gentis,
Nec tulit ingenium nobilitate premi.
Vincere ſed generis priſcos contendit honores,
Aut certè titulis hos geminare ſuis.
Quid longi prodeſt cenſeri ſanguinis ortu,
Maiorum & ſignis tota referta domus?
Ni tantis animi laudem natalibus æques,
Et gemines patrium per tua facta decus.
Omnis in hoc gentis nitor obſcuratur auitæ,
Cuius fœda ſuo crimine vita labat.
Nec tamen vſus abeſt generi (nam vera fatebor)
Non ſit in hoc geniti gloria ſumma licet.
Namq; velut teneræ gaudent propagine vites,

Et

Et commiſſa ſibi ſemina reddit ager:
Sic viget occulta viuax propagine virtus,
Et noua de veteri ſemina ſtirpe creat.
Non parit imbellem volucrum regina columbam;
Nec leporem tygris, nec leo gignit ouem.
Therſiten magnus nunquid produxit Achilles,
Irus ab Æolida num fuit ortus egens?
Hoc eſt, cur proſit virtus innata parentum,
Et bona ſit proles patre creata bono.
Aſpice Mauricium, patre qui generoſus, auoq;
Nec patre nec magno degenerauit auo.
Sed, terram veluti radix præſentat, & ipſa
Radicem proprio planta ſapore refert:
Non aliter veræ patrem pietatis amantem,
Ac forti celebrem pectore nactus auum:
Traxit ab amborum virtutis ſemina ſtirpe,
Militia clarus, nec pietate minor.
Vtque ſibi flumen vires acquirit eundo,
Quod paruo primum gurgite voluit aquas:
Sic diſciplina mox hæc accreuit & vſu,
Vt certaret aui laudibus atque patris.
Vix tum bis terno quartus ſucceſſerat annus,
Virtutis præbens cùm rata ſigna ſuæ:
Mittitur eximiam patrui præſtantis in aulam,
Qui tunc Miſniaci ſceptra tenebat agri.
Scilicet vt primis illum miratus ab annis,
Facta per eiuſdem diſceret ire ſenex.
Qualis enim cer ta Tritonidos vrbe Pericles,
Eloquio pariter conſilioque fuit:
Talis & hic patriæ blanda dulcedine linguæ,
Talis erat mentis dexteritate ſuæ,
Seu verbis fremitus vulgi placandus atrocis,
Seu res conſiliis expediunda foret.
Quæ verò grauitas, & quæ conſtantia morum,
Quiſue tenor vitæ labe carentis erat.

Quàm

Quam facilis miſeris animus, veniæq; paratus,
Semper & in trepidos parcior ira reos.
Vnum crimen erat, ſed quod defenderet error,
Error habens magnos ſed tamen ille duces.
Res nota eſt: hoc humanas mea carmine laudes,
Et decus in terris Muſa celebre canit.
Abſtulerat patruum mors omnib. æqua creatis,
Iam feſſum curis iam ſenioq; grauem.
Non tamen ille domi tectus caligine manſit,
Nec ſeſe eſt vmbra paſſus inerte tegi.
Nomina quid memorem? quacunq; hic vixit in aula,
Strenui in hac iuuenis gloria ſumma fuit.
Omnibus ille locis carus fuit omnibus: illum
Non minus externi quàm coluêre ſui.
Sæpe peregrinis aliquis qui venerat oris,
Arctoï cupiens regna videre ſoli,
Huc delatus vbi floris ſpecioſa venuſtas,
Saxoniciq; nitens ſanguinis eſſet honos,
Aſpicit vt teneris robur velocius annis,
Ante ſuum pollens ingeniumq; diem,
Quaſq; audit, teneris res admiratus in annis,
Huic, inquit, virtus contigit ante diem.
Dumq; annos reputat ſecum, pariterq; vigorem,
Augurii ô, infit, ſint rata vota mei:
Quantus hic, attigerit ſi tempora plena iuuentæ,
Ceperit & regni frena, fauente Deo,
Quantus erit valido maturæ robore mentis,
In patriam meritis & pietate ſuam!
Vix vllo tantum ſe Miſnia tollet alumno,
Hoc maius laudis non habitura decus.
Pondus ineſt ſignis: Henricus languidus æuo,
Ad promiſſa diu ſidera carpit iter.
Tum vero totæ reſonant plangoribus vrbes,
Ac orbata ſuo Miſnia patre gemit.
Fit ſtrepitus tectis, concurrunt vndiq; ciues,

Et feriunt pauida pectora mœſta manu;
Iura ſilent, muſſat funeſto curia luctu,
Nec ſibi conſiliis ſed prece quærit opem.
Poſcitur ingenti procerum clamore manuq;
Mauricius patriæ qui ferat vnus opem.
Hunc oculis ſignant, digitis hunc vndiq; monſtrant;
Hunc adeunt precibus ſollicitantq; ducem.
Quid faciat, regni capiat ſucceſſor habenas?
At ætas tantum ferre grauatur onus.
Sed renuat? prohibent lacrumæ gemitusq; ſuorum,
Ac patriæ cunctis anteferendus amor.
Vicit amor patriæ gemitus valuêre precantum,
Vertice ſuppoſito grande refulcit onus.
O hominum mores, ô tempora plena malorum!
O tum quantus erat ſceptra tenere labor!
Horrida quaſſabat dirum Bellona flagellum,
A tergo luctus ſtabat & ante pauor.
Inuiſusq; pudor probitas deſpecta iacebat,
Contentum propriis viuere, crimen erat.
Vſq; adeò cunctas audacia ceperat vrbes,
Et veri ſpecies & maleſuada fames.
Hos inter motus medio flagrante tumultu,
Grande nefas nomen relligionis erat,
Quiſq, nouos cultus ſibi, numina quiſq; Deorum,
Fingebatq; nouum quiſq; ſalutis iter.
Ille tamen contrà tendens audentior ani-
Quam fragiles rerum conditioq; ſinit;
Commotum ſedat fundatis legibus orbem,
Auertitq; domi damna pericla foris:
Supplicioq; graui culpam, pœnisq; recidens,
Vix tandem reddit templa forumq; ſibi.
Interea dirum bello dat buccina ſignum,
Et raucum fundunt claſſica pulſa ſonum.
Vndiq; collectas cogit Germania vires,
Horriſonas contra quas parat ire minas.

Nam claſſem Arctoo ducens Solymanus ab Iſtro,
Vertebat reſides acer in arma viros.
Nec modo finitimos aciem cogebat in Hunnos,
Auſtriacos etiam diripiebat agros.
Scilicet his ſperans tandem ſub iura ſubactis,
Teutoniæ triſti ſubdere colla iugo
Mauricius, vix tum craſtenſibus vtilis armis,
Non dubitat feſſis addere rebus opem.
Tantum ſuadet amor patriæ, laudumq; cupido,
Carior & cunctis relligionis honor.
Pannonios vltro cum milite tranſit in agros,
Ponit & hoſtili Martia caſtra ſolo.
Surgite nunc humili tenues ex carmine Muſæ,
Grandiloqui vobis hic erit oris opus.
Iam memorare libet fortes ad prælia turmas,
Et laudata mei dicere facta ducis,
Quod ferro dederit Turcarum ſtragis aceruos,
Quos Orco cæſos miſerit ante diem.
Signa canunt, caſtris vtrinq; effuſa iuuentus:
Proruit, & ſtricti enſibus horret ager.
Bis Thraces inière ſuo certamina Marte,
Bis reiecti armis terga dedère fugæ.
Tertia ſed rurſus congreſſi in prœlia tandem
Impliciti noſtris conſeruère manus.
Tum verò totis concurrunt agmina campis,
Fit fragor & fuſo ſanguine terra madet.
Multa virûm paſſim mittuntur funera leto,
Nil parmæ, rapidi nil iuuat vſus equi.
Hoſtis vbi fractas aduerſo Marte cohortes,
Vix ægrè pugnam ſuſtinuiſſe videt:
Amplius hoc ſortem veritus tentare malignam,
Præcipiti mandat conſcia terga fugæ.
Quem leuibus comitatus eques Germanicus alis,
Diffugientis equum feruidus vrget equo.
Illo forte die ſacris operatus, ad aras,

Placârat vera relligione Deum,
Diuinis epulis paſtus potuq; refectus,
(Nos te hoc Chriſte modo participare iubes)
Mauricius:ſubitò fremitus cùm auditur,& hoſtes
Aduentare,duci nuncia fama refert.
Exilit ille,ferox generoſæ robore mentis,
Ac feſtinata corripit arma manu.
Arreptumq; inſcendit equum,neq; quanta ſequatur
Copia, nec quâ ſe præcipitanter agat,
Virtutis patitur curare improuidus ardor,
Sic hoſtile ruens tendit ad agmen iter.
Quò ruis,ô nimium princeps oblite tuorum?
Siſte gradum,virtus pernicioſa tibi eſt.
Dulce viris decus eſt,primo certamine partum,
Sed decus hoc multis triſtia fata tulit.
Siſte gradus,hoſtiq; nimis ne crede ſceleſto,
Fraude perit virtus,perfida tela caue.
Quid moror?inuerſum retrò coit agmen in vnum
Turcarum,vires agglomeratq; ſuas.
Non dextra iuuenis,non torta ſufficit haſta,
Obruitur multa vis animoſa manu:
Ferrea nec tolerant crebras iam tegmina plagas,
Conſilii iam ſpes auxiliiq; cadit.
Non tamen inſultum hunc hoſtes impune tulerunt,
Pannoniæ quorum terra cruore madet.
Dum trepida hæc fiunt promiſcua prœlia pugna,
(Heu mihi quo mea iam corda timore tremunt!
Quo pauet hæc horrere animus referentis,& ante
Nunc quoq; habent oculos illa pericla ſuos!)
Excutitur dux noſter equo,externamq; repentè
Plangit humum,nec ſpes iam ſuper vlla fugæ,
Nec virtus patitur dare terga.En cominus vnus
Aſſiſtens,ſtratum protegit vſq; ducem.
Aſſecla Mauricio qui ſtrenuus hæſerat vnus,
Ipſe pedes,Domini ponè ſecutus equum,

Nobilis

Nobilis antiqua de Miſnide gente Ribiſſus,
Sed virtute magis nobilis,atq; fide:
Ictus dum Gethicæ corpus transuerberat haſtæ,
Et tranſit ferri,ferrea cuſpis,opus.
Interea campi palantes æquore turmæ,
Per iam confuſi prœlia Martis eunt,
Ductoremq; ſuum tenui diſcrimine leti,
Incluſum mediis hoſtibus eſſe vident.
Ergo ceu torrens vndis pluuialibus auctus,
Per ſata,per campos impete rumpit iter:
Sic vbi delapſum medius proſpexit in hoſtes
Mauricium,iuuenum fortis ad arma manus,
Ferro limitem agit, ſæuum glomerata per agmen,
Et gladio late proxima quæq; metit.
Hac ſimul & dux incolumis ſeruatur,& alter
Tollitur,inq; Ducis caſtra relatus obit.
Illos namq; globus cernens ruere hoſticus in ſe,
Et formidato fulmen ab igne timens,
Reiectatq; abiens parmas,prædamq; relinquit,
Neſcius hic quæ ſit præda relicta ſibi.
Si conſtet. non mors,non vincla parata repellant,
Captores tanti quin ducis eſſe velint.
Cuius apud Gethicas iamdudum illuſtria gentes
Nomina erant,gelidi nomina plena metus.
Sed fugit tunc pulſa cohors inimica fuitq;
Opportuna,citum quam tulit agmen opem.
Hanc veſtram,æternus,fortiſſima pectora laudem,
Hoc meritum voluit ſcilicet eſſe DEVS:
Vt ſuper & patriæ.& rebus communibus eſſet
Inuicti virtus,& pia dextra Ducis.
Vos liquet adduxiſſe Deum,præbere iubentem
Tunc indefeſſas ad ſua iuſſa manus.
At te pro Domino promtum non parcere vitæ,
Quæ celebris digno carmine Muſa canet?
Te,dum Miſniacæ florebit rura coronæ,

Digitized by Google

Albis & vndoſis in mare curret aquis,
Saxonicæ lambens ripas ditionis ab ortu,
Hinc obiens fluctus vltima Tethy tuos:
Et ciues meritis ornabunt laudibus omnes,
His bonus & terris aduena quiſquis erit.
Dicet &, audito geſtarum hoc ordine rerum,
Nunc etiam eſt obita morte probata fides.
Hæc tum Mauricio fuerant præludia Martis,
Tale rudimentum tiro ſub hoſte dedit.
Experto poterat non vltra credere Marti,
Et patria poſthac delituiſſe domo:
Non tamen experto metuit ſe credere Marti,
Et ſtimulos addunt facta priora nouos.
Cæſarei ſequitur mox vltrò militis agmen,
Carolus in Belgas tunc tulit arma truces.
Dicere difficile eſt huius quæ tempore belli,
Miſcuerit forti prœlia ſæpe manu.
Teſtis, Celtarum Belgas qui diuidit oris,
Decolor in tanta Sequana cæde fluens.
Teſtis natorum funeſto Gallia luctu,
Bis noſtri contra quæ ſtetit arma Ducis.
Dixerit hæc, va idam quo turbine torqueat haſtam,
Et ſtricto victor quolibet enſe ruat.
Nos alias hinc ad pugnas, belliq; labores,
Geſta libris mandans Calliopea, vocat.
Quid priſcam motus referam Brunonis ad vrbem,
Henrici duram Principis atq; manum?
Dixerat ille aliquid magnum, noſtriſq; cruentum
Sedibus exitium, ſæpe minatus erat.
Nec magnis aberant vires & pondera verbis,
Nec deerant grauibus ſtrenua facta minis.
Grandibus euentus tantùm non abforet auſis,
Nec diſpar animo ſors maleſida foret:
Obuius haud illi quiſquam ſe impune tuliſſet,
Seu pedes pugnam, ſeu magis iret eques.

Hic

Hic animi fidens, ſociiſq́ ferocior armis,
Marte laceſſebat regna quieta ſuo
Heſſum præcipue: dolor hunc priuatus in Heſſum,
Et pudor & rabies miſta pudore rapit.
Iungit opes ſocero dubio diſcrimine rerum,
Mauricius. belli fœdus & ipſe ferit.
Iamq; acies ſtabant ferro mortiq; paratæ,
Tympana iam pugnæ ſigna cruenta dabant.
Cùm medius veniens Brunſuigos inter & Heſſos
Dux noſter gladios condere quenq; iubet.
Nec mora pacatæ coëunt in fœdera dextræ,
Et melior finit concita bella quies.
Vix dum condiderat ferratis prœlia portis,
Qui ſe laudari nomine pacis amat.
Heu ſcelus, heu miſeros vexat diſcordia ciues,
Et ferri in patriæ viſcera vertit amor.
Quis furor ô ciues, quò ſigna minantia ſignis
Fertis? quò telis obuia tela volant?
Immanem non iſta petunt (abſiſtite) Turcam,
Quò ruitis? veſtro tincta cruore rubent.
Hic tibi ſi cauſſam, Maurici, demere belli
Aggrediar, patriæ non tibi durus ero.
Quid demam? belli nihil ad te pertinet huius
Cauſſa, nec arbitrio eſt res ea geſta tuo.
Scrutantur Regum neq; noſtræ arcana Camœnæ,
Perq ſuos agitant florida prata choros.
Vmbras & nemorum ſectantur, amœnaq; tempe,
Et fontis liquidas exilientis aquas.
Iudicis eſt, vt res, ſic rerum expendere tempus,
Nec tempus, nec res ſunt mihi nota ſatis.
Hoc notum eſt, noſtrum qua fortia ceperat arma,
Hac ſeruaſſe manu ſeq; ſuosq; Ducem.
Si quis plura putat ſe ſcire, & poſſe referre,
Quem teneat narrans, huic ego cedo locum,
Si quid & obtrectans virtuti garrula lingua,

Quod ſpeciem prob[illegible] poſſit habere, iacit:
Nil moror inuidiæ præſenti tempore morſus,
Inuidiam virtus incluta ſemper habet.
At ventura feret ſuffragia rectius ætas,
Et cauſſæ iudex æquior huius erit.
Deſine, liuor edax famæ laudiſq; bonorum,
Rodere magnanimos poſt ſua fata viros.
Iſta Ducis titulos noſtri facta omnia iuſtos,
Et virtutis habent, & pietatis habent.
Præmia ſunt duplicatus honor, nomenq; tributum.
Inter ſeptenos imperii proceres.
Nunc age contractæ rurſum laxentur habenæ,
Et ſpatio pergant liberiore rotæ.
Hæc belli finis: nunc remis fortius vtar,
Vt tangam portum quò mihi curſus erat.
Eſt vrbs, Albi tua genitor contermina ripæ,
Incluta diuitiis & generoſa viris.
Magnus Otho poſuit, (memor eſt pro teſte vetuſtas)
Ac de virginibus nomen habere dedit.
Principis hæc noſtri poſtillà cingitur armis,
Et patitur longas milite clauſa moras.
Dum verò miſeros deſcendunt mœnia ciues,
Et quæſita diu copia Martis abeſt:
En alibi metuenda vago furi[illegible] agmine turba,
Atq; minis vndas terret, Hauele, tuas.
Quis tantam glomerare manum, caſúsne, furorne
Suaſerit, in dubio nunc quoq; fama labat.
Acer erat belli metus at ductore carentes,
Collectos ſubitò diſſipat ille greges.
Interea duodena ſemel ſol aſtra recenſet,
Alter & exacto tempore menſis abit.
Mortis alumna fames totam graſſatur in vrbem,
Et ieiuna ſuo viſcera dente premit:
Vna ſalus victis inopes recludere portas,
Et dare victoris colla premenda iugo.

Spes

Spes haud parua viris, quod quantùm ſæuus in armis
Deuicto tantùm mitis in hoſte foret.
Spem probat euentus, venia mox ille rogantes
Proſequitur, nec trux ſuſtinet eſſe magis.
Vtile, victoris fecit clementia, vinci:
Sæpius & victis profuit illa viris.
Hæc etiam capta factis tum claret in vrbe,
Et gratum victos ciuibus eſſe facit.
Cæſare finitum quod geſſerat auſpice bellum,
Dux alacris ſemper Cæſaris arma ſequi,
Excipit alterius rurſum magis horrida Martis,
Terrorisq́ magis ſæua procella, noui.
Pectora Mauricium mordacibus anxia curis,
Has inter quis res non habuiſſe putet?
Carole, durus eras, Mentem promiſſa fatigant
Magnanimi, & virtus officioſa, Ducis.
Quid faciat? rerum dominos armisné laceſſat?
Hinc fas, hinc belli damna timenda vetant.
At ſoceri vitam caſu non ſeruet in arcto?
Non ſinit hoc pietas, pollicitiq́; fides.
Multa mouens animo; curarum fluctuat æſtu,
Nec iam quid fugiat, quidúe ſequatur, habet.
Qualis vbi ſæuis turbantibus æquora ventis,
Cùm fugis ex oculis condita nocte dies:
Non habet exactum rector, quò lintea tendat,
Et ſtupet ambiguis ars ſuperata malis.
Talia verſanti vix hæc ſententia ſedit,
Hanc illi tempus, resq́;, locusq́; dabant,
Admonitu reuocare ſuo tibi, Carole pactum,
Cuius apud ſocerum ſponſor & obſes erat.
Nec mora Sueuiacam cum milite tendit ad Vlmam,
Et capit Alpinis ardua clauſtra iugis.
Succeſſuq́; pari pontem delatus ad Oeni,
Digreſſu vacua Cæſaris vrbe manet.
Nec iam cedentem ſequitur, ſed fortis in armis,

Arma piæ compos ponere pacis auet.
Ille quidem domito iam poſſet ab hoſte reuerti,
Sed mauult animum perdomuiſſe ſuum.
Victorem viciſſe animum victoria bina eſt,
Quæ datur hinc omni ſanguine palma caret.
Æacidæ celebrem meruit clementia laudem,
Dardanii lacrimas terſerat ille ſenis.
Fortis & exequiæ præclari funeris, ipſa
Emathii iuuenis nomen ad aſtra ferunt.
Queis ego Mauricium cœlo queis laudibus æquem,
Arma cui pietas excutit, arma fides!
Heu mihi, quod nec habent magnū mea carmina pōdus,
Nec teneri exæquant grandia facta modi,
Non ego Titanas mallem, nec diruta Marte
Pergama nec Cadmi mœnia verſa ſolo:
Quàm tua, Maurici, præconia dicere verſu,
Inq; meo hæc pietas carmine prima foret.
In manibus tunc ipſa tuis victoria ſtabat,
Sed tibi victrices temperat illa manus,
Hîc vbi facta quies armis, enſesq; remoti,
Rex Fernande, tui fœderis auſpicio.
Pannonium verſo mox agmine fertur ad Iſtrum,
Materiam iuſtæ cædis ab hoſte petens.
Protinus in ripas iuuenum manus emicat ardens,
Primus & hoſtilem Dux pede preſſit humum.
Nuſquam Turca ferox, nuſquam vis effera gentis
Biſtoniæ & curſu vincere doctus eques.
Sed velut imbelles, viſo prædone, volucres
Dum liquido carmen gutture dulce ſonant,
Mox tacitæ pennas quatiunt auraſq; fatigant,
Alarum tegitur condita nube dies:
Sic vbi Teutonicam caſtris deſcendere pubem,
Improbe Turca tibi nuntia fama tulit,
Et iam lux oculis armorum affulſit, & alta
Emicuit noti vertice criſta ducis:

Quò

Quò pauor & rerum cogit ſors, ilicet hoſtis
Retro conuerſum territus vrget iter.
Spes erat æratas Gethico terrore repulſo,
Bellorum claudi poſſe deinde fores.
Iamq; patri celebres agitabat mente triumphos,
Vix capiens tantum patria læta bonum.
Templaq; pacatæ ramis velabat oliuæ,
Et verno latam flore tegebat humum:
Cùm diris iterum miſceri cædibus orbem,
Non rumor, ſed iam certior auctor ait.
Legatuſq; ſuper Pegneſidos aduolat vrbe,
Qui duram propero tempore poſcat opem.
Ille diu reputans, quid ſi fortuna ſequatur,
Effectum cœptis his velit hoſtis atrox.
Et quid finitimæ, propriæ quid referat oræ,
Creſcentes reprimi fortiter enſe minas:
Oratam promittit opem, nec ſegnis in hoſtem,
Vtilior patriæ quàm ſibi, bella parat.
Eſt arx, (ſeu ratio dedit hoc, ſeu numinis ira,
Omen ineſt certè) nomine Peina ſuo.
Quam propter Linus non amplis flexibus errat,
Et vicina ſuo flumine prata rigat.
Prata colunt Angriuarii, gens aſpera bello,
Sed premit alterutrum frondea ſilua latus.
In medio planus lato patet æquore campus,
Et glebæ diues fertilioris ager.
Hic vbi pro patria medios fert pectus in hoſtes,
Rebus & acciſis ferre laborat opem:
Heu mihi, telorum nubem dum ſuſtinet omnem,
Non expectato vulnere, victor obit,
Dum ſubit infauſti primus certamina Martis,
Ah dolor, æratæ fulmine glandis obit.
Quid querar? vnde petam diri primordia luctus?
Ergo iaces, patriæ duxq; paterq; tuæ!
Nec tua te pietas immani liberat Orco,

Nec

Digitized by Google

Nec rapit immiti ſtrenua dextra neci!
Infracto tu corde iaces, firmuſque iuuenta,
Inſignis forma corporis ille iaces!
Hoc erat, hoc certè, (mens ô non læua fuiſſet)
Sanguineas ſtillans æthere nimbus aquas.
Hoc Titanis erat pollutus ſanguine vultus,
Ille tuus, Princeps inclute, ſanguis erat.
Hoc erat armorum ſonitus, clangorque tubarum,
Et qui ſidereo venit ab axe fragor.
Scilicet hæc inſtare minis portenta monebant,
Naturæ facies queîs ſpoliata fuit.
Siſtens amnis aquas, & motu terra dehiſcens,
Mugituque replens Solis vtranque domum.
Hæc nobis rabieſque canum, planctuſque volucrum,
Venturi luctus nuncia ſigna dabant.
Hæc & cornipedum fremitus ſub tempora noctis,
Hic vbi poſt rabidas conſeruêre manus.
Line tibi venas excæcet limus in vndis,
Et Sol ſit rapidus, ſiccaque ſemper hyems.
Nunquam legitimum curras aut nobile flumen,
Nec ripæ agnoſcant prætereuntis aquam.
Et tu purpureo tellus ſaturata cruore,
Vraris nimia nocte dieque ſiti.
Non tibi ros herbam, non vtilis educet imber,
Et nullum iacto ſemine germen agas.
Infelix in te lolium, lappæque tenaces,
Et tribuli obducant ſentibus arua ſuis.
In te namque meus crudeli vulnere Princeps
Corruit, & pulcro ſanguine ſparſit humum.
In te magnanimi, duo belli fulmina, Guelfi:
Fortiter ante ſuum procubuêre patrem.
In te conſpicuus, ductor Leoburgius, armis,
Sanguineo moriens ore momordit humum.
Tu florem iuuenum carpſiſti, munere mortis
Hanc patriam nobis qui peperêre ſuæ.

Quid!

Quid querar? vnde petam diri primordia luctus?
Quis mihi plangenti triſtia verba dabit?
Ergo iaces,& Parca fidem ſic ſeruat iniquam,
Saxonicæné domus illa columna iaces?
Quo lapſura ſuam iam fulciet ipſa ruinam,
Cuius Atlas,vita dum frueteris, eras?
Quæ porrò miſeris reſtat fiducia Muſis,
Quæ Mecænatem te coluêre ſuum?
Ecquid enim nobis opus eſt extendere dictis,
Quis ſit ab hoc ſtudiis conciliatus honor.
Inter Hamadryadas Philyre quæ maxima Nymphas,
Sæpe ſolet comitum grata referre choro.
Leucoreæ celebrant quæ cantibus Heroinæ,
Albinæque ſuo Myſides ore canunt.
Tyrigetumque Salas memorat quæ rector aquarum,
Et muſco impexus Molda virente caput.
Quò Graio doctas attraxit ab orbe ſorores,
Impendens ſtudiis otia grata bonis.
Muneribuſque ſuis & honoribus auxit egenas,
Quæque colant profugis ampla Lycea dedit.
Sic de venturo meritus præclarius æuo,
Commoda ſic noſtris vberiora ferens,
Victor ab Heſperiis quàm cùm Tirynthius hortis,
Rettulit ad patrios aurea poma lares.
Ergo nec immemores, poſt funera, Mecænatis,
(Funera Pieriis heu lacrimoſa choris)
Illius querulo deplorant carmine mortem,
Quale gemens Itylum Daulias ore canit.
Aut ad Mæonii ſinuoſas fluminis vndas,
Deficiente cadens gutture cantat Olor.
Nulla choros ducit, nec tangit pollice chordas,
Nec ſolita flauas fingit ab arte comas.
Lamentis ſed cuncta replent loca, cuncta querellis,
Et triſtes luctus angulus omnis habet.
Flumina iamque pater lacrumarum mittit Eliſter,
Alueus

Alueus adiectas nec capit intus opes.
Atq; aliquis curuæ ſpatians in margine ripæ,
Aucta repentinis vt vada cernit aquis.
Cur, ait, increuit iuſto ſpacioſius amnis,
Nec metas intra ſerpit vt ante ſuas?
At certè (memini) multis haud lucibus vllus
Decidit effuſis nubibus imber aquis.
Sic ait, & fracta gemitus agnoſcit in vnda,
Quales Halcyonum littora rauca ferunt.
Quid moror? omnis eum ſexus gemit, omnis & ætas,
Fœmina, vir, iuuenes, cum pueriſq; ſenes.
Omnibus vnus amor flendi: quin aggemit ipſa
Relligio, ſacras dilaniata comas.
Aggemit, & grandem vultu profitente dolorem,
Præſidium, clamat, noſtrum vbi tutor abes?
Plurima nempe in eo perierunt: vota bonorum,
In dubiis patriæ non dubitata ſalus,
Muſarum columen, ſacræ tutela cateruæ,
Gloria Myſorum, Saxoniæque decus,
Vrbis honos, duro caput inſuperabile bello,
Heu quanto multis mors ſtetit vna ſemel!
Sed, quid ego longas duco ſermonibus horas?
Hæc vltra metas tracta querella fuit.
Iam mea ſedulitas aures læſura politas,
Crimen apud multos garrulitatis habet.
Parcite, & hanc noſtro veniam date, quæſo dolori,
Si mea plus iuſto garrula Muſa fuit.
Finitura ſuas iamdudum erat illa querellas,
Sed vetuit miſeram claudere verba dolor.
Ille domat fortes illo mens obruta neſcit
Quid deceat tantis fluctuat vſque malis.
Ille magis ſolito querulos facit atq; loquaces,
Arbitriiq; homines non ſinit eſſe ſui.
Quin etiam rerum grauitas immenſa, nitorq;,
Sermones iuſſit longius ire meos.

Ecquis enim breuibus poſſit comprendere dictis,
Inclyta tot bello geſta, tot acta domi?
Et nondum primos impleet mihi debitus annos
Spiritus, & mentis non mihi robur ineſt.
Quicquid id eſt, culpæ vos huic prætendere par eſt,
Primitiaſque boni conſuluiſſe meas.
Tu quoq; ſancte pater patriæ, digniſſime Princeps,
Has laudes gratæ pignora mentis habe.
Has tibi cum lacrumis violas, hæc lilia ſpargo,
O venerande mihi terq; quaterq; cinis.
Hæc tibi ſpargo tuus (ſi quid cognoſcis) alumnus,
Sordeat hic parui ne tibi ruris honos.
Salue Dux generoſe, heros fortiſſime ſalue,
Salue perpetuum, perpetuumque vale.
Tu nunc ſuppoſito pedibus ſublimior orbe,
Lux ingens aſtris conſociata, micas.
Heroaſque vides priſcos, & cerneris illis,
Almaque ſecuræ gaudia pacis agis.
Nos orbi duce te, duce te victore caremus,
Et lacrumis noctes condimus, atque dies.
Nec luctu vacuos tenebris aurora fugatis,
Nec videt atratis fulgidus Heſper equis.
Non ſecus ac ſocia viduatus compare turtur,
Quam leuis incautam miſit arundo neci,
Non viridi gaudet ramo, non gramine læto,
Nec liquidi dulcem fluminis haurit aquam,
Sed querulo raptos gemitu teſtatus amores,
Lugubri ſolos carmine complet agros:
Sic tecum noſtræ perierunt gaudia mentis,
Quæ tuus (heu nobis) nuper alebat amor.
Tu ſpes vna tuis. Poſtquam te fata tulerunt,
Triſte ſonant vrbes, ruraq; ſquallor habet.
Forſan & hic totum luctus traheretur in æuum,
Et modus hic vitæ triſticiæq; foret:
Ni releuet noſtros, Dux illuſtriſſime, caſus.

Succeſſor

Succeſſor tituli nobilis ille tui.
Hunc noſtris hunc deme malis, ſolatia prorſus
Demſeris & reliquum quod modò reſtat opis.
Quàm bene conſuluit genti Deus optimus orbæ:
Mauricius mortem ſoſpite fratre ſubit.
Numina ſi nobis illum non æqua negârunt,
Et ſors fatorum nos ea lege tulit:
Non erat Auguſto, germano dignior hæres,
Cui melius ſceptri tradita cura foret.
Auguſto, Diui renouat qui nomina regis,
Et fraternum auget per ſua facta decus.
Augeat ipſe diu: quanquam (ſi funere funus
Æquata Lacheſis pendere ſorte ſinat.)
Morte ſua fratri mallet reparare ſalutem,
Soſpes vt hoc patriæ ſoſpite terra foret.
Et nunc ereptum patriæque ſibique, ſub vmbras
Proſequitur lacrumis, officiiſque ſuis.
Heu pietas, heu priſca fides! cur luce fruentem
Non datur huic grato proſequi amore ſuum?
Iamque retractando nondum coëuntia ſentit,
Defuncta rumpi vulnera matre ſibi,
Qua fecunda magis non extitit vlla parentum,
Tot bona per partus quæ dedit vna duos:
Mauricium, duro caput inſuperabile bello,
Auguſtumque, togæ grande forique decus.
Femina Teutonicas inter celeberrima matres,
Ambiguum natis clarior, anné viro.
Clara viro, natis genitris & clara duobus,
Nec nurus Alberto diſſimulanda patri.
Sed nunc hæc aliis memoranda relinquere cogor,
Expatiata ſatis iam mea Muſa fuit.
At tu, quia patriæ reſtas, Auguſte, labanti,
(Sic precor huic columen longius eſſe queas)
Parce tuam luctu nimiùm quaſſare iuuentam,
Non eſt hæc pietas officioſa tuis.

Quid

Quid manes vrges lacrumis? bene contigit illis;
  Impius his fueris, cùm pius eſſe voles.
Quid fratrem deceat Mauricii, conſule tecum,
  Cui lacrumas fundas, conſule quæſo, tuas.
Si nunc has remeet tumulò rediuiuus in auras,
  Non tibi ſic, dicet, frater amandus eram.
Non eadem plebemque decent, rerumque potentes,
  Pectus amat populis altius, altus honor.
Quid facis? haud iſtos poſcunt hæc tempora luctus,
  Iuſtior imperii te modò cura manet.
Nunc ſua commendat tibi pignora Myſia tellus,
  Nunc implorat opem Saxonis ora tuam.
Fungere fraternis vicibus: domus vtraq;, fratre
  Extincto, cœpit nunc onus eſſe tuum.
Quod ſi fortè doles, doleas ſine teſtibus illis,
  Publicus euadat ne tuus ille dolor.
Ad te oculos ad te cuncti conuertimus aures,
  Quilibet ad vultum ſtatque caditque tuum.
An propiore aliquis tangetur imagine facti,
  Quàm ſi Germani Principis edis opus?
Ede opus Auguſto non impar; atque dolores
  Infragili cordis robore vince tui.
Cauſſa perorata eſt. lacrimantes ſurgite teſtes,
  Hìc dolor, hìc luctus flebile ſiſtat opus.
Tu verò rerum Deus, ô immenſa poteſtas,
  Quem vitæ penes eſt arbitriumq; necis:
Auguſti ſerua nobis, tua munera, vitam,
  Mauricii orba ſatis patria morte fuit.
Mauricio fuerit ſatis orba nec altera rurſus
  Funeſtet miſeram cauſſa doloris humum.
Compleat ſuos & fratris compleat annos,
  Et ſoboles ſaluo cum patre ſoſpes agat.
Noſtra ſub his ætas ducibus, vetus induat aurum,
  Ne ferri maneant triſtia ſigna ſuper.
Et, redimita caput ramis frondentis oliuæ,

Nn Pax

[redacted]

Digitized by Google

Pax villas, vrbes, templa, ſcholaſque colat.
Pacis amans Deus eſt, floret Reſpublica pace,
Pace vigent artes, pace coluntur agri.
Euentura precor, vos ô procul arma, tubæque,
Ite, dein melior vomeris vſus erit.
Ite: Deus longum nobis lenire dolorem
Dum volet, Auguſto Principe, læta dabit.

Memoriæ Anniuerſariæ Mauricii, Ducis Saxon. Elect.

PRincipe viſa diu forti Germania felix,
Iam tibi fortunæ gloria talis abeſt.
Antè triumphali cingebas tempora lauro,
Quæ modò inornatis es miſeranda comis.
Victori lætos ducebas antè triumphos,
Cui nunc exequias officioſa facis.
Antè tuis reducem captabas obuia palmis,
Nunc eius tumulo corpus inane foues.
Plauſibus antè tibi gratantûm templa ſonabant,
Quæ nunc plangentûm tota dolore gemunt.
Nanq; tuæ cecidit decus & tutela ſalutis,
Inuida Mauricium fata tulêre tuum.
Fata tulêre tui corpus mortale parentis,
Nec tamen & famam fata tulêre viri.
Mauricii laudes quæ neſcit Principis ætas,
Sublimem tellus quâ videt alta polum?
Vt tiro, nec dum Martis ſat idoneus armis.
Verterit in turpem Turcica caſtra fugam.
Spreuerit vt cunctos pro relligione labores,
Dum patriæ quæuis aſpera vincit amor.
Non huic Biſtoniæ gentis nocuêre ſariſſæ,
Gallia non contis ſanguinolenta ſuis.
Illam Pannonia nam Marte fugauit ab vrbe,
Huius ſub Carolo Cæſare fregit opes.
Horrida Saxoniæ Brunſuigus bella mouebat,

Non minor intrepido pectore, ſorte minor:
Brunſuigium noſter ſedat ſine cæde tumultum,
Nec madet hoc illud Marte cruore ſolum:
Signa ſed Albiacas infert cùm Cæſar in oras,
Cæſareis iuſſas impiger addit opes:
Auguſtæ, cuius nutu ſub mœnibus altis,
De ſeptem factus pars fuit vna viris.
Vrbs iacet Albi tuæ genitor contermina ripæ,
Quæ de virginibus nomen adepta gerit.
Illa Ducis noſtri bis ſeptem milite menſes
Cincta . graues perfert obſidione moras.
Dum verò belli pendet fortuna, nec hoſtes
Ferre iugum. noſtri nec dare terga volunt:
Pellit ad Hauelum vacuas ductore cohortes,
Otia ne ſegnis noxia miles agat.
Interea portas hoſtes & mœnia pandunt,
Quos in tutelam ſuſcipit ipſe ſuam.
Scilicet vt reliquis generoſo pectore maior,
Lenior in victis ſic quoque victor erat.
Res fortuna hominum mutat. caſuſque reuoluit,
Et firmum toto permanet orbe nihil.
Sola ſtat ad cunctas virtus immota procellas,
Magnanimo turpis neſcia corde metus.
Vix tum bellacem vagina receperat enſem,
Pro ſocero pietas & nouat arma fides.
Occupat Alpini firmiſſima mœnia clauſtri,
Mœnia mortales quæ poſuiſſe neges.
Magnanimo ſatis eſt hoſtem viciſſe leoni,
Cetera crudeli parcere cæde ſolet.
Mauricio ſatis eſt ſocerum ſoluiſſe catenis,
Nec tentare fero cetera Marte cupit.
Arma ſed Iſmarii conuertit in agmina regis,
In ſe verſa fugit Thracius arma latro.
Tandem ferre piam patriæ dum rebus in arctis,
Vtilior patriæ quam ſibi, pergit opem:

Heu dolor atq; decus, medios animoſus in hoſtes:
  Dum ruit accepto vulnere victor obit!
Victor obit, præſtans armorum laude, togatæ
  Munere non vllo militiæq; minor.
Crebra licet dextra peragantur bella Mineruæ,
  Non minus Aoniis artibus illa vacat.
Mauricius quamuis ætatem duxit in armis,
  Non minus Aonias fouit amore Deas.
Scilicet id loquiturq; Salas, & flauus Eliſter,
  Et cum Muldanis Albis Eous aquis.
Hic vbi Pierides habitant Helicone relicto,
  Noſtraq; pro Graio flumina fonte bibunt.
Sed prius Heſperias Phœbus deſcendet in vndas,
  Ac iuga purpureis gemmea demet equis:
Illius quàm ſumma ſequar faſtigia rerum,
  Non ſi Mœoniam det mihi Muſa lyram.
At tu, flere tuum, Germania, deſine patrem,
  Deſine, mandantis mens fuit iſta DEI.
Quod iubet ille, tibi non eſt contemnere tutum,
  In famulos Dominus ius habet ipſe ſuos.
Forſitan & iuſtam peccatis motus ad iram,
  Eripit inſignes, munera magna, viros.
Ingratoq; parat maiora pericula mundo,
  Qui verbi ſpernit dogmata ſacra ſui.
Ergo tuos potius caſus, tua funera plange,
  Quàm fatale pii Principis exitium.
Ille quidem ſanctos agit inter gaudia cœtus,
  At te ærumnarum quanta pericla manent?
Vera cano, ſed nulla fides eſt vera canenti,
  Infauſtum tanti mors ducis omen habet.
Et, ne plura querar, (ſunt pondera nanq; querellis
  Nulla) mihi proprio vulnere teſtis eris.
Sunt tamen Auguſto capias quæ gaudia ſaluo,
  Ipſius eſt, expers ne videaris, opus.
Qui velut imperii fratri ſucceſſit honore,

Illius

Illius hæredem ſic quoq; laudis agit.
Solus dum profugis ſua Muſis atria pandit,
Ac veræ curam relligionis agit.
Hunc tibi Neſtoreos Deus vt conſeruet in annos,
Ardentes toto pectore funde preces.
Sed labem vitæ præ cunctis tolle prioris,
Quo ſine placandi ſpes tibi nulla DEI.
Sic tibi ſupplicium quod numinis ira minatur,
Effugient iunctæ cum pietate preces.

LIBER II.

De obitu Georgii Fabricii.

ET ſine teſtibus hic locus eſt, aptuſq; gementi,
Et ſtridens lacrumis aggemit aura piis.
Hic impune loquar, quæ vis infanda doloris
Suggeret in luctus verba coacta mihi.
Vos tantùm, Muſea, meas audite querelas,
O loca fortunæ conſcia ſola meæ.
Vnde ſed infauſti capiam primordia planctus?
Anxius in voces ibit & vnde dolor?
Ipſe mone, ius huius habes qui carminis vnum,
O Fabrici, cuius carmine fata gemo.
Nam ſine te pudor eſt Muſis Helicona mouere,
Nullas Pimpla mihi te ſine fundet aquas.
Tu mihi Phœbus eras, ſed erat tibi Phœbus, Ieſus:
Qui tua cœligenis ora rigabat aquis.
Hunc tua, non Tegeæ nec Dirces nôrat alumnum,
Pagina, ſacra Deo, nomine plena Dei.
Numina non vatum, decima cum Pallade Diuas,
Et quos vanæ Deos turba, Deaſq; colit.
Tu mihi numen eras. (Pietas permitte fateri)
Quæ fluit, illa tuo venula fonte fluit.
Quàm vereor, ne mox dolor hanc oblimet, inerti
Excæcante vias, aut inhibente ſitu.

Ipſius indomiti metuebant verbera virgæ,
Ponebantq; animos hoc moderante feri.
Ipſius ad nutum, nullo terrente flagello,
Muneris vrgebant debita iuſſa boni.
Hunc patris obſequio reuerenter habere ſolebant,
Huius & offenſas ducere grande nefas.
Huius pendebant cuncti narrantis ab ore,
Mellifluos quoties funderet ore ſonos.
Hyblam manantis linguæ, manantis Hymettum,
Manantis rorem, lactea Suada, tuum.
Huius inexhauſto cuncti de fonte bibebant,
Artis, & omnigenæ cognitionis aquas.
Seu quis, Sulmo, tui compeſcere fluminis vnda,
Siue tuo, Minci, quæreret, amne ſitim:
Siue quis Arpino perfundere labra liquore,
Eloquii ſitiens diuitioris opes,
Socratica cuperet ſeu fortè madere Minerua,
Aut Logices hauſtu pectus habere ſatur.
Ille velut vario prorumpens ore Timauus,
Multifidoq; rigans gurgite Nilus agros:
Multiplices vno fundebat pectore riuos,
Sufficiens largas omnibus vber aquas.
Hauſerat irrigua Pataui aquas hoſpes in vrbe,
Dum, Bonamice, tuo proluit amne ſitim.
Fallor? an has ipſi dotes promiſit ab ortu,
Stellarum in cunas officioſa fides.
Naſcenti quando dextrùm riſêre gemelli,
Progenies Ledæ, progeniesq; Iouis.
Quiq; ſuos illis præbebant comiter ignes,
Atlantisq; nepos, Aſſaraciq; nurus,
Affulgensq; poli media de parte ſereni,
Iliaden gremio Cynthia nacta ſuo.
Ruricolæq; rotans agitans per cornua Titan,
Atq; premens ſolii Iuppiter alta ſui.
Hinc dulcis lepor, & felix opulentia linguæ,

Hinc vires dictis, pondera rebus erant.
Hinc vſus rerum, veteriſq; tot eruta ſecli,
Cognita priſcorum tot monumenta virûm.
Artibus hinc variis excultum pectus,& omnes
Didita per terras gloria,fama,decus.
Gratia magna DEO, primis qui protinus annis,
Luminis aſpexit me meliore nota.
Non modò Fabricio darer vt formandus alumnus,
Colloquio fruerer ſed propiore viri.
Quo neq; maluerim, quicquid locupletibus vndis
Deſpumat fului ripa beata Tagi,
Nec quod thuriferis Panchaïa mittit arenis,
Aut Erythræa cauo tegmine concha gerit.
Is mihi tradebat præcepta ſalubria vitæ,
Arcens à vitiis,& facienda monens.
Is mihi pandebat doctas, quas nouerat, artes,
Sedulus ingenii cultor,amansq; mei.
Ille meis dubia quaſſatis ſorte malorum
Confugium Muſis ille leuamen erat:
Pars mihi laudis erit ſub te didiciſſe Magiſtro,
Iuncta quibus deceat claudere verba modis.
Seu ſit opus facili verſus tenuare Thalia,
Altius heroo ſeu pede ferre caput.
Seu citharæ neruis numeros aptare ſonoros,
Plenaq; Pindaricæ plectra mouere lyræ.
Queis tibi quo meritis, dum ſpiritus hos reget artus,
Sole nouo grates,& fugiente canam.
Fortunata nimis,Caſco contermina monti,
Mœnia, de fluuio nomen adepta ſuo,
Saxonis auſpiciis quondam celebrata Lotharii,
Nuper & Agricolæ nobilitata libris.
Mœnia fortunata nimis, nimiumq; beata,
Tam clarum terris quæ peperêre decus.
Eximii quæ viderunt cunabula Vatis,
Matris & exceptum ſuſtinuêre ſinu.

Digitized by Google

Ipſius indomiti metuebant verbera virgæ,
Ponebantq; animos hoc moderante feri.
Ipſius ad nutum, nullo terrente flagello,
Muneris vrgebant debita iuſſa boni.
Hunc patris obſequio reuerenter habere ſolebant,
Huius & offenſas ducere grande nefas.
Huius pendebant cuncti narrantis ab ore,
Mellifluos quoties funderet ore ſonos.
Hyblam manantis linguæ, manantis Hymettum,
Manantis rorem, lactea Suada, tuum.
Huius inexhauſto cuncti de fonte bibebant,
Artis, & omnigenæ cognitionis aquas.
Seu quis, Sulmo, tui compeſcere fluminis vnda,
Siue tuo, Minci, quæreret, amne ſitim:
Siue quis Arpino perfundere labra liquore,
Eloquii ſitiens diuitioris opes,
Socratica cuperet ſeu fortè madere Minerua,
Aut Logices hauſtu pectus habere ſatur.
Ille velut vario prorumpens ore Timauus,
Multifidoq; rigans gurgite Nilus agros:
Multiplices vno fundebat pectore riuos,
Sufficiens largas omnibus vber aquas,
Hauſerat irrigua Pataui aquas hoſpes in vrbe,
Dum, Bonamice, tuo proluit amne ſitim.
Fallor? an has ipſi dotes promiſit ab ortu,
Stellarum in cunas officioſa fides.
Naſcenti quando dextrùm riſêre gemelli,
Progenies Ledæ, progeniesq; Iouis.
Quiq; ſuos illis præbebant co[illegible]s,
Atlantisq; nepos, Aſſar[illegible]
Affulgensq; poli medi[illegible]
Iliaden gremi[illegible]
Ruricolæq; [illegible]
Atq[illegible]
[illegible]

Hinc vires dictis, pondera rebus erant.
Hinc vſus rerum, veteriſq; tot eruta ſecli,
Cognita priſcorum tot monumenta virûm.
Artibus hinc variis excultum pectus,& omnes
Didita per terras gloria,fama,decus.
Gratia magna DEO, primis qui protinus annis,
Luminis aſpexit me meliore nota.
Non modò Fabricio darer vt formandus alumnus,
Colloquio fruerer ſed propiore viri.
Quo neq; maluerim, quicquid locupletibus vndis
Deſpumat fului ripa beata Tagi,
Nec quod thuriferis Panchaïa mittit arenis,
Aut Erythræa cauo tegmine concha gerit.
Is mihi tradebat præcepta ſalubria vitæ,
Arcens à vitiis,& facienda monens.
Is mihi pandebat doctas, quas nouerat, artes,
Sedulus ingenii cultor,amansq; mei.
Ille meis dubia quaſſatis ſorte malorum
Confugium Muſis ille leuamen erat:
Pars mihi laudis erit ſub te didiciſſe Magiſtro,
Iuncta quibus deceat claudere verba modis.
Seu ſit opus facili verſus tenuare Thalia,
Altius heroo ſeu pede ferre caput.
Seu citharæ neruis numeros aptare ſonoros,
Plenaq; Pindaricæ plectra mouere lyræ.
Queis tibi quo meritis, dum ſpiritus hos reget artus.
…le nouo grates,& fugiente canam.
…ata nimis, Caſco contermina monti,
…ia, de fluuio nomen adepta ſuo,
…auſpiciis quondam celebrata Lotharii,
…& Agricolæ nobilitata libris.
…ta nimis, nimiumq; beata,
…erris quæ peperêre decus.
…runt cunabula Vatis,
…m ſuſtinuêre ſinu.

Ipſius indomiti metuebant verbera virgæ,
Ponebantq; animos hoc moderante feri.
Ipſius ad nutum, nullo terrente flagello,
Muneris vrgebant debita iuſſa boni.
Hunc patris obſequio reuerenter habere ſolebant,
Huius & offenſas ducere grande nefas.
Huius pendebant cuncti narrantis ab ore,
Mellifluos quoties funderet ore ſonos.
Hyblam manantis linguæ manantis Hymettum,
Manantis rorem, lactea Suada, tuum.
Huius inexhauſto cuncti de fonte bibebant,
Artis, & omnigenæ cognitionis aquas.
Seu quis, Suimo, tui compeſcere fluminis vnda,
Siue tuo, Minci, quæreret, amne ſitim:
Siue quis Arpino perfundere labra liquore,
Eloquii ſitiens diuitioris opes,
Socratica cuperet ſeu fortè madere Minerua,
Aut Logices hauſtu pectus habere ſatur.
Ille velut vario prorumpens ore Timauus,
Multifidoq; rigans gurgite Nilus agros:
Multiplices vno fundebat pectore riuos,
Sufficiens largas omnibus vber aquas,
Hauſerat irrigua Patauî aquas hoſpes in vrbe,
Dum, Bonamice, tuo proluit amne ſitim.
Fallor? an has ipſi dotes promiſit ab ortu,
Stellarum in cunas officioſa fides.
Naſcenti quando dextrùm riſêre gemelli,
Progenies Ledæ, progeniesq; Iouis.
Quiq; ſuos illis præbebant co[illegible]s,
Atlantisq; nepos, Aſſar[illegible]
Affulgensq; poli medi[illegible]
Iliaden gremi[illegible]
Ruricolæ[illegible]
Atq[illegible]
[illegible]

Hinc vires dictis, pondera rebus erant.
Hinc vſus rerum, veteriſq; tot eruta ſecli,
Cognita priſcorum tot monumenta virûm.
Artibus hinc variis excultum pectus, & omnes
Didita per terras gloria, fama, decus.
Gratia magna DEO, primis qui protinus annis,
Luminis aſpexit me meliore nota.
Non modò Fabricio darer vt formandus alumnus,
Colloquio fruerer ſed propiore viri.
Quo neq; maluerim, quicquid locupletibus vndis
Deſpumat fului ripa beata Tagi,
Nec quod thuriferis Panchaïa mittit arenis,
Aut Erythræa cauo tegmine concha gerit.
Is mihi tradebat præcepta ſalubria vitæ,
Arcens à vitiis, & facienda monens.
Is mihi pandebat doctas, quas nouerat, artes,
Sedulus ingenii cultor, amanſq; mei.
Ille meis dubia quaſſatis ſorte malorum
Confugium Muſis ille leuamen erat:
Pars mihi laudis erit ſub te didiciſſe Magiſtro,
Iuncta quibus deceat claudere verba modis.
Seu ſit opus facili verſus tenuare Thalia,
Altius heroo ſeu pede ferre caput.
Seu citharæ neruis numeros aptare ſonoros,
Plenaq; Pindaricæ plectra mouere lyræ.
Queis tibi quo meritis, dum ſpiritus hos reget artus,
...le nouo grates, & fugiente canam.
...ata nimis, Caſco contermina monti,
...ia, de fluuio nomen adepta ſuo,
auſpiciis quondam celebrata Lotharii,
& Agricolæ nobilitata libris.
...ata nimis, nimiumq; beata,
terris quæ peperêre decus.
...runt cunabula Vatis,
...m ſuſtinuêre ſinu.

Ipſius indomiti metuebant verbera virgæ,
Ponebantq; animos hoc moderante feri.
Ipſius ad nutum, nullo terrente flagello,
Muneris vrgebant debita iuſſa boni.
Hunc patris obſequio reuerenter habere ſolebant,
Huius & offenſas ducere grande nefas.
Huius pendebant cuncti narrantis ab ore,
Mellifluos quoties funderet ore ſonos.
Hyblam manantis linguæ, manantis Hymettum,
Manantis rorem, lactea Suada, tuum.
Huius inexhauſto cuncti de fonte bibebant,
Artis, & omnigenæ cognitionis aquas.
Seu quis, Suimo, tui compeſcere fluminis vnda,
Siue tuo, Minci, quæreret, amne ſitim:
Siue quis Arpino perfundere labra liquore,
Eloquii ſitiens diuitioris opes,
Socratica cuperet ſeu fortè madere Minerua,
Aut Logices hauſtu pectus habere ſatur.
Ille velut vario prorumpens ore Timauus,
Multifidoq; rigans gurgite Nilus agros:
Multiplices vno fundebat pectore riuos,
Sufficiens largas omnibus vber aquas,
Hauſerat irrigua Pataui aquas hoſpes in vrbe,
Dum, Bonamice, tuo proluit amne ſitim.
Fallor? an has ipſi dotes promiſit ab ortu,
Stellarum in cunas officioſa fides.
Naſcenti quando dextrùm riſêre gemelli,
Progenies Ledæ, progeniesq; Iouis.
Quiq; ſuos illis præbebant co... es,
Atlantisq; nepos, Aſſar...
Affulgensq; poli medi...
Iliaden gremi...
Ruricolæ...
At...

Hinc vires dictis, pondera rebus erant.
Hinc vſus rerum, veteriſq; tot eruta ſecli,
Cognita priſcorum tot monumenta virûm.
Artibus hinc variis excultum pectus,& omnes
Didita per terras gloria,fama,decus.
Gratia magna DEO, primis qui protinus annis,
Luminis aſpexit me meliore nota.
Non modò Fabricio darer vt formandus alumnus,
Colloquio fruerer ſed propiore viri.
Quo neq; maluerim, quicquid locupletibus vndis
Deſpumat fului ripa beata Tagi,
Nec quod thuriferis Panchaïa mittit arenis,
Aut Erythræa cauo tegmine concha gerit.
Is mihi tradebat præcepta ſalubria vitæ,
Arcens à vitiis,& facienda monens.
Is mihi pandebat doctas, quas nouerat, artes,
Sedulus ingenii cultor,amansq; mei.
Ille meis dubia quaſſatis ſorte malorum
Confugium Muſis ille leuamen erat:
Pars mihi laudis erit ſub te didiciſſe Magiſtro,
Iuncta quibus deceat claudere verba modis.
Seu ſit opus facili verſus tenuare Thalia,
Altius heroo ſeu pede ferre caput.
Seu citharæ neruis numeros aptare ſonoros,
Plenaq; Pindaricæ plectra mouere lyræ.
Queis tibi quo meritis, dum ſpiritus hos reget artus.
...le nouo grates,& fugiente canam.
...ata nimis, Caſco contermina monti,
...ia, de fluuio nomen adepta ſuo,
...auſpiciis quondam celebrata Lotharii,
...& Agricolæ nobilitata libris.
...ata nimis, nimiumq; beata,
...terris quæ peperêre decus.
...runt cunabula Vatis,
...um ſuſtinuêre ſinu.

Heu dolor atq; decus, medios animoſus in hoſtes:
Dum ruit, accepto vulnere victor obit!
Victor obit, præſtans armorum laude, togatæ
Munere non vllo militiæq; minor.
Crebra licet dextra peragantur bella Mineruæ,
Non minus Aoniis artibus illa vacat.
Mauricius quamuis ætatem duxit in armis,
Non minus Aonias fouit amore Deas.
Scilicet id loquiturq; Salas, & flauus Eliſter,
Et cum Muldanis Albis Eous aquis.
Hîc vbi Pierides habitant Helicone relicto,
Noſtraq; pro Graio flumina fonte bibunt.
Sed prius Heſperias Phœbus deſcendet in vndas,
Ac iuga purpureis gemmea demet equis:
Illius quàm ſumma ſequar faſtigia rerum,
Non ſi Mœoniam det mihi Muſa lyram.
At tu, flere tuum, Germania, deſine patrem,
Deſine, mandantis mens fuit iſta DEI.
Quod iubet ille, tibi non eſt contemnere tutum,
In famulos Dominus ius habet ipſe ſuos.
Forſitan & iuſtam peccatis motus ad iram,
Eripit inſignes, munera magna, viros.
Ingratoq; parat maiora pericula mundo,
Qui verbi ſpernit dogmata ſacra ſui.
Ergo tuos potius caſus, tua funera plange,
Quàm fatale pii Principis exitium.
Ille quidem ſanctos agit inter gaudia cœtus,
At te ærumnarum quanta pericla manent?
Vera cano, ſed nulla fides eſt vera canenti,
Infauſtum tanti mors ducis omen habet.
Et, ne plura querar, (ſunt pondera nanq; querellis
Nulla) mihi proprio vulnere teſtis eris.
Sunt tamen Auguſto capias quæ gaudia ſaluo,
Ipſius eſt, expers ne videaris, opus.
Qui velut imperii fratri ſucceſſit honore,

Illius

Illius hæredem ſic quoq; laudis agit.
Solus dum profugis ſua Muſis atria pandit,
Ac veræ curam relligionis agit.
Hunc tibi Neſtoreos Deus vt conſeruet in annos,
Ardentes toto pectore funde preces.
Sed labem vitæ præ cunctis tolle prioris,
Quo ſine placandi ſpes tibi nulla DEI.
Sic tibi ſupplicium quod numinis ira minatur,
Effugient iunctæ cum pietate preces.

LIBER II.

De obitu Georgii Fabricii.

ET ſine teſtibus hic locus eſt, aptuſq; gementi,
Et ſtridens lacrumis aggemit aura piis.
Hic impune loquar, quæ vis infanda doloris
Suggeret in luctus verba coacta mihi.
Vos tantùm, Muſea, meas audite querelas,
O loca fortunæ conſcia ſola meæ.
Vnde ſed infauſti capiam primordia planctus?
Anxius in voces ibit & vnde dolor?
Ipſe mone, ius huius habes qui carminis vnum,
O Fabrici, cuius carmine fata gemo.
Nam ſine te pudor eſt Muſis Helicona mouere,
Nulla Pimpla mihi te ſine fundet aquas.
Tu mihi Phœbus eras, ſed erat tibi Phœbus, Ieſus:
Qui tua cœligenis ora rigabat aquis.
Hunc tua, non Tegeæ, nec Dirces nôrat alumnum,
Pagina, ſacra Deo, nomine plena Dei.
Numina non vatum, decima cum Pallade Diuas,
Et quos vanæ Deos turba, Deaſq; colit.
Tu mihi numen eras. (Pietas permitte fateri)
Quæ fluit, illa tuo venula fonte fluit.
Quàm vereor, ne mox dolor hanc oblimet, inerti
Excæcante vias, aut inhibente ſitu.

Nec metus ex nihilo meus eſt: en aſpice, mentem
 Inuoluit ſquallor, nubila pectus habent.
Plectra tacent, nil dulce fides, digitique loquuntur;
 Muſſat lingua metu muta, maiiſque lyra
Iam funeſtam hederis cernas irrepere taxum,
 Nec retinere ſuum laurea ſerta decus.
Mutari cœli faciem, calidique ſub æſtum
 Sideris, hiberno membra rigere gelu.
Quam ſtellis cælatam Eos heſterna ferebat,
 Hac condit vultus luce Corona ſuos.
Qua cum decliui pariter demerſus Olympo
 Alcides, terris abdit & ipſe caput.
Sic olim (ſi vera licet componere fictis),
 Luctifico vatis funere Threicii
Arboribus poſtquam chelys intellecta, iugiſq;,
 Auditæque feris conticuêre fides:
Omnia crudeli nece perturbata videres,
 Omnia ſublato ſurda canore lyræ.
Immoti lugent ingrata ſilentia montes,
 Vocales nuper turba ſecuta ſonos.
Tonſis ſylua comis marcet, mediiſque ſub vndis
 Beſtonios ſitiunt flumina ſicca modos.
Sopiti quærunt Nymphæ ſolatia cantus,
 Errat Hamadryadum vaſta per arua chorus.
Sæua vrſis natura redit, chitharæq; tacentis,
 Præda futura lupis agna, requirit opem.
Haud aliter, poſtquam, Fabrici, te fata tulerunt,
 Deliciaſque poli ſuſtulit atra dies:
Oda ſilet, reticent turmæ Pæana canentes,
 Nil audent Hymni, Carmina torpor habet,
Heroum muſſat ſanctorum exercitus omnis,
 Armaque militiæ depoſuêre ſacræ.
Signa dat ingentis victoria cœlica luctus,
 Nuda triumphali tempora fronde gerens.
Et ſine luce faces, ſoboles pia portat Amorum,

Iam

Iam ſua vota bonæ dedidicêre Preces.
Dat fletus tumulo Pietas, Libidinaque verſu
Inſcribit vatis marmora cæſa ſui.
Hîc ſitus eſt Latiæ nitor & facundia linguæ,
Fabricius,ſcripti dexter in omne genus.
Parua loquor: luget Muſarum turba piarum
Nunc omnis, paſſis turba videnda comis.
Ingenuæ lugent artes & copia fandi,
Ingenio poſthac vix habitura parem.
Lugent hiſtoriæ, luget Romana vetuſtas,
Quæ ſe cuncta vno pectore condiderat.
Et ſceptrum ponit regale Tragœdia,paſſu
Sublimique minus pulpita ſoccus adit.
Vt ſileam viduæ ſuſpiria crebra maritæ,
Et luctus,orbæ lacrumidasque domus:
Hæc quoniam paucos attingunt, latius ille
Serpit,ad innumeros perueniendo dolor.
Quid referam gemitus,iterataque vota Iuuentæ,
Dum moderatorem flagitat ægra ſuum?
Non ſecus ac fido puppis ſpoliata magiſtro,
Quam fert vnda,refert vis inimica Noti.
O meritis mihi cara tuis ſchola Miſnidos vrbis,
O mihi poſt patrios proxima cura lares.
Nunquid damna tuæ ſentis immenſa ruinæ,
Quæ facis, heu tanto poſt caritura bono?
(Inuidia auſcultante loquar) non arte ſecundos,
Non vnquam ſimili perfruitura viro.
Quo nec ſolicitas turbæ puerilis habenas
Doctior, & facili flectere frena manu.
Cui nec formandis certaſſet moribus olim
Neſtor,& Æacidæ doctor Amyntorides.
Quiq; tubas ipſum, & bella horrida bella frementem
Semifer,imbellis molliit arte lyræ.
Illius aſpiceres natos obtrudere curæ,
Huic ſua gauiſos credere vota patres,

Ipſius indomiti metuebant verbera virgæ,
Ponebantq; animos hoc moderante feri.
Ipſius ad nutum, nullo terrente flagello,
Muneris vrgebant debita iuſſa boni.
Hunc patris obſequio reuerenter habere ſolebant,
Huius & offenſas ducere grande nefas.
Huius pendebant cuncti narrantis ab ore,
Mellifluos quoties funderet ore ſonos.
Hyblam manantis linguæ, manantis Hymettum,
Manantis rorem, lactea Suada, tuum.
Huius inexhauſto cuncti de fonte bibebant,
Artis, & omnigenæ cognitionis aquas.
Seu quis, Sulmo, tui compeſcere fluminis vnda,
Siue tuo, Minci, quæreret, amne ſitim:
Siue quis Arpino perfundere labra liquore,
Eloquii ſitiens diuitioris opes,
Socratica cuperet ſeu fortè madere Minerua,
Aut Logices hauſtu pectus habere ſatur.
Ille velut vario prorumpens ore Timauus,
Multifidoq; rigans gurgite Nilus agros:
Multiplices vno fundebat pectore riuos,
Sufficiens largas omnibus vber aquas,
Hauſerat irrigua Patauî aquas hoſpes in vrbe,
Dum, Bonamice, tuo proluit amne ſitim.
Fallor? an has ipſi dotes promiſit ab ortu,
Stellarum in cunas officioſa fides.
Naſcenti quando dextrùm riſêre gemelli,
Progenies Ledæ, progenieſq; Iouis.
Quiq; ſuos illis præbebant comiter ignes,
Atlantisq; nepos, Aſſaraciq; nurus,
Affulgensq; poli media de parte sereni,
Iliaden gremio Cynthia nacta ſuo.
Ruricolæq; rotans agitans per cornua Titan,
Atq; premens ſolii Iuppiter alta ſui.
Hinc dulcis lepor, & felix opulentia linguæ,

Hinc

Hinc vires dictis, pondera rebus erant.
Hinc vſus rerum, veteriſq; tot eruta ſecli,
    Cognita priſcorum tot monumenta virûm.
Artibus hinc variis excultum pectus, & omnes
    Didita per terras gloria, fama, decus.
Gratia magna DEO, primis qui protinus annis,
    Luminis aſpexit me meliore nota.
Non modò Fabricio darer vt formandus alumnus,
    Colloquio fruerer ſed propiore viri.
Quo neq; maluerim, quicquid locupletibus vndis
    Deſpumat fului ripa beata Tagi.
Nec quod thuriferis Panchaïa mittit arenis,
    Aut Erythræa cauo tegmine concha gerit.
Is mihi tradebat præcepta ſalubria vitæ,
    Arcens à vitiis, & facienda monens.
Is mihi pandebat doctas, quas nouerat, artes,
    Sedulus ingenii cultor amanſq; mei.
Ille meis dubia quaſſatis ſorte malorum
    Confugium Muſis ille leuamen erat:
Pars mihi laudis erit ſub te didiciſſe Magiſtro,
    Iuncta quibus deceat claudere verba modis.
Seu ſit opus facili verſus tenuare Thalia,
    Altius heroo ſeu pede ferre caput.
Seu citharæ neruis numeros aptare ſonoros,
    Plenaq; Pindaricæ plectra mouere lyræ.
Queis tibi quo meritis, dum ſpiritus hos reget artus,
    Sole nouo grates, & fugiente canam.
Fortunata nimis, Caſco contermina monti,
    Mœnia, de fluuio nomen adepta ſuo,
Saxonis auſpiciis quondam celebrata Lotharii,
    Nuper & Agricolæ nobilitata libris.
Mœnia fortunata nimis, nimiumq; beata,
    Tam clarum terris quæ peperêre decus.
Eximii quæ viderunt cunabula Vatis,
    Matris & exceptum ſuſtinuêre ſinu.

Digitized by Google

Dicite mons, tuque ô vrbs addita gloria monti,
Sic veſter nunquam deminuatur honos,
Ecquis ad hos infans reptauit clarior amnes,
Doctior ecquis in hac vagiit alter humo?
Ecquo iactauit tantum ſe ciue beatam,
Ingeniis tellus incluta, feta viris?
At nunc illa ſoli natalis fama, decuſque.
Illud Teutonidos (proh dolor) oræ, vbi vbi eſt?
Quid nobis, heu quid præter meminiſſe, relictum,
Quod non in cineres intulit hora grauis?
Quid patriæ de tam magno nunc reſtat alumno,
Quod non exigua contumuletur humo?
Hic noſtræ finis vitæ, fructuſque laborum,
Et vigilis curæ, ſolicitique metus.
Hic ſummos imoſque ſimul manet exitus æui,
Omnia caſſa auris, aut caritura vides.
Eximit haud vllum; cunctis contenta nocere
Parca ſemel, nulli parcere læta viro.
Sic igitur, ſic ante diem celeberrime Vates,
Euoluêre tibi fila rotata colum?
Cui ſua debuerant totis impendere fuſis
Stamina, virtuti ſi ſuus eſſet honos.
Atque tuæ præciſa aliis apponere ſummæ,
Ingenii meritis gratia ſi qua foret.
Neſtoreos vltraq; dies, annoſq. Sibyllæ,
Fata moraturum ſuppeditare glomum.
Nunc te torpor iners, & inundans membra catarrhus
Implicat, & ſenſus vincula cæca ligant.
Occidis in primo duodeni limine luſtri,
Hoc vitam claudi par erat vrbe tuam?
At neque morbis fractus obis, nec labe ſenili,
Nec tibi mors ſomno durior iſta fuit.
Non te Parca rapit mundo ſed iniquior, ipſe
Te Deus, inſtanti ſurripit antè malo.
Nec tumuli recubas ſub opaco tegmine totus,

Sed potiore tui parte ſuperſtes agis.
Viuit honos, viuentque tui monumenta laboris,
Dum frondes Helicon, dum vehet Albis aquas.
Hæc meritis menſura tuis reſpondet, & hæc eſt,
Quæ tumuli arctari limite fama nequit.
Salue terq; quaterque mihi venerande Magiſter,
Patris amate mihi patris amande loco.
Seu te concilia heroum ſecreta priorum,
Ætheree poſitum ſedibus arcis habent:
Alternum ſeu fortè ſonas, & carmina miſces,
Haſſiacum iuxta, Tyrigetamq; ſenem.
Salue, nec collata tuo ſuprema ſepulchro
Munera, diſcipuli munera ſperne tui,
Non caſiam, nec quod ſudant Xylobalſama trunco,
Non coſtum, lacrumas nec Cynareia tuas:
Sed tibi grata magis fragrantis honore liquoris
Carmina, de fontis flumine ducta tui.
Hactenus hæc: en ore natat mihi carmen in ipſo,
Nunc ſalue Fabrici, perpetuumque vale.

In Funere D. Ioachimi Camerarii.

LEucoris atra, ſui ſi fleuit fata Philippi,
Qualis defunctum nata flet orba patrem:
Puluere fœdatos Academia ſolue capillos,
Mœnia Lipſiaci quæ colis ampla ſoli.
Ille tui ſtatio cœtus IOACHIMVS, & aura
Quaſſatæ rerum turbine, morte iacet.
Occidit, atque tuam ſecum trahit ille ruinam:
Qua nuper ſteteras fulta, columna iacet,
Dilectum ſummo caput, acceptumque Tonanti,
Quem coluit mentis relligione piæ.
Et Muſis carmen: ſeu quæ Parnaſſia tempe,
Seu quæ Sionis culta vireta tenent,
O IOACHIME, bonis obitu præcepte citato,
Ipſe tibi ſera viſus abire nece.

Attu-

At tu viuendo Camææ ſecula vatis,
Dignus eras, Pylios & numerare dies;
Doctrinæ ſi par æuum, virtutis & æquos
Si meritis annos, inuida Parca daret,
Viue pius, moriere pius: mors dira, bonorum
Atq; malorum vno limina, calce ferit.
Scilicet ex illa qua viuere cœpimus hora,
Ad mortem præceps accêleramus iter.
Naſcentes morimur, finem ſimul inchoat ortus.
Principiumq; legens, hora ſuprema ſubit.
Deficit exoriens in primo limine vita,
Seq; opifex vitæ carpit alendo calor.
Terra ſumus, terræ properamus reddere corpus,
Inq; redire vmbram, qui leuis vmbra ſumus.
Ergo iaces, & te patrem nunc orba requirit
Lipſia, te ſtudiis, ô IOACHIME, ducem.
Quiq; bilingue ſonans mulcebas voce Lyceum,
Voce carens, inter corpora muta ſiles.
Et ſine mente iaces, cui nuper dotibus aucta
Mens erat ingenii, pectoris aucta bonis.
Nec duros flexit manes facundia linguæ,
Atq; bibêre tuas flumina ſurda preces:
Orando rigidas poterant quæ ducere quercus,
Ac immota ſuo ſaxa ciere ſolo.
Vſq; adeò nec virtutis Libitina nitorem,
Nec Sophiæ clarum reſpicit atra decus.
Heu quæ lingua ſilet, poſtquam te fata tulerunt
Cecropiæ ſuadam vocis, & Auſoniæ!
Te ductore carens, bifidi per deuia montis,
Ignotis errat turba nouella iugis;
Et nunc per ſalebras operoſo tramite reptat,
Nunc dumis hæret, caſſa regentis ope.
Quale per arua vagum, dubia regione viarum,
Balantûm huc illuc agmen oberrat iners,
Nec paſtoris egens, feræ decedere nocti,

Nec

Nec dubio memini tangere ſepta pede:
Poſtquam ſigna canens argutis fiſtula cannis,
Muta iacet, bifores & ſiluêre modi:
Talem te moderatorem deſerta iuuentus,
Nunc gemit amiſſum, nunc reuocatq; gemens.
Parua loquor: talem te Chriſti cymba magiſtrum
Expetit inſani fluctibus icta freti:
Infidos inter maris implacabilis æſtus,
Inter & ambiguæ cæca pericla viæ,
Interea ſuperûm nitida tu ſede receptus,
Inter cælicolas gaudia lætus agis,
Quiq; dolendus abes nobis, templisq;, ſcholæque,
Pace fruens, Chriſti morte beatus abes.
Nam neq; te clauſum tenebris & carcere cæco
Orcus habet; nec te lurida regna vident.
In te ſortita Minos nec iudicat vrna,
Aut quicunq; vmbris reddere iura ſolet.
Sed tua nequitiam ſcelerum fraudesq; peroſa,
Atq; tenax recti, crimine vita carens,
Integritate ſua vicit ſubſellia Cretis,
Nec rea facta graui iudicis ore fuit.
Felix morte tua, non tot portenta malorum,
Non hominum fraudes, nequitiamq; vides:
Æquora qui terræ, qui miſcent æquora cælo,
Chriſticolis ne quis reſtet in orbe locus.
Non craſſa errorum volui caligine mundum,
Et ſublime nefas ſtare, iacere bonos.
Ingenium ſordere, aſino ſimulante leonem,
Inflata vaſtum rana imitante bouem.
Doctrinæq; rudes, decus affectare cathedræ,
Artis dum meritum gratia, iuſque terit.
Non te dura quatit variis fortuna procellis,
Non labor exercet, morbida visque premit.
Non exeſt animum metus aut ſpes lactat inanis,
Non inflant pectus gaudia, cura necat.

Sed

Digitized by Google

Sed nil debentem te nunc mortalibus, alma
Sede beatorum purior aula tenet,
Dentibus ereptum inuidiæ linguæque procacis,
Atque minis procerum, perfidiæque dolis.
Mole nec afflictum ſenii aut tentamine morbi,
Poſt ter quina cui luſtra peracta tui,
Sub pedibuſque ſimul mirantem limina cœli,
In quæ ſumma tibi ſcandere cura fuit,
Islebicum iuxta vatem fratremque Philippum,
Pfeffigerumque tuum participemq; tori
Salue, care parens ſalue nouus hoſpes Olympi,
Nos, tua te ſoboles ſemper amore colet.
Salue ô ſancte ſenex, nec feſtinata clientis
(Dum potiora feram) munera ſperne tui.
O Vtinam grates alia tibi parte referrem,
Sed nunc officium ſentiat vrna piam.
Salue, doctrinæ fidus mihi doctor & auctor,
Tecum fracta iacet ſpes mea, perſtat amor.

Alcon Ecloga, de obitu eiuſdem ad Chriſtoph. Carolouicium.

HVnc etiam, Philyrea, mihi concede laborem
Quæ circum herboſos ſaltus, & amœna frequentas,
Amnis Eliſtræi nemora, & rorantia lymphis,
Irriguis Pliſſæ lymphis rorantia tempe:
Muneris hunc mihi ſupremi concede laborem,
Dum Nymphis refero auditas, Fauniſq; querellas,
Quas mollis nuper tiliæ viridante ſub vmbra,
Hinc Corydon, hinc aſtra vocans crudelia Damon,
ALCONEM flentes, miſeranda voce dederunt:
ALCONEM Phœbiq; decus, curamq; ſororum:
Quem toties ſiluæ, toties & ſaxa canentem:
Senſerunt, ſiluæ comitatæ & ſaxa canentem:
Et calamos miratus aquas requieuit Eliſter.
At tu, ſeu Magni tractas res Daphnidis, ingens

Euro-

Europæ Melibœe decus, columenq; bonorum:
Seu curis vacuus paulatim, & faſce leuatus
Immenſo, Clarias animum demittis in artes:
Huc ades, ALCONISq; tui ne deſpice laudes:
Huc addes, ante alios ſi te ſtudioſius ALCON
Obſequiis coluit, firmo complexus amore.
  Æſtus erat, tauriq; means per cornua, Titan,
Accendebat agros, medio ardentiſſimus orbe:
Cum pecudes frigus captant, volucrumq; loquellis
Omne ſilet nemus, & ventoſi murmuris auræ.
Succedens antro Corydon, conſorſq; doloris
Luctiſonis Damon rumpebant queſtibus arua,
Et prior hæc Corydon gemitu iactabat inani.
COR. Quis dolor ô ſyluæ, quæ vos arbuſta tenebat
Mœſticies, ALCON gelida cum morte periret?
Nam neq; tum ſaltus, nec mollia prata voluptas
Vlla tenebat, agri ſquallebant, paſcua luctu.
  Dicite Eliſtriades lugubria carmina Muſæ.
Illum etiam montes fleuêre, & ſaxa peremtum,
Deformes planctu montes, deformia ſaxa:
Et verſæ in lacrumas abierunt fontibus vndæ,
Guttarumq; nouis creuerunt auctibus amnes.
  Dicite Eliſtriades lugubria carmina Muſæ.
Nec mortem lacrumæ, nec ferrea numina placant,
Non Phaëtontiadum crebris ſi fletibus ortus,
Et feras condas iteratis fletibus vmbras,
Non ſi luminibus cumulem manantibus vndas,
Vndas Eridani, ripamq; ſororibus auctam.
  Dicite Eliſtriades lugubria carmina Muſæ,
Reſponſura ſono mulcentis rura Camœnæ,
Muta latet ſiluis alternæ vocis imago,
Incaſſum tentans ingrata ſilentia Muſæ
Rumpere, iucundo conſueti imitamine cantus.
  Dicite Eliſtriades lugubria carmina Muſæ.
Pinea ſemiferi capitis velamina tollens

Pan

Pan calamos fregit, citharam ſuſpendit Apollo,
Funere dilecti mœſto turbatus alumni,
Extinxitq; faces puer, abiecitq. pharetram,
Frontis & agreſtem poſuit Syluanus honorem.
Dicite Eliſtriades lugubria carmina Muſæ.
Quos tumulo cernis vernanti ſurgere flores,
Pieridum lacrimis creuerunt: creſcite flores,
Vobiſcum noſtri creſcent monumenta doloris.
Dicite Eliſtriades lugubria carmina Muſæ.
Plectra iacent ſine honore, ſilent cantusq;, lyræque.
Sibila nec frondes, nec fundunt murmura riui,
Omnia nunc mœrent: at cum modò viueret ALcon,
Plectris ſtabat honos, cantusq; lyræq; ſonabant.
Sibila tum frondes iaciebant, murmura riui.
Dicite Eliſtriades lugubria carmina Muſæ.
Deſerti muſſant agni, ſtat bucula cœlum
Suſpiciens, nec gramen auet, nec fluminis vndam.
Vnus habet pecudes luctus pecudumq; magiſtros.
Claudite Eliſtriades lugubria carmina Muſæ.
Vos mecum, ô ſocii, violas & ſpargite nardum,
Et lauri nemus & myrti bicoloris amœnum.
Et memori ingratum verſu ſignate ſepulcrum:
Quo ſitus eſt ALCON tumulo, ſolatia ruris,
Atq; amor, & Charites recubant, & gaudia noſtra.
Hæc Corydon nunc quæ reſponderit ordine Damon,
Nympha refer, luctus infandi teſtis vtriq;.
DA. Quis te, quis mihi te rapuit tam ferreus,
Spes ô fida mihi, rebuſq; leuamen in arctis, (Alcon?
Et decus, atq; mei merces iucunda laboris:
Nunc dolor & nullo ſaturandus tempore luctus.
Incipe funeſti carmen mea tibia cantus.
Quæ comitem tibi ſæua negat me Parca ſub vmbras,
Pallentes vmbras terræ, noctemq; profundam?
Quis tenet expertem (ne ſit mihi viuere) mortis,
Ingratum vitæ Deus, ingratumq; ſaluti?

Incipe

Incipe funeſti carmen mea tibia cantus.
Elyſiæ te nunc ſedes, campiq; beati,
Purpureumq; vides nemus & ſecreta piorum
Concilia immemorem noſtri pecoriſq; relicti:
Me ſine ſole dies cernunt, ſine ſidere noctes,
ALCOnem ſuſpirantem, ALconēq; gementem.
Incipe funeſti carmen mea tibia cantus.
Iam neq; rura mihi, gelidiſq; in vallibus amnes
Arrident; nec me cantu ſolatur aëdon:
Carmina nulla iuuant mœrentem: viuite ſiluæ,
Viuite, nulla mei ſupereſt medicina doloris.
Incipe funeſti carmen mea tibia cantus.
Conticuêre agris argutæ ſibila cannæ, (men:
Dulce nec obloquitur Philomela ſub ilice car-
At cuculis non vlla quies, vlulæq;, ſtrigiq;,
Stridenti miſerum diſperdere gutture carmen,
Exercentq; coax per ſtagna loquacia ranæ.
Incipe funeſti carmen mea tibia cantus.
Arua quis hoc melius preſſo renouauit aratro
Aonidum, raſtris glebas & fregit inertes,
Induxitq; ſatis amnes, riuoſq; ſequentes:
Quis campos longis purgare ligonibus, illo
Cautior, & tribulos, & ſegnes tollere lappas?
Incipe funeſti carmen mea tibia cantus.
Nunc inculta ſitu video dureſcere rura,
Siluaq; iam ſterilis ſubit infelicis auenæ,
Et lolii ſeges, & paliuri ignobile germen.
Carduus. ô pueri fugite hinc, latet aſper in herba.
Incipe funeſti carmen mea tibia cantus.
Eheu quis Phœbi ducet per prata iuuencas,
Balantumq; greges, & amantes ſaxa capellas?
Quis vaccis tandem vitulos, & matribus agnos
Submittet, puroq; omnes in fonte lauabit?
Incipe funeſti carmen mea tibia cantus.
Et quis erit tam mentis inops, vacuuſq; pudoris,

Qui calamos ambire tuos non deſinat vltro:
Quos Rhodani paſtor quos ripam Thyrſis ad Arni,
Quos Iſtrumq; bibens veneratur,& accola Rheni:
Et quibus aſſurgit modulaminis auctor Apollo.
Deſine funeſti carmen mea tibia cantus.
At tu(ſi quis honos)grata mihi ſemper auena
Paſtores inter diuos celebraberis ALCON,
ALCOnem nemus omne canet,monteſq; ſonabunt,
ALCONEM pulſæ referent ad ſidera valles.
Sis bonus ô,placidoq; tuo nos reſpice vultu.

In obitum Vrſulæ Schreiderinæ,materteræ magnæ.

NE mî aliquid,ne mî occurſantes dicite,veſtro
Non opus eſt noſtris luctibus indicio.
Iam ſcio,nec mentis præſagia vana fuêre,
Quæ prior augurio vos iit ante ſuo.
Ergo meis deerat ſors iſthæc debita fatis;
Supremùm lacrumis mater humanda meis.
Non ex patre mihi mater,nec ſanguinis ortu,
Sed legem ſuperans ſanguinis,obſequio.
Inuida ſpes,vitæq; rotans fortuna tenorem,
Et nunquam votis non inimica meis:
Quid mihi vobiſcum eſt?poſt duros mille labores,
Quis vobis in me iura ſeuera dedit?
O ego ne veſtros poſſim ſentire furores,
Quàm cuperem ſenſus iam poſuiſſe malis!
Ac dudum Niobes caſum perpeſſus acerbum,
Inſano cautes obuia ſtare Noto!
Quò fugis heu,mea lux?cui me moritura relinquis?
Quæ tibi me comitem Parca maligna negat?
Cur non ante tuas audire & reddere voces,
Cur non ante licet dicere triſte vale?
Si te fata vocant,magni mihi muneris inſtar
Accelerantis erit non mora longa necis.

Cur

Cur tibi quæ potuit bis ſeptem parcere luſtris,
Fila morari vnum iam negat illa diem?
Et nunc portarum me limina prima tenente,
Præcludit tremulum perfida vocis iter?
O mihi rapta nimis properato tempore ſera,
Iamdudum quamuis ſis tibi viſa rapi.
Ergo tuo nunquam paſcam mea lumina vultu,
Ergo tuo nunquam colloquióq; fruar.
At certè toto te pectore ſemper amabo,
Semper mœſta tua carmina morte canam.
Qualia Mæonii refluas ad fluminis vndas,
Funeris ipſa ſui præfica cantat auis:
Qualia Biſtonii crudele peroſa tyranni
Hoſpitium, querulo Daulias ore gemit.
Et meritò: nec enim raptæ poſt funera matris,
Cauſſa fuit luctus iuſtior vlla mei:
Matris, quam leti vis improba ſuſtulit, ante
Quàm ſatis infanti nomine nota foret.
Huic tamen amiſſæ te compenſare iuuabat:
Tu mihi materno pectore mater eras.
Nam viduæ prolem tibi quòd natura negaſſet,
Ipſe tibi proles, & tibi natus eram.
Tu gremio me ſæpe tuo complexa fouebas,
Tu mihi ponebas anxia rite comam.
A te elementa hauſi pietatis prima magiſtra,
Ac balba didici voce lalare Deum.
Tu mihi formaſti primis rude pectus ab annis,
Præceptis cœpi cultior eſſe tuis.
Ingenii tibi profectum, tibi debeo morum,
Si quis is eſt, certe muneris ille tui eſt.
Aonias tu me docilem deducis ad artes,
Nec pateris ſegnem delituiſſe domi.
Tu quoq; contribuis, quamuis de paupere ſumma,
Impenſas ſtudiis, quas potes, vſq; meis.
Nota loquor, tu me ad Muſas quando hora vocabat,

Gaudebas humeris ſuſtinuiſſe tuis.
O pietas, ô ſummus amor me nempe ſubibas:
Cùm tibi vel ſoli ſarcina magna fores.
Méne humeris grauis annorū tibi mole, ſubibas
O pietas, ô mi non reticendus amor!
Si mihi Mæonii nunc eſſet ſpiritus oris,
Seu Maro magne tuus, ſiue Tibulle tuus:
Non ego Penelopen canerem, non vulnus Eliſę,
Nec foret in chartis prima Neæra meis:
Sed tua in oblito memorarem munera verſu,
Nec meriti fieret gratia muta tui.
Et nomen nemus omne tuum, laudesq; ſonaret,
Vtraq; te noſſet Solis in orbe domus.
Nunc, quia me ſpaciis natura coërcuit arctis,
Nec magnis voluit vatibus ire parem:
Et, tantis æquas meritis perſoluere grates,
Non rudis eſt Muſæ, non puerilis opus:
Qui pia facta videt, iuſtoq; rependit honore,
Det tibi pro meritis præmia digna Deus.
Et bene habet: nam parte tui meliore ſuperſtes,
Aurea ſidereæ limina ſedis obis.
Et ſanctas inter viduas, noua ciuis Olympi,
Intemerata bonæ gaudia pacis agis.
Qualia nō oculis quiſquam, non auribus hauſit,
Qualia non acies pectoris ipſa capit.
Illic eſt ex re nomen ſortita Noëmis,
Et gerit incana frondea ſerta coma.
Illic plena Deo ſacrum Phanuëlia pectus,
In laudes ſoluit cantibus ora Deo.
Salue cara mihi mater: pars addita cœlo:
O niueam, iunget me tibi ſi qua, diem!

Memoriæ Bolgangi Comitis Palatini Rheni, &c.

QVàm nihil inuito fas ſit nos fidere cœlo,
Hinc, BOLGANGE, tuo funere teſtis eris.

Qui modò militiæ dux indefeſſus honeſtæ,
Et ſpes accisis ardua rebus eras:
Heu dolor atq; decus tantis ſemel excidis auſis!
Et duce nos & ſpe Gallia caſſa gemit
Auſpicii. Germana tuis manus, agmine denſo
Fregerat aduerſas irrequieta moras,
Obſeſſasq; vias perrumpens inuia rupis
Spreuerat, vndoſi fluminis atq; minas.
Caſtraq; iam ſociis Francorum iunxerat armis,
Pro grege, proq; DEI lege parata mori:
Cùm tantis aliquod ceptis malè numẽ amicum
Mutauit triſti gaudia noſtra lue:
Dum tua præcludit properato lumina leto,
Ne videant animo non patienda tuo.
Si dare laudatis laus eſt primordia rebus,
Et facti titulum, qui bene cœpit, habet:
Venturo te fama manet memorabilis æuo,
Dum virtutis honos, dum pietatis erit.
At tu qui noſtris exultas luctibus, hoſtis,
Mentior, an verſa ſorte dolebis inops?
Sic doleas: reddunt fugientia nubila Solem,
At grauior ſera nocte procella venit.

In obitum Theodorici Molleri Hamburgenſis, I.V.D. mortui Patauii.

CAlliope natum, natum ſi luxit Apollo:
Et fas eſt hominum fata dolere Deos.
Ne iuris conſulta Themis, ne parce querellis,
Quæ moueat lacrimas, eſt pia cauſſa, tuas.
Ille tuus MOLLERVS honos, tuus ille ſacerdos,
En iacet externa contumulandus humo.
Occidit, & nondum triceſima venerat æſtas,
Scilicet hic vitæ debuit eſſe modus.
Quid nunc ingenuas animum coluiſſe per artes,
Tempora quid ſtudiis cuncta dediſſe iuuat?

Dumq́; manu voluit leges, iterumq́; reuoluit,
Inſomnem nocti continuaſſe diem?
Quid iuuat hiſtoriæ campos erraſſe per omnes,
Et iuuenem linguas bis didiciſſe duas?
Quid mores hominum, multas vidiſſe, quid vrbes,
Et maris & terræ tot ſuperaſſe vias?
Et qua Celtarum Belgas diſterminat aruis
Sequana, cui ſocias Matrona fundit aquas:
Et quâ Pieridum ſedes, Charitumq́; recentes
Aureolo Lygeris ſpumifer amne lauat:
Et quâ Felſineam Rhenus præterfluit vrbem,
Cultaq́; Senarum Blandus amœna rigat.
I nunc, tolle animos, & vitam præcipe longam,
Atq; caput tenebris exeruiſſe para.
Et tanquam patriis nequeas offendere terris,
Quære peregrino triſtia fata ſolo.
Interea dictos Lacheſis numerauerit annos,
Iamq; tibi leti certa terenda via eſt.
Crudeles Diui, brutis extenditur ætas,
Aſt homini nullam fata dedêre moram.
Cùm cecidit duro violæ flos tactus aratro,
Exerit hinc pingui molle cacumen humo.
Hybernoq́; gelu nemus vt mutauit honorem,
Amiſſum reparat vere nitente decus,
Et Sol Heſperiis nocturnus vt incidat vndis,
Eous loto pulcrior axe redit.
At nobis, neq; læta annis reuirentibus ætas,
Nec ſubmerſa Erebo vita redire ſolet.
Sic igitur viridi raptus Mollere iuuenta,
Contriſtas obitu gaudia noſtra tuo!
Medoacuſq́; ſacram ſtudiis dum permeat vrbem
Attonito buſtum præterit amne tuum!
Nec tua te virtus immanibus eripit vmbris,
Gratia nec morum blanda, nec oris honor.
Quo patria atq; domus tua iam nitetur alumno

Cuius

Cuius tu columen,ſpes,decus,vnus eras?
Quæ tibi iam reduci lauros hederasq; parabat,
Implicitura tuas flore decente comas.
Et nunc læta refert de te ſibi gaudia forſan,
Gaudia ſucceſſus non habitura ſuos.
O duram Lacheſin,tantis quæ dotibus aucto
Inuidit fuſos longius ire ſuos!
Nempe quòd haud vllo moriturum tempore norat,
Stamina ſi vitæ liberiora daret.
Sic etiam viuis,nec quod præcîdit ab annis,
Hoc laudi potuit præſecuiſſe tuæ.
Nam, licet obſcuris te mors inuoluerit vmbris,
Nominis & famæ non premet illa decus.
Viuet honos nomenq; tuum,dum Tibris arenas
Pauſi'ypus vites, Arnus habebit aquas.
Nil homini natura dedit, quod duret in æuum,
Ingenium tollas,omnia mortis erunt.
Ingenio,Mollere tuo ſic funera vincis,
Ac præter cineres nil habet vrna tui.
Sit tibi terra leuis,iuuenis digniſſime vita,
Vrna tibi violas educet,vrna crocum.

In obitum Volphgangi Fuſii,Senatui Lipſienſi à libellis.

ERgo te nobis Fuſi inuidêre ſorores,
Quæ ducunt rapida fila ſeuera manu.
Nempe,tuam nullo moriturã tempore famam
Norant, ſi vitæ ſtamina longa darent:
Sic etiam viuis:fallit ſpes dira ſorores;
Nec,quæ membra tegit,te quoq; condit humus.
Ecce,tuas viduata refert Reſpublica laudes,
Et gemit orba ſuo curia mœſta patre.
Quem dederas,famæ reddit tibi Muſa nitorem,
Et ſibi præſidium clamat abeſſe ſuum.
Nec minus eſt confuſa tuo iam funere,quàm cùm

Mors Mecœnati lumina clauſit atrox.
Quòd ſi tanta locus datur inter nomina paruis,
Et iungi ſummis inferiora licet:
Iſtius in partem veniam mox ipſe doloris,
Atq; tuas laudes, quo licet, ore canam.
Interea luctus quæ plena Thalia peregit,
Accipe pro meritis carmina pauca tuis.
Ò vtinam grates alia tibi parte referrem,
Sed nunc officium ſentiat vrna pium.

Ad Muſas de obitu eiuſdem.

O Factum illepidum atq; luctuoſum!
Nunc certe roſeas genas Camœnæ,
Humectabitis imbre lacrimarum,
Digna eſt res lacrimis, dolore digna.
Lacrimate, dolete, quantùm amatis
Veſtros Pierides bonæ patronos,
Factum eſt illepidum atq; luctuoſum.
Nanq; FVSIVS ille veſter ignis,
Qui vos plus oculis ſuis amabat,
Qui vos officiis piis merebat,
Veſtrum præſidium, decuſq; veſtrum,
Nunc eſt, heu, cinis, atq; inanis vmbra.
Sic ſic occidis, ô miſelle FVSI,
Nec te Pegaſidum fauor tuetur,
Nec fides proba veritaſq; nuda,
Et noſtris pietas fugata terris,
Orco te eripiunt tenebricoſo?
Non Deas pote tetricas mouere
Oris gratia mira, corporiſq;:
Non diros pote continere fuſos,
Ætas robore præpotens virili?
Ah parcæ nimium genus ſeuerum,
Sit vobis malè, ſit laborioſè,

Quæ charum Aonidum choro patronum
In flore heu medio abſtuliſtis æui,
O factum illepidum, atq; luctuoſum.

LIBER II.

Verſus Epitaphii ſcripti Iohanni Guilielmo Duci Saxoniæ, de mandato Auguſti, Elect. Ducis Saxoniæ, &c.

SIſte pedem, quàmuis properas, & marmore cæſa
Hoſpes luſtra oculis hæc monumenta tuis.
Quæ Iohanni poſuit Guilielmo, maximus armis
Auguſtus, celebri nec pietate minor.
Hoc ſat: nanq; ducis Guilielmi nomine dicto,
Si quid aues, fama ſcire loquente potes.
Defuit haud illi Germano gloria digna
Principe, parta domi gloria, parta foris.
Dum ſacro probat imperio dextramq; fidemq;,
Æternoq; ſimul mentem animumq́ Deo.
Defuit his ætas ſolum non congrua factis,
Nanq; diem, ante diem funere raptus, obit.

Aliud.

Et tibi dat virtus, Dux Ian Guilielme, ſepulcrum,
Et titulum pietas, quæ tibi culta fuit.
Hic Princeps laudate iaces: tua continet oſſa,
Quæ meriti retinet munera, terra, tui.
Non tu corpus eras ſine pectore: vis tibi mentis
Prouida conſiliis, nec pigra rebus erat.
Simplicis & ſtudium probitatis, & ardor honeſti,
Iuſticiæq; tenax cura, timorq́; Dei:
Et gentis decus haud tantis virtutibus impar,
Nec maior factis gloria, lauſq; tuis.
Ergo te meritò Germania luget ademtum,
Cuius præſidium grande ſuperſtes eras.

Rurſus.

TEVTONIÆ decus & dubiis fiducia rebus,
Hic tumulum Princeps Ian Guilielmus habet.
Qui genus illuſtri ducens à ſtirpe parentum,
Auxit honoratum per ſua facta genus:
Imperio nauans operam quam debuit omnem,
Atq; Deo tribuens quæ tribuenda Deo.
Aſſertor iuris, rigidi ſeruator honeſti,
Nequitiæ vindex impiger, atq; doli.
Pacis honos, duris patriæ tutamen in armis,
Spes Tyringorum, Saxoniæq́; nitor.
O vanas hominum curas! en occidit æui
In medio, dignus perpete luce frui,

In tumulum Phil. Melanchthonis.

QVi cumulo impleuit meritorum Teutonis oram,
Qua patet Arctoï littus ad vſq; maris,
Clauditur hic arcta tumuli ſub mole Philippus,
Artis & ingenii terminat æthra decus.
Non ætas huic priſca parem melioribus annis
Extulit, at mundi effeta ſenecta ferat?
Hoc vno meruit tantum Germania laudis,
Quantum cum Latio Græcia tota dedit.

Epitaphium Iohannis Molleri, Vratisl.

MOllere ô Parcas haud molliture, ſub iſto
Corpus habes tumulo; ſidera mente colis.
Quod ſi maturæ compléſſes fila ſenectæ,
Quantus honor iuris, Iane, futurus eras!
Occidis, & vix dum viceſimus egerat annus:
Stare diu ſummis inuida fata negant.

Auguſtino Gyncero Colmarienſi.

SCilicet hæc tandem longis erroribus actum
Gyncerum ſtabili ſede recepit humus.

Cui

Cui mentem pater eloquium Cyllenius heros,
Aonides dotes contribuêre ſuas.
Sed neq; Pieïrides iuueni, nec Atlantide natus,
Nec pater inſtantem depulit ipſe necem.
Omnia ſic fatum ſuperat, ſic omnibus æui
Stat ſua, muneribus non redimenda, dies.

Marthæ Ioachimi Cariſſ. V. F. Camerariæ.

MArtha puellarum decus, exemplumq; pudoris,
Martha ſub hac tumuli mole ſepulta iacet.
Quæ Camerariadum generoſo ſanguine nata,
Ornauit morum nobilitate genus.
Quod dederat, corpus mater ſibi terra recepit,
Spiritus in cœlum, venerat vnde, redit.

Eliſabethæ vxori Iohannis Pfeffingeri D.

HÆc Pfeffingerus poſuit monumenta maritæ,
Orbus parte ſui nobiliore tori.
Quod ſi morte Deus mortem penſare dediſſet,
Alterno mallet funere fata pati.
Nunc quia cœlicolis potior fuit iſta voluntas,
Iret vt hoſpitium nupta parare viro:
Ipſa quidem terras Chriſto rapiente reliquit,
Sed virtute ſua viuit in ore viri.

Valentino Wendlero Penicenſi.

WEndleri hic non eſt tumulus: nec conditur iſte
Clauſus humo, cœlo venerat, aſtra adiit.
Sed quod erat terræ corpus, ſibi terra recepit,
Terra fuit, terræ debita iura ſubit.
Cœlum animus repetit, doctrinæ conſcia, teſtis
Virtutis, volitat fama per ora virûm.

Gregorio D. Caſparis V. Cl. F. Peucero.

HOc ego Gregorius Peucerus marmore claudor,
Et patris, & magni nomine carus aui.

Hoc

Hoc ſatis:ingenium nec de ſe plura decebat,
Te tamen ô hoſpes pluſcula ſcire velim.
Flos mea vita fuit breuis eſt ceu floribus ætas,
Quos pubeſcentes iuncta ſenecta premit?
Sic modò naſcentem vernus quem vidit Eous,
Auctumnus caſſum lumine condit humo.
At bene habet,damnum eſt nobis reparabile,flori
Vere decus,ſummo ſed mihi vita die.

Tumulus D. Caſparis Curionis I.V.D.

ERgo tuam curæ carpſerunt CVRIO vitam,
Secula qui Pylii viuere dignus eras:
Sudantem Auguſta vidit te Chriſtus in aula,
Vidit,& hæc pariter commiſeratus ait:
Quam tibi dura negat Reſpublica,amica quietem
Mors feret hæc merces grata laboris erit.

Vlrico Groſio conſuli Freibergenſi.

GROSIVS exemplum raræ viridiſq; ſenectæ,
Cui menſura ſuis nomen erat meritis:
Supremo iacet hic cinerum ſacratus honore,
Colloquio fruitur mens propiore Dei.
Orba parente ſuo ſqualle Friberga dolore,
Conſiliis illi non habitura parem.

Tumulus Margarithæ Finkelthuſia.

AVratis dignæ loculis,& marmore dignæ,
Hic Margaritæ continet oſſa lapis.
Quæ ſata non humili geminorum ſtirpe parentum,
Moribus ornauit nomen vtrunq; ſuis.
Obſequio venerata Deum,iucunda marito
Officiis,domini nutibus apta regi.
Bis quater egregio quem fecit pignore patrem,
Militia in ſexus femina gnaua ſui.
Ingenio ſupereſt natorum,reddita terræ:
Viuit in ore viri,mente recepta polo.

Geor-

Georgio Oſtracio Raconenſi Magnæ ſpei iuueni.

SI quis & ingenio, ſimul & florente iuuenta,
Viuere dignus erat, viuere dignus eras,
Muſarum decus, Oſtraci, iuuenilibus annis,
Czechiadumq́; nouo gloria flore virens.
Nunc cadis vt tepidis vaccinia marcida ventis,
Ac tecum patriæ concidit omnis honor.
Quid fraudare iuuat primæ lanuginis annos?
In veteres eſto mors truculenta ſenes.

Angelæ Simoniæ Lucenſi.

HIc vxor ſita ſum Simonia: cetera norunt
Auſoniæ matres, Allobrogumq́ nurus.
Nam vitã mihi Luca dedit tumulũq́; Geneua,
Coniugis amplexu ſuſtulit atra lues.
Et, quæ ſola duos poterat diſiungere amantes,
Vix etiam potuit vis inimica necis.
Angela nomen erat, mirari parce, Marite,
Si miſſam cœlo, rurſus Olympus habet.
Pignora conſortis thalami tibi bina reliqui:
Viuo quibus tecum, reddita cœlitibus.

Memoriæ D. Modeſtini Piſtoris Coſ. Lipſ. & Præſ. ordinarii ſcholæ Iuriſperit.

INgenium, Virtus, Sapientia, Gratia, Splendor
Vrbis honos, Aulæ gloria, Fama ſcholæ,
Cuncta Modeſtini lugent Piſtoris ad vrnam:
Lipſia ſed cunctis triſtior, orba gemit.
Et meritò: quoniam iuris conſultior illo
Conſule nullus erat, nec magis vrbis amans.
Non mors hunc rapuit, terras Aſtræa peroſa,
Noluit hunc terris longius eſſe ſuper.

Barbara

Barbaræ Vlrici coniugi Wolfiæ.

QVam non barbaries morum fœdauerat vlla,
Barbara clauſa ſub hac Vuolfia mole iacet.
FACHSIA materno, patrio Piſtorias ortu,
In gemini Conſul ſtirpe parentis erat.
Sed generis titulos virtus ſuperabat in ipſa,
Inq; virum, inq; tori pignora fidus amor.
Grata viri pietas, hanc natæ miſcuit vmbris,
Cuius natalem præcipit atra dies.

Catharinæ Wolfiæ.

VVolfius hæc renouat caræ monumenta parenti,
Cui CATHARINA ſimul nomen & omen erat.
Nam ſine labe ſuæ traduxit tempora vitæ,
Caſta lares ſeruans, caſta cubile viri.
Hoc erat ingenium titulis æquare paternis,
RAVSCHEREq; domus non hebetare decus.
Heu breue vita bonum! Flos aruit ille pudoris
Ante diem, æternæ dignus honore comæ.

Godefridi Grefii Pueri V. annis Tumulus.

PAx nomen viuo dederat, qua lumine caſſus,
Alme fruor mortis munere Chriſte tuæ:
Pace mihi parta iubeas gaudere parentes,
Quos dolor excruciat funere, Chriſte, meo.

Iacobo Fabricio ſcholæ Halenſis gubernatori.

FAbricii condit moles hæc oſſa Iacobi,
Cui bene Halenſis erant tradita ſceptra ſcholæ,
Simplicitas, candor, placidique modeſtia vultus,
Ars quod promerita eſt, huic minuêre decus.
Sic doctum eſſe minus nunc eſt, quàm poſſe videri,
Dum ſpecie falli credulus orbis amat.

Annæ Petrææ.

VNdeno felix partu, geminiſque hymenæis,
Anna ſub hoc tumuli marmore clauſa iacet:
Quem mœrens ſtatuit PETRÆVS, amanſq́; maritæ,
Et deſiderium huic intulit & lacrumas.
Nunc pudor, & probitas ſeruant pietaſq́; ſepulcrum,
Ne ſopita Deo ſuſcitet oſſa furor.

Tumulus Apolloniæ Nuptæ III. Matronæ Primariæ in Pomerania.

COrpus Apolloniæ tumulo ſeruatur in iſto:
In Chriſto viuens ſpiritus, aſtra colit.
Si genus in precio eſt, & habent natalia laudem:
Non humili illa fuit progenerata domo.
Edita Brunorum ſublimi ſtirpe parentum,
Quos memorat gelido terra rigata Pano.
Sed quamuis generoſa foret lata Conſule patre,
Adderet & titulos patruus, alter honos:
Haud contenta tamen præluſtri ſanguinis ortu,
Æquauit morum nobilitate genus.
Moribus & par forma ſuis, reſpondit in ipſa,
Non animi egregiis forma pudenda bonis.
Gratior eſt pulcro naſcens in corpore virtus:
Commendat dotes pectoris, oris honor.
Ter quoq; nupta, fuit ſpes inuidioſa procorum,
Sed thalamum vnius maluit illa ſequi.
Quem probitate colens rara ſtudioque fideli,
Exemplum meruit coniugis eſſe bonæ.
Ergo, quæ vitæ ſunt præmia puriter actæ,
Grata viris, fetus non ſemel illa dedit.
Ex tribus aucta fuit bis quartum prole maritis,
Quoſq́; viros fecit, fecit & ipſa patres.
Heu quòd nulla diu ſtant gaudia, nullaque vitæ
Pars homini ſtabili certa tenore manet!
En matronalis flos aruit ille iuuentæ,

Perpe-

Perpetui dignus veris honore frui.
Et decus eximium lenta mors tabe peredit,
Cumæos meruit quod ſuperare dies.
Qui legis hæc, lacrumis hoſpes conſperge ſepulcrum,
Vt cineri veniant hinc alimenta pio.

Chriſtophoro Lemmermano I. V. Candidato.

CHriſtophori hæc Lemmermani monumenta, viator,
Quæ cernis, pietas fratris amorq; dedit.
Sed tabulis victura magis, ſibi ſigna parauit,
Pectoris æternis ingeniique bonis.
Dum ſacri voluit numoroſa volumina iuris,
Et meret in caſtris Papiniane tuis.
Teſtis erit tantis præſul Nunburgius auſis,
Expertus fidam conſiliantis opem.
Omnia fert genitrix annorum incana vetuſtas,
Ingenio partum neſcit obire decus.

Paulo Lobvvaſſero I. V. Candidato.

HAc ſub mole iacet PAullus, quo tabe peremto,
Et ſpes, & gentis tabuit omne decus.
Spes Lovvaſſeræ gentis, decus huius & omne:
Cuius adhuc columen grande, ſuperſtes erat.
Hei nihil aduerſo fas quenquam fidere cœlo!
En cadit, vt marcens menion ante diem.
Ac fratrem frater ne deſerat, oſſibus oſſa
Alterius miſcens alter, vterq; iacent.

Simonæ Piſtoriadi.

HOſpes da flores tumulo: flos ecce pudoris
Virginei iacet hac intemeratus humo.
Nomen aues? Simona: Genus? Piſtorias: ánne
Hoc ſatis eſt, inquis? dicere plura libet.
Populus vt ripæ decus eſt, nemoriq; cupreſſus:
Sic genus ornabat moribus illa probum,

Obſc-

Obſequio iucunda ſuis,pia,caſta,pudica,
Da cineri fletus, atque viator abi.

Barbaræ Schelhameræ.

NVpta Schelhamero conſulto Barbara Iuris,
Poſt Scheueli thalamos Conſulis,ecce iacet.
Quæ matris celebrata ſatu Piſtorias, ortus
Prædicat auctorem te, Vuidemane, ſui.
Ferre negat tumulus titulos gentiſque, virûmque:
Membra ſolùm, laudis terminat aſtra decus.

Tumulus Cunradi Regis, Bibliopolæ.

HOſpes,parce pios manes violare ſepulti:
Qui nullum læſit, lædere grande nefas.
Si neſcis,hæc ſunt CONRADI marmora REgis,
Spectati meritis, & probitate viri.
Cui ſe Pierides tantùm debere fatentur,
Quantùm Triptolemo debuit alma Ceres.
Nempe quod illarum merces diſtraxit, & artes,
Hinc dat ei tumulum Calliope, & titulum.

Epitaphium Iohannis Vnvverdi I. V. D. ac Scabini Lipſici.

IOhannes hac VNVVERDVS ſub mole quieſcit
Spes patris, & generis glória ſumma ſui.
Quem mons, Anna,tuus genuit,Valentia fecit
Doctorem,leto Chemniciumque dedit.
Luceque nunc caſſum Lipſenſis curia luget,
Quippe patrocinio præſidis orba boni.
Heu vitæ quàm ſumma breuis, quàm rara ſenectus
Ingenio eſt; cui non fata dedêre moram;
Ter denis vix dum ternos adiecerat annos,
Cùm Lacheſis iuueni ſtamina rupit atrox.
Ille tamen meliore ſui poſt funera parte
Viuit: nam virtus morte perire nequit.

Memoriæ D. Iohannis Pfeffingerii

QVi Pfeffingeri ſimiles in imagine vultus
Aſpicis, hoſpes & hæc pellege ſcripta memor.
Bauariæ dedit hunc tellus in luminis oras,
Quem vita functum Lipſia condit humo.
Dicere longa mora eſt, per quot diſcrimina rerum
Hunc exercuerit dæmonis ira trucis,
Finibus extorrem patriæ, preſſumque ſuorum
Inuidia, atque odiis turba profana tuis.
Dum venale Papæ cœlum, miſſamque peroſus,
Mauult eſſe tui portio, CHRISTE, gregis.
Cui ſe doctrinæ ſtudio, ſanctoque labore,
Atque operæ cura, conſiliique fide.
Addixit moderanſque ſcholas, & templa gubernans,
Haud grauis imperii fulmine, pacis amans.
Teſtis erit iuueni, vitæ ſine labe peractæ
Leucoris, & ſecli fama, LVTHERE, tui.
Et tu, relligionis apex, diuine MELANCHTHON:
Et tu, qui clarum de CRVCE nomen habes.
Poſtque hos, conſilii conſors, ſociuſque laborum,
Tu quoq; adhuc noſtræ ſpes, IOACHIME, ſcholæ.
Orba ſui luget Paſtoris Lipſia fatum,
Amiſſumque gemit Miſnidos ora patrem.
Salue ſancte ſenex, decus ô venerabile morum,
Salue cœleſtum conſociate choris.

Memoriæ Friderici Ducis Saxoniæ, D. Auguſti Principis VIIviri, &c. F. infantis.

TE quoque tranquillæ gaudentem nomine Pacis,
Illo Parca die, Dux FRIDERICE, necat:
Quem faſti ſignant conuerſi nomine Paulli,
Atque futurorum pectora gnara notant.
Omen ineſt letoque tuo, letique diei:
Chriſte veta, quod mens augurat, eſſe ratum.
Da nos conuerſos poſita reſipiſcere culpa,

Et Paul-

Et Paullum fieri, qui modò Saulus erat.
Pax vrbes, & templa colat: pax optima rerum:
Diſpereat, quiſquis bella neceſque crepat.
Diſpereant, quos ſpirantes immania facta.
Chriſticolarum animas morte necare iuuat.
At vos, alta Deo recludite limina, portæ,
Regis in aduentum pandite tecta, fores.

Memoria M. Matthæi Rheſchuchii Gottlebienſis.

CArmine RHESCHVchii tumulum maneſq́, beatos,
Crimen erat, nullum nomen habere meo.
Quem iunxit longæ mihi conſuetudinis vſus,
Cultorem ſtudii participemque mei:
Quem lugent Muſæ quem ſanctæ Suada loquellæ,
Relligio paſſis quem gemit orba comis,
Ereptum primo viridis ſub flore iuuentæ,
Vix numerantem æui bis tria luſtra ſui.
Ille tamen Chriſto fruitur, ſemperque fruetur,
Cuius ſaluifico gramine pauit oues.
Iuſtitiæ paſtor, mortis quæ nititur vno,
Chriſte, tuæ merito, munere caſſa ſuo.

Annæ Berſmanæ matri ſuæ dilectiſſimæ.

RApta prius miſero, genitrix, quàm cognita nate,
Iniecêre graues quæ tibi fata manus?
Alterna ſi morte animas penſare liceret,
Penſarem hoc pro te ſanguinis omne lubens.
At nunc, ſæua licet quod per decreta ſororum,
Te veniente die, te fugiente querar.
Donec ad æthoream cœli ſeptemplicis aulam,
Matura fas ſit te mihi morte ſequi
Sed quibus agnoſcam indicibus tua neſcius ora?
Index fidus erit nec malè gnatus amor.

In tumulum Mauricii Victoris, Ducis Saxon. Principis Electoris, &c.

SEptemuir claro de ſtemmate natus auorum,
Inclutus auguſto ſanguine MAVRICIVS,
Agmina qui toties Turcarum immania fudit,
Hoſtibus ex mediis capta trophæa ferens:
Gallia quique tuis fortiſſima notus in oris,
Pro patria pugnans fortiter oppetiit.
In medias dum nanq; acies acerrimus heros
Irruit, hoſtili concidit ecce globo.
Principis ergo tui flebis Germania fatum,
Flebis & ipſa tuum Miſnidos ora patrem.

Chriſtophoro Schellenbergio.

ET nardo & violis amœniorem,
Hymettiq; liquore dulciorem,
Tellus hæc gremio fouet poëtam,
SCHELNBERgũ, Clariæ decus Camœnæ.
Quem lugent Veneres, Cupidineſq;,
Sed caſtæ Veneres, Cupidineſq;,
Et ſanctæ Charites, ſacriq; Amores:
Quos verſu cecinit pio, ac venuſto,
Cedro digna locutus, & cupreſſo.
Cur non melle fluat, nemuſq; florum
Tellus, quæritis, hæc ſinu refundat,
Intus melle ſcatens, alenſq; flores?
Nempe adhuc nimiùm madet rigata
Multa aſpergine, & imbre lacrumarum.
Quòd ſi Phœbe tuis recocta flammis
Areſcet modicùm, imbibetq; fletus,
Quos vdæ tumulo dedêre Muſæ,
Tunc & melle fluet, geretq; flores.

Catharinæ D. Sigiſmundi Me[...]ici vxori Kolrcutera.

QVas Kolreuterus mallet ſibi ſoluere nuptam
Inferias, viduus coniuge matre pater:
Has tumulo reddit. ſupremum mœſtus honorem,
Quem meruit pietas illius, atq; fides:
In prolem & ſtudium bis quinam, animuſq; benignus,
Ac ſibi commiſſæ prouida cura domus.
Nunc te terra rogat, quæ ſeruas oſſa ſepultæ,
Ne ſuper incumbens huic grauis eſſe velis.

Wolfgango Pfentnero.

QVem luget paſſis Eccleſia pulla capillis,
Quem patriæ mœrent atra Lycea meæ:
Hîc tumulum Pfentnerus habet, qui voce profeſſus,
Pectore credebat non dubitante Deum.
Iſtorum haud ſimilis, qui falſo inuertere verum,
Et luci tenebras conciliare ſtudent:
Doctrinæ quos ventus agit, velut Eurus ariſtas
Huc illuc flatu præcipitante rapit.
Ergo, quem mundo coram eſt confeſſus Ieſum,
Hunc idem in cœlis aſſerit, ante patrem.

Margarita Meurera, D. Bolgangi vxori.

QVæ matronarum nitidus fuit vnio ſexus,
MARGARIS hac tumuli condita mole iacet.
Quæ Blaſebalgana referens ab origine nomen,
Nupſit honorato digna reperta viro,
MEVRERO, chorus aſſurgit cui Pæonis omnis,
Quem nouies fecit pignore feta patrem.
Viderat hæc oculis Atropos non æqua malignis,
Abſcidit & dira ſtamina trunca lue.
Et tamen illa ſatis vixit famæque, ſibiq;,
Quæ caſtè vixit, vixit & illa diu.

Ad ſepulchrum Annæ Camerariæ Ioachimi coniugis.

Viator, etſi vrget te iter, greſſum tamen
Morare paullùm: nam viæ diſpendium
Haud tantulæ hic impendio fiet moræ.
Vides ſepulcrum fœminæ lectiſſimæ,
Boniſq; morum laude cognitæ omnibus,
In pauperum & gregem beneficentiſſimæ.
Quæ procreata gentis è Truchesiæ
De nobili gentis ſatu Franconicæ,
Vocata nomine quod relinquit ſe retro,
Eſt collocata nuptiis Camerario,
Quem laudat Eos, quem ſalutat Heſperus:
Qui cum peregit quindecim trieteridas
Vnamq; meſſem, ſemper obſequens viro.
Gnatos creauit quinq; gnatas quattuor,
Nec has pudendas, nec ſuo illos ſanguini.
Felix nepotum prole, felix liberûm,
Seruauit ædes, remq; fecit ſedulò.
Nunc obſita annis, atq; vitai ſatur,
Quam tradidit, ceu curſor amens lampada,
Hoc conditur ſolo maritum proximè,
Cui paratura hoſpitium anteuorterat.
Sed mortuam viator hanc credas caue,
Orbi loquentem tot ſuorum vocibus.
Hoc te volebam ſcire, nunc abi, vale.

Barbaræ D. Laurent. Lindemani vxori.

Quæ iacet hoc tumulo nunc Barbara, nupta marito
Qui tiliæ claret nomine, quique viri:
Occiderit quamuis ſatur æui, abſoluere culpa
Fatorum illa tamen facta ſeuera nequit.
Nam ſi quæ meruit Parcarum vincere coniunx
Iura trium, meruit moribus illa ſuis,
Corde Deum venerata pio, complexa maritum
Obſequiis, natos ſedulitate ſuos.
Mota erat his Clotho, at Lacheſin iam fila morantem

Non

Non tulit,iniiciens Atropos atra manum.
Vix aliud tanto iactat ſe nomine marmor,
Hæc Nioben retulit prole,pudore Liam,

Annæ Erneſti Voegelini vxori.

QVæ potuit nuptæ perſoluere præmia morum
Erneſtus,triſti fueris officio,
Omnia perſoluit mœrens, maiora daturus
Mortis parte ſuæ, ni vetet orba domus,
Proles cura domus octonæ, matre ſepulta
Omnis quæ cœpit nunc onus eſſe patris,
Materna vice fungentis, pariterq; paterna,
O ambas iubeas huic Deus eſſe leues!

LIBER I.

ELEGIA I.

In Reditum Philippi, Camerarii.

EReptum dubiæ tandem diſcrimine vitæ,
Quod tibi Romulea caſus in vrbe tulit:
Gratulor incolumi patriam tetigiſſe recurſu,
O curæ pretium dulce Philippe meæ.
Teutonicas latè volitabat fama per vrbes,
Flebilis,& meritis inficianda tuis:
Quem non Adriaci furor implacabilis æſtus,
Antiphatæq: domus læſerat hoſpes atrox.
Haud Læſtrygoniis humanior ille colonis,
Litoris hos Thuſci qui tenuêre ſinus,
Non Alpes crudæ, non inuia ſaxa,feræq;,
Huic dura innocuo vincla paraſſe PIVM.
Quod ſcelus vt noſtras allatum perculit aures,
Vox hæſit ſubiti muta pauore metus.
Ac longum poſt auſa loqui,Meliora precemur,
Alme parens (inquit) tu meliora feras.
Hinc tamen vt retegens animum nubecula ceſſit.

Non fuit hæc penitus credita fama mihi.
Vel, quia iura vetant externo ſanguine quenquam,
Impia non facto crimine vincla pati:
Atq; Philippe, tuæ longo mihi cognitus vſu,
Ille tenor vitæ labe carentis, erat,
Vel, quia tarda fides geſtis, quæ credita lædunt,
Quodq; perhorreſcit mens, negat eſſe ratum.
Credere quæ iubeant locus eſt, & didita terris
Romanæ Sphingis perfidia, atque dolus,
Illa ſiniſtra animum mihi per præſagia verſant,
Alternante meam ſpeq; metuq; fidem.
At poſtquam de te mihi certior adfuit auctor,
Mœſta tui digitis charta notata patris,
Tum verò attonitum præſentis imagine caſus,
Occupat inſuetus frigida membra tremor.
Et mecum: En tua mendaci quam nomine iactas,
Falſipie, en pietas, en tua ſancta fides!
Hoſpita ſic præbes Germanis tecta, laresque,
Hæc ſunt hoſpitii iura ſacrata tui?
O nunquam noſtris felix Saturnia tellus,
Secli pernicies, Teutoniæque lues.
Ergo te propter natalia linquimus arua,
Tu longæ nobis anxia cauſſa viæ?
Quis furor eſt, certo non limite malle teneri
Telluris, vitam quæ ſibi prima dedit:
Quàm niue inacceſſas manibus reptare per Alpes,
Atq; æſtu ſolui, frigoribuſq; premi?
Quàm ſatius fuerat patriæ ſub tegmine villæ,
Ducere ſecuros ſpe comitante dies.
Aut vmbras inter nemorum recubare ſalubres,
Intentum ſtudiis Pieridumque moræ?
Quàm per tot caſus, per tot diſcrimina rerum,
Diuiſam patrio te procul orbe ſequi.
Tu maris emenſum longos terræq; labores,
Immiti Cordum tollis acerba nece.

Quo non Pæonias alter perfectius herbas,
Ac totum medicæ nouerat artis opus.
Nam dum te ſequitur, iuuenilibus excidit annis,
Et noua terrigenis vermibus eſca iacet.
Nec tumulo potuit ſupremum mater honorem,
Debita nec cineri ſoluere iuſta pio.
Mitto alios, quos tu noſtræ commune ſepulcrum
Gentis, inexpleto condis auara ſolo.
Tu quoq; (noxa recens) Muſarum caſtra ſecutum,
Omnis & immunem criminis atq; doli,
Antiqua Camerariadûm de ſtirpe Philippum,
Quo mihi ſublato viuere pœna foret,
Heu quantis merſas, inſontem criminis, vndis,
Heu quantis cumulas inſidioſa malis!
Namq;, viam relegens Campanis nuper ab oris,
Dum petit hoſpitii numera Roma tui:
Quàm diuerſa ſuis tulit iſthic munera votis,
Oenotri captus proditione viri!
Aonidum ſacer ille comes, legumq; ſacerdos,
Scilicet hoc illi culpa luenda dedit.
Infelix iuuenis, crimenq; perenne Quiritum,
Nunc etiam audaci qui timor eſſe potes:
Quid conſcire tibi caſto nil pectore gaudes,
Quid cauſſæ fidis fortiter ipſe tuæ?
Vana tuæ vitæ eſt, vana eſt fiducia cauſſæ:
Crede mihi, tellus non habet iſta DEVM.
Exulat Auſonia probitas extorris ab vrbe,
Et pudor, & recti non ſimulatus amor.
Iura docet Latium, ſed iuris nulla faceſſit
Dogmata: quid leges moribus absq; iuuant?
Dic tamen, ô tantis fortunæ erepte procellis,
Quo mihi nunc viuo eſt viuere dulce magis:
Si tibi cura ſumus nos mutua, nec tibi noſtri
Mutato patriæ Sole receſſit amor,
Quid tibi nunc animi, trepido quis pectore ſenſus,

Quis color in tantis fluctibus oris erat?
Cum te ſecurumq; mali, nec tale timentem,
Atq; regreſſurum luce ſequente vias:
Vrbicus aggreditur turba ſtipante ſatelles,
Ac tumido tales increpat ore minas.
Huc tibi me Prætor legauit idoneus auctor,
Et iubet imperii iuſſa ſequare ſui,
Tuq; comeſq; tuus: (communis namq; pericli,
Tum ſocium dederat ſors inimica tibi,
Spectata iuuenem virtute, fideq; probatum,
RITTERVM, quem nunc Norica iactat humus.)
Quid tibi mentis erat, triſti cùm carcere clauſus,
Herebas culpæ neſcius ipſe tuæ?
Mentior? anne ſubit potior tibi cura parentum?
Quos metuis fatis exanimare tuis.
Et minus Auſonias iam diuulgata per oras,
Eſſe tui velles nomina clara patris.
Si bene te noui, tibi carcere triſtior ipſo eſt,
Materni luctus pectoris, atq; dolor.
Quid verò tibi mentis ineſt, nunc fare roganti,
Cardineos quando ſiſteris ante patres?
Doctrinæ cenſura quibus commiſſa profanæ eſt,
Bis toto lectos quattuor orbe viros.
Cùm te, cui falſum dederat Clementia nomen,
Et Pietas, verbis inſidioſus adit.
Quæſitumq; diu de relligione, fideq;,
Hæretici aſſeclam dogmatis eſſe refert,
Et tua nunc blandis pertentat pectora dictis,
Nunc vim pollicitis adiicit, atq; minas.
O cordis quoties tollens hæc inter ocellos,
Sollicitas arcta cœlica templa prece!
O quoties tanto iactatus turbine rerum,
Flaminis imploras corda regentis opem!
Quò ſacer illius te fulciat halitus auræ,
In vera vt perſtes agnitione Dei.

Nec formido tuam labefactet languida mentem,
Neu capiat blandis ſubdola lingua ſonis:
Vota preceſq; Deum tangunt: en ille piorum
Pro te vota tuas audiit ille preces.
Ac tibi blaſphemæ contra mendacia linguæ,
Et quæ mellito pectora felle madent,
Aſtititi & mediis reuocatum faucibus Orci,
Prævalida retrahens extulit ipſe manu.
Nec tibi terrifico Canis ille triformis hiatu,
Impreſſo potuit figere dente notas.
Nec tibi Clementis mentem inclementia fregit,
Nec quinti pietas heu truculenta Pii.
Non petaſatorum ſubſellia tetrica Patrum,
Qui Petrum vultu, Dæmona corde gerunt.
Non vis æſtiuo contracti tempore morbi,
Dum flagrans ſiccos æſtus hiulcat agros.
Victor abis; ſeq; ipſe tui Papa carceris vllum
(Credere ſi fas eſt) crimen habere negat.
Nec minus atrocis Clementem pœnitet auſi,
In te cui ſtructi non valuêre doli.
Conſors turba Patres, prætexunt nomine culpam,
Arbitrioq; negant iſta peracta ſuo,
Pœniteat Clementem auſi, Patreſq; ſceleſtos,
Hic ſolet iniuſtis exitus eſſe dolis.
At plus iſta tibi iam nunc vexatio laudis
Confert, quàm damni fraus inimica dedit.
Carceris infamat nec enim cuſtodia quenquam,
Carceris infamem reddere culpa ſolet.
Quæ te nulla premit, niſi quis pro crimine vertat,
Non facti noxa criminis eſſe reum.
Innocuæ teſtis vitæ eſt tibi, turba ſodalis,
Quæ ſeptem gemina traxit in vrbe moram.
Et fatum miſerata tuum, inſanabile linguæ
Alterius doluit virus obeſſe tibi.
Nec plus in cauſſam morum valuiſſe tuorum

Candorem,& meritum pectoris omne tui:
Quàm non affinis nocuit contagio culpæ,
Quæ verſu non eſt notificanda meo.
Quod vetet officiis reuerentia debita multis,
Nec tua me probitas, ſi ferat iſta,ſinat.
Et facilis cunctis animus, veniæq; paratus,
Haud patris ingenio degener ille tui.
Quid moror? illa tibi famam fortuna perennem,
Victurumq; dedit poſt tua fata decus.
Ac præter meritos antiquæ gentis honores,
Quam tuus ingenio vexit ad aſtra parens,
Notus & Heſperiis, & terris notus Eois,
Sublimem tituli contulit ipſa locum.
Sic Ithaco æternum tribuit patientia nomen,
Ille ortu quamuis inclutus eſſet aui.
Anchiſaq; fato,patriæ pietatis honore,
Altera nobilitas accumulata fuit.
Et tua difficili virtus exercita caſu,
Ac ſpectata tenax hoſte probante fides,
Addidit inſignem merita tibi laude nitorem,
Maiorum geminans per tua facta decus.
Quem nec liuor edax famæ, laudiſq; bonorum,
Vulnifico poterit carpere dente malus.
Non hominum innocuis infeſta Calumnia factis,
Tartarei cerebro progenerata Iouis.
Quæ fidens animi, patriæ non degener artis,
Mille nolet fraudes nectere, mille modis.
Mendacesq; virûm diffundit in ora ſuſurros,
Criminibus gaudens inſimulare probos.
Virtutem vitiis inuertens rectaque prauis,
Aſpergens maculis candida quæq; ſuis.
In laudes muta, ad conuicia prodiga linguæ,
Aure bibens auida peſſima,ſurda bonis.
Nulli inimica palam,nec aperto cominus vllum
Marte petens, blandis inſidioſa modis.

Hæc

Hæc ſi fortè tuas in probrum vertere laudes
Audebit meritis non ſatis æqua tuis:
Non tamen (hoc auſu quamuis conetur iniquo)
Fulgorem famæ polluet illa tuæ.
Dum Clypei te mole teget mens conſcia recti,
Cumque ſorore ſua non temerata fides.
Ne te proluuies Stygiæ conſpurcet alumnæ,
Geſtiat aut famæ labe ſuperba tuæ.
Quin age ſecurus vanæ ſine viribus iræ
Liuoriſq; mali, Ditigenæque luis,
Solue DEO meritas ſolenni munere grates,
Debitor & voti, debita vota refer.
Non mollis coſti, nec blandi thuris honores,
Quæque aris libat diues odoris Arabs:
Sed meritis grati tantis libamina cordis,
Oris & hymniſoni carmina grata DEO.
Ipſe ego votiua decorabo templa corona,
Quam ſuper hos verſus ſcripta tabella geret.
Præſulis erepto manibus, Patrumq; Philippo:
Damnatus votis hæc tibi, Chriſte, refert.

ELEGIA II.

Ad Michaelem Barth. popularem ſuum.

SI vacat, & noſtris non obdit verſibus aures,
Grande Decanatus, quod tibi fertur, onus:
Accipe non vanam portantia verba ſalutem,
Ardua Pierii gloria, BARTHE, chori.
Nec quia ſiccaſti largo Permeſſida potu,
Ingeniique ſonant flumina lata tui:
(Dum ſacros ſacro ſermones fundis ab ore,
Aut patriæ, triplici carmine, facta refers.
Dum vel in Andini ſurgis præconia vatis,
Vel meritos cœli tollis ad aſtra viros:
Nataque dum per te Lycomedis ſcribit Achilli,

Et quæ cuncta foret commemorare labor)
Argue Lenæo me fruſtra vina parenti,
Aut Corcyræo mittere poma ſeni.
Sic etiam (ſi noſtra decet componere priſcis,
Si licet & tutò nomina tanta ſequi)
Veronæ doctus non detrectauit alumnus,
Virgilium ſalibus detinuiſſe ſuis.
Sic olim culto Naſonis charta Seuero,
Attulit imparibus condita verba modis.
Quamuis ille grauem cantu præſtaret Homerum,
Huic foret Aoniis fertile pectus aquis.
Finge ſed eſſe nefas, carmen miſiſſe Poëtæ:
Hoc modò cui mittam rectius, ecquis erit?
Vſq; adeò cunctis Muſarum munera ſordent,
Ac, præter vates, carmina nullus amat.
Quæ damus ergo tibi creſcentis pignora Muſæ,
His facilem læta porrige fronte manum.
Non hæc ambitio, perfuſaq; gloria fuco,
Nec me ſacra fames ſcribere iuſſit opum,
Sed potius cernens venturi iudicis iram,
Cuius ſignorum, dant documenta, minæ:
Obuius his volui ſummo prodire tonanti,
Delictis frenos his inhibere ſuos.
Si tamen & noſtræ fuerit quæ cauſſa Thaliæ,
Hæc tibi cur ferret certior eſſe cupis:
Fortè tibi meritas meditabar pectore grates,
Sed neq; in has curas ipſe ſat vnus eram:
Donec Muſa mei, præſens medicina, doloris,
His mulcens (infit) cor mihi triſte ſonis.
PELLE metus, dubios animo depone timores,
Ipſa tuum pro te munus obire volo.
Officiis alii precium gemmaſq; rependant,
Gemmarum & precii carmina pondus habent.
Quas igitur noſtro reddit tibi nomine grates,
Accipe iudiciis Vir venerande meis.

Poſcit

Poſcit idem, medicas tibi qui non inuidet artes,
  Ac pariter ſacri præſes Apollo chori.
Ille quidem ſemper te gaudia carpat alumno,
  Conſortem patriæ gratulor ipſe mihi.
Sed licet hæc miſiſſe pudet, quia parua videntur
  Dona, tamen paruis gratia rebus ineſt.
Sic Deus agnorum cum gaudet ſanguine centum
  Non ſpernit tenues cum pietate focos,

ELEGIA III.

De Cometa Anni M. D. LVIII.

ECquid in humanam conſpirant ſidera cladem,
  Sidera venturi nuncia ſigna mali?
Mutua non certè coëunt in fœdera fruſtra,
  Nec nouus hic caſu conciliatur amor.
Fallor? an interitu quondam Phœnicidos vrbis,
  Quæ vetus, Herculeo vulnere, nomen habet,
Diuinæ natura potens inſeruiit iræ,
  Flagitiis pœnas conſtituente Deo:
Cum patefacta bibit cæſorum terra cruorem,
  Vertit & cineres feruida flamma domos,
Quando coloratum remouentia nubila cælum,
  Optatum miſeris eripuêre diem,
Et ſimul aſſurgens immani murmure Pontus,
  Quæſitam clauſit per freta ſæua fugam:
Sic nunc celiuagæ iungunt ſocia agmina turmæ,
  Vt iunctis in nos viribus, arma ferant?
Vix ſibi falciferum Mauors ſociarat amore,
  Expleret rabidam quo magis ille ſitim.
Vix lumen Titan, vix lucem Luna recepit,
  Dum ſoror hunc, illam denſior vmbra tegit.
Ecce nouas iterum fraudes, noua fœdera nectit,
  Gradiuus dirum pectore virus alens.
Toruaq; dum luſtrat Nemeæi ſigna leonis,

Non

Non procul à curru, Phœbe coruſce, tuo:
Blanditiis ad te ſe Tegees inuitat alumnum,
Quem peperit ſummo lucida Maia Ioui.
Quid nunc amborum concordia linquet inauſum,
Vi quando Mauors pollet, at iſte dolo?
Scilicet inuenient perdendi mille figuras,
Aſtrorum tantum vis geminita nocet.
Nec verbis opus eſt: en quantum poſſit vterque,
Aërea rutilans fax regione docet.
Quid vult ſupremas vapor hic extractus in auras,
Quid noua barbati ſideris effigies?
Hîc vbi decliui Phœbus ſe mergit olympo,
Ac iuga defeſſis gemmea demit equis.
Et ſub Parrhaſiæ quâ ſidere cernitur vrſæ,
E Beroniceo vertice rapta coma.
An ne nouas iterum ſtrages; noua prælia cerno,
Nec noſtri fuſum ſanguinis antè ſatis?
Fallor? an Auſoniis tantum, Galliſq; ſuperbis,
Incutit aduerſo fax ea crine minas?
Noſtraq; ſecuram ducens Germania vitam,
Tota ſecuturæ libera cladis erit?
Hoc Deus ô iubeas vaneſcat vt omen in auras,
Quod præſaga mali pectora noſtra timent.
Et meritò; nam ceu paries vbi proximus ardet,
Contactu flammas concipit inde tuus:
Sic Antenoreis, contermina Teutonis; oris,
Vicinam metuo ne trahat inde luem.
Quis ſpectauit enim terris impune Cometen,
Augurium luctus, artificemque metus?
Si licet in dubiis, exemplis teſtibus vti,
Quid dictis teſtes addere pauca vetat?
Iam bis complerat Saturnus curſibus orbem,
Alteraiamq; illis addita meſſis erat:
Ex quo deſcendens mundi Seruator ab alto,
Purus [illegible] virgine natus homo.

Cùm

Cùm dirus fulget ferali crine Cometes,
Bis tria dum Titan ſigna recenſet equis.
Quid non portendit, ſidus fatale, malorum,
Quid non horrendis, cauda nefanda, pilis?
Imperii mundiq; Nero communis Erinnys,
Quas meruit pœnas crimine, morte luit.
Noxia Romanos agitat diſcordia ciues,
Iura iacent, ſceptrum quilibet enſe rapit.
Quis tum diſiectam Solymorum funditus vrbem,
Quis dicat ſiccis mœnia verſa genis?
Sanguis abit quoties ſubit eius lucis imago,
Qua res Iſacidûm procubuêre ſolo.
Horreſco referens ingentes ſtragis aceruos,
Quos dedit Æneadûm dextera Marte potens.
Horreſco referens ſpumantes ſanguine foſſas,
Ac proiecta ſolo tabida membra fame.
Et quis adhuc portenta leues diſpergit in auras,
Stellarumq; negat pondus ineſſe minis?
Quos ego vel Libycæ nutritos lacte leænæ,
Vel ſilices circa pectus habere rear.
Non ſic experti præſtantes Teutones armis,
Non ſic Martigenæ fortia corda, viri:
Quando Pannonias adducens Attila vires,
Non leue Germanis Romulidisq; malum,
Vndiq; ſubuerſas nudauit ciuibus vrbes,
Ac vaſtos late cæde repleuit agros.
Tunc lugubre rubens terreſtris in aëre moles,
Viſus & ardenti totus in igne polus:
Quàm non fallacis fati documenta dederunt,
Quàm bene venturum præmonuêre nefas.
Neue morer priſcis, exempla recentia nobis,
Cum dare vel præſens tempus & hora queat.
Quos prædicat iis luctus, pariterq; dolores,
Flamma quibus diris innuit iſta comis:
Varnenſi monſtras rex Vladislae ruina,

Triſte luens rupti fœderis exitium.
Hei mihi tum quantis infelix excidit auſis,
Obiicit heu quantæ ſeq; ſuoſq; neci!
Quæ tamen vt fugeret (ſi mens non læua fuiſſet)
Prodigiis poterat cautior eſſe poli,
Viſcoſam cernens flagrare ſub æthere maſſam,
Dum calor Icarii ſinderet arua canis.
Sed placidè neſcit ſortem mens ferre ſecundam,
Vt neq; conſtanti robore, dura pati.
At cur in veterum feror acer crimina iudex,
Non minus hæc atrox tempora culpa premit.
Nondum ter gelido concreuit frigore Pontus,
Terq; ſuis Caprum Phœbus adiuit equis:
Arctoos cum terra iacens Aquilonis ad ortus,
Conſpexit ſimilem crine rubere facem.
Quæ primùm roſeo procedens Solis ab ortu,
Quâ micat Erigones ſpica retenta manu:
Aſtrorum comitata ſuo veſtigia curſu,
Heſperiis pariter ſe quoq; tinxit aquis.
Inde Lycaoniam poſtquam deflexit ad vrſam,
Sicca diu, noſtris eſt minitata plagis,
Sentit adhuc Veſper, bellax Germania ſentit,
Quid ferat ingentis conſcia cauda mali.
Quis tamen emendat vitæ delicta prioris,
Quis vitiorum aliquē nouit habere modum?
Ipſe licet verbo moneat Deus, ipſe minetur,
Nil tamen aut monitis, aut mouet ille minis.
Securas adeò cepit dementia mentes,
Quæ ruit in quoduis, lumine capta, ſcelus.
Quod ſi quid monitus, ſi quid moderamina poſſunt,
Si quid commoti nuncia ſigna Dei:
Iam tandem vitiis, Germania, ſupprime frenos,
Sit ſatis admiſſi criminis eſſe ream.
Iam furor in curſu eſt, iam ſacro cede furori,
Iam lacrumis illum, iam reuocato prece.

Cedas

Cedat in exemplum Solymæ tibi triſte ſepulcrum,
Illius luctu, diſce carere tuo.
Deſine ſacrati contemnere munera verbi,
Quoſq; iubet verbi dogmata ferre Deus.
Sic tibi quas tellus pœnas, quas aſtra minantur,
Effugies, iuncta cum pietate, prece.

ELEGIA IV.

Ad Vincentium Madium.

DOcte vir, Auſonias multùm celebrate per oras,
Ingenio præſtans, eloquioq; potens.
Quæ legis, vnde ferant, miraris fortè ſalutem,
Carmina barbarica non bene iuncta manu.
Hæc tibi qui mittit, quamuis inculta, nec aures
Digna, nec arbitrii iura ſubire tui.
(Da veniam faſſo, nec reſpue verba precantis,)
Noticiæ laudem geſtit habere tuæ.
Diuiſus veſtro penitus Berſmanus ab orbe,
Quâ ſurgit grauidis ære Miſena iugis.
Non huc me regione viæ, nec ſidere falſum
Terra, vel aduerſis fluctibus vnda tulit.
Nec caris patriæ depulſum finibus vrbis,
Vertere natalem culpa coëgit humum.
Non iuſſere meis contraria numina votis:
Hæc animo intrata eſt terra volente mihi.
Hæc quæſita meis fuit, hæc inuenta Camœnis:
Dii faciant fauſto ſit mihi tacta pede.
Nanq; tuæ dum clara ſequor præconia laudis,
Euganeæ liqui culta Lycea ſcholæ.
Iſthic fama meas haud mendax venit ad aures,
Quanta ſit eloquii gratia, viſq; tui.
Crede mihi, de te rumor præconia fecit
Magna, ſed ingenio non tamen æqua tuo.
Plus hic inuenio, quàm quod mihi rettulit iſtic,

Tantas diuino pectore promis opes.
Sed quid onus tenui diſpar committo Thaliæ?
Non facit ad vires ſarcina magna meas.
Quod ſi pauca tui dederis mihi ſigna fauoris,
Addideris neruos forſitan ipſe mihi.
Da mihi te placidum, qualem te ſæpe dediſti
Hoſpitibus: non eſt res oneroſa fauor.

ELEGIA V.

Valedictoria ad amicos, cùm in Gallias.

CVm ſubit illius facies mihi mœſta diei,
Digreſſus veſtra quo procul vrbe fui.
Dimidiumq; mei, repeto cum mente ſodales,
Tunc etiam in lacrimas me iubet ire dolor.
Ecquis enim ſiccis meminiſſe hæc poſſit ocellis,
Ac deſideriis firmior eſſe ſuis?
Non ego fortis in hoc, non hæc conſtantia noſtro
Ingenio (quid enim vera negemus?) adeſt.
Iam propè tempus erat, quo me fortuna iubebat
Dulcia Eliſtræi linquere rura ſoli.
Celtarumq; procul quâ Sequana terminat oras,
Hoſpitium Muſis quære dulce meis.
Ingreſſurus iter gladio latus enſe recingo,
Et feſtinatas dum licet apto vias.
Vera loquor: nec mens aderat, ſtudiumq; parandi,
Nec ſatis ad cœptum pes mihi promtus iter.
Non mihi tunc libros, non veſtes cura legendi,
Auxiliumq; meæ præſidiumq; viæ.
Facta paro, facienda ſino: mox limine tacto
Egreſſos redeo neſcius ipſe lares.
Nunc hæc ſuſcipio, nunc hæc ſuſcepta relinquo,
Miſſaq; nunc repeto, nunc repetita ſino.
Tunc mihi fortè aliquis longo coniunctus ab vſu,
Hoc eia (inquit) agas, nec tamen illud ago.

Ac velut in ſomnis, cum primùm lumina preſſit
Alta quies, & iam membra ſopore iacent:
Sæpe auidos curſus extendere, ſæpe paramus
Fortia deductis edere verba labris,
Sed neq; lingua valet cupidas expromere voces,
Et genua in mediis curſibus ægra labant:
Sic iter accelerans ſtudio feſtinus inerti,
Accelerando meas ipſe retardo vias.
Cogimur ire tamen, comitumq́ accincta caterua
Vlterius ſpatium non ſinit eſſe moræ.
Ergo parans abitum, ſupremùm mœſtus amicos
Alloquor, & tenui vix ea reddo ſono.
O mihi fraterno dilecti more ſodales,
Queis ſine dulce mihi nil fuit, eſt, & erit:
Eſte ſalutati, memores & viuite noſtri,
Vos ego, quod ſupereſt temporis, vſq; colam.
His dictis (nec enim dolor illis plura ferebat)
Tardanti ſubdo calcar iturus equo.
Diuidimur, vox vna vale vale, inquit, amice,
Atq; bonis auibus mox rediturus abi.
Quis mihi tunc à me digreſſis ſenſus amicis!
Quosue dabam gemitus pectore, quotq́; meo!
Ah quoties vdis abeuntes mœſtus amicos
Reſpiciens oculis nota per arua ſequor.
Ah quoties a liquis comitum, dum lumina flecto,
Iſtic an quod te retrahat, inquit, habes?
Prouehimur, multa cùm nubilus arbore lucus,
Eripit ex oculis pectora cara meis:
Quæ licet haud poteram, poteram tamen alta videre
Mœnia, quæ placida lambit Eliſter aqua,
Et loca dum licuit noſtris habitata Camœnis,
O mihi poſt patrios cura ſecunda lares.
Quæ tum ſuprema compellans voce ſaluto,
Syluicolasq́; Deas, Naïdumq́; choros.
O mea cura Deæ, mea ſpes, mea gaudia Nymphæ,

Sæpe quibus violas, lilia ſæpe tuli.
Et liquidi fontes,& ſyluæ,& frigida Tempe,
Sæpe mihi medio dulce cubile die.
Tuq; ô communis ſtudiorum Lipſia mater,
Semper amata mihi,ſemper amanda vale.
Si reducem veſtris me ſiſtent numina terris,
Et mihi luce dies fulſerit iſta bona.
His vobis gratus ſuſpendam munera ripis,
Atq; hoc in tiliæ cortice carmen erit:
Hæc patriæ caris Berſmanus redditus oris.
Vos date nunc precibus muneribuſq; locum.

ELEGIA VI.

Ad Matthæum Rheſchuchium.

DVm,Matthæe,tuo careo ſuauiſſime vultu,
Terna ſuis Titan ſigna peregit equis.
At mihi ni patria videor procul eſſe,per annum.
Aura ferat reditus irrita vota mei.
Fallor?an aſſuetos inhibent vaga ſidera curſus,
Et peragit ſolito tardius annus iter?
Fallor:namq; ratos obſeruant ſidera motus,
Paſſibus & certis digerit annus iter.
Sed pauor,& ſeries non intermiſſa malorum,
Ille mihi noctes porrigit,iſta dies.
Si tamen,interea quid agam,cariſſime quæris,
Pieridúmne choris ecquid vt ante vacem.
Scilicet hos inter ſtrepitus belliq; tumultus,
Otia Theſpiadum liberiora ſequar.
Dum pax omnis abeſt,& cedere neſcius hoſtis
Me vetat oblitum pectus habere metus.
Apta magis Marti quàm ſunt hæc tempora Muſis,
Plectra tacent,raucùm claſſica pulſa fremunt.
Obſtrepit Aonidum citharæ neruiſq; canoris,
Horribilem fundens buccina torua ſonum.

Arma

Arma manu ciues poſcunt,fremit arma iuuentus,
Et curſu in muros præcipitante ruit.
Iamq; faces & tela volant quatit impete crebro
Mœnia ſulphureo concitus igne globus.
Flent pueri,tremuliq; ſenes,trepidæq; puellæ,
Et matrum lacrumas angulus omnis habet.
Lamentis planctuq; fragor ſe tollit ad auras,
Hibernis qualem fluctibus vnda refert.
I nunc,& tantis quaſſum,Matthæe,procellis,
Pieridum ſacris inuigilare iube.
Dum Mauors furit,& tenui diſcrimine porta
Horrida ferratis ſummouet arma ſeris.
Da mihi Mæoniden & tot ſimul adiice caſus,
Mæonides iſto tempore mutus erit.
Et fruſtra facilem tentabit condere verſum,
Ingenio vires eripiente metu.
Sed nec amice iubes:nec pugnas inter,& enſes,
Ad ſolitos numeros Muſa vocata venit.
Aoniæ pacem venerantur,amantq; puellæ,
Carmina tranquillæ pacis habentur opus.
Pax hederas lauroſq fouet:pax candida venam
Ingeniumq; ſacri fertile Vatis alit.
Pace lyræ cantuſq; ſonant,ducuntq; per herbas
Alternos Charites & Cytherea choros.
At iuuenum innocuo feruent tum prœlia bello,
Perq; vias vrbis prœlia,perq; domos.
Saucia tum queritur potorum ianua rixis,
Nocturniſq; gemit trita feneſtra dolis.
Humida tum certant pugnantibus oſcula linguis,
Ludit & alternis gratia liſq; iocis.
Pax ades,& nitido tandem poſt nubila vultu,
Mœnia,templa,domos,oppida,rura vide.
Tunc ego læta nouo deducam carmina verſu,
Virtutiſq; tuæ præco poëta ferar.
Tunc me non humilem laudabit Miſnia vatem,

Nec multos nobis forſitan ante feret.
Interea dum me tenet ardens Gallia bellis,
Dimidium noſtri, dulcis amice, Vale.

ELEGIA VII.

Ad Michaelem Barth.

TV mihi tu certè (nunc ſerò Barthe recordor)
Dicebas, iter hoc dulcis amice caue,
Atq; graues belli motus inſtare canebas,
Et mala multa, meis cognita vera malis.
Tum mihi parce tuæ memorabas parce ſaluti,
Neu vitæ tantum prodigus eſſe velis.
Inualidus nondum diſceſſit corpore languor,
Nec membris rediit qui fugit antè, vigor,
Et veteris ſuperant iam nunc veſtigia morbi,
In vultu remanens pallor in ore ſitis.
Adde quod æſtiuum terris ſuperingerit axem
Cynthius, & prono ſidere hiulcat agros.
Non cœlum patiêre ſatis, non aëris æſtum:
Ad ſtomachum faciet nec cibus iſte tuum.
Da modicum Solis ſpatium, morbiq; furori,
Grande moræ precium, vita ſuperſtes, erit.
Hæc mihi dicebas; at non ego credere doctus,
Præcluſa aure, Notis verba ferenda dabam.
Acrior & contra moderamina veſtra reluctans,
Vrgebam cœptas in mea damna vias.
Me rapit his ergo meritò fortuna procellis,
Admonitumq; malis cogit habere fidem.
Nam quid ego memori decurram ſingula verſu,
Seu perpeſſa mihi, ſeu metuenda ſuper.
Sum miſer, &, cari iactura temporis, exul,
Hoſte metum nobis incutiente, vagor.
Hæc breuis eſto tibi multorum ſumma laborum,
Tu dictis, animo concipe, plura meis.

Quæ

Quæ tibi nunc refero, ſimilem moniturus amicum,
  Caſibus vt diſcat cautior eſſe meis:
Conſiliiſq; ſuas præbere fidelibus aures,
  Quis furor eſt, monitis credere nolle piis?

ELEGIA. VIII.

Ad Euſtachium à Minguitz in ludo illuſtri Miſenæ literis operam dantem.

ACcipe Lipſiaca miſſum tibi carmen ab vrbe,
  Euſtachi, ô animæ flammula grata meæ.
Si tibi cum vita concedunt fata ſalutem,
  Parte meæ ſortis candidiore fruor.
Eſt locus, à Philyra non diſſitus amplius vrbe,
  Quam ſolet ire quater concitus igne globus.
Non illi veſtrum ſimilis mihi viſus ad Albim,
  Dum ſtudiis tecum tempora prima dedi.
Namq; nũc parte ſacer præcingit Eliſter ab vna,
  Irrigat ex alia flumine Pliſna ſuo.
In medio campus variorum flore colorum,
  Arbor & vmbroſo quæ facit orbe nemus.
Hic ego dum patulæ recubans ſub tegmine frondis,
  Diſparibus necto condita verba modis:
Ecce vias ingreſſa volucribus ardua pennis,
  Fama mihi de te nuncia læta refert.
Cui tot erant aures, tot linguis ora ſonabant:
  In vaſto plumæ corpore vel quot erant.
Sed licet huic linguis diuerſis ora ſonarent,
  Vox tamen in linguis pluribus vna fuit.
Ille tibi longo iunctus Minguitzius vſu,
  In ſtudiis hæret Pieridumq; mora.
Nunc manibus verſans Peligni carmina vatis,
  Nunc eius claudens verba ligata modis.
Talibus aduerto pronas ſermonibus aures,
  Pluraq; nos de te quærere cogit amor.

Singula quid referam, nil non laudabile de te,
Nil te non dignum nuntiat illa mihi.
O niueum dixi mihi gaudia tanta ferentem,
Signandumq́ nota candidiore diem!
Macte noua virtute puer, quò gloria ducit
Quò te Muſarum nobilis ardor agit:
Perge, precor, celeri metam contingere curſu,
Perge, nec inceptum deſere ſegnis iter.
Sic tibi Phœbea cingentur tempora lauro,
Alter & in titulos ſic tibi creſcet honor.
Sed caue vecordis reuocent te opprobria vulgi,
Quod Phœbum, ſteriles, quod iubet ire Deas.
Diuitias Claria quia nullas arte pararit,
Mæonides ſacri gloria prima chori.
At bona poſt obitum quantò meliora reliquit,
Victurum famæ tempus in omne decus.
Quod tibi nec Lydi largiri flumina regis,
Nec rubri poterit diues arena maris.
Tu quoq; ſi quid agam quæris: (nam querere certum eſt)
Hæc habeas: Phœbi, quæ prius, arma ſequor.
Cum quibus & varias rerum cognoſcere cauſſas
Nitor, & in ſuperas ſcandere mente domos.
Nec me conantem tantùm labor obruit ingens,
Quantùm paupertas inuida mole premit.
Quæ caput ardentem doctas efferre per artes,
Non ſinit ex humili ſcandere ſumma loco.
At tu, naſcentem primis quem Muſa diebus
Aſpexit placidi luminis orbe magis,
En age, difficili fractus ne cede labori,
Non ſors vlla tuum rumpit euntis iter.
Quæ præceptorum cum diſcas pluribus ore,
Hæc me ſit paucis admonuiſſe ſatis.
Redde vicem, vtq; meas vrit tua flamma medullas,
Sic meus vſq; tuo pectore flagret amor.

ELE-

ELEGIA IX.

Ad Iacobum Strasburgum.

O Mihi præcipuos inter numerande ſodales,
O mihi Phocæa iuncte, Iacobe, fide.
Si mea nunc tacita cohiberem gaudia mente,
Quæ mihi fert, alter iam tibi partus honos:
Immemor aut veteris meritò conuincar amici,
Aut reus īuidiæ crimine turpis agar.
Nanque fides veluti rebus ſpectatur in arctis,
Sic eſt in lætis perſpiciendus amor.
Ipſe rei Magnus cauſſam defendit Iuli,
Quem ſibi ferre parem conſul honore nequit.
Quàm multos habui ſocios comiteſque malorum,
Poſtmodò ſucceſſu qui doluêre meo.
Sed prius infelix caput à ceruice recedat,
Perforet aut miſerum Partha ſagitta latus:
Quàm ferar alterius marceſcere rebus opimis,
Dicar & in dubiis deſeruiſſe fidem.
Me licet ergo graui confectum cura dolore,
Vix ſinat in mœſtos cogere verba pedes,
Aonidumque vetet dulces expromere fetus,
Qui vacuum curæ pondere pectus amant:
Non tamen (hoc auſu quamuis conetur iniquo)
Lætitiam penitus ſupprimet illa meam.
Quis prohibet triſti riſum componere vultu,
Veraque ſi nequeas gaudia ficta ſequi?
Nunc age mille mihi plauſuſq; iocoſq; miniſtra,
Euphroſyne factis nomen adepta tuis.
Altera nanq; refert Strasburgus ab hoſte trophæa,
Altera, iam circum tempora, ſerta gerit.
Aſtra ſuo nondum curſu bis ſena peregit,
Eoo nobis qui vehit orbe diem:
Cum laudata ſequens doctarum ſigna ſororum,
In caſtris potuit æra merere ſacris.

Daphnea

Daphneæ primùm cum cepit frondis honorem,
Ac tiro Clario iam duce dignus erat.
Scilicet & placidis ſua ſunt certamina Muſis,
Sunt hoſtes in quos arma mouere decet.
Lernæi iactet cædem Tirynthius anguis,
Ac triplici victum corpore Geryonem,
Extollat Nemeæ ſtratum ſub rupe leonem,
Aut, Erymanthe, tuum vociferetur aprum:
Non illis Hydræ deſunt per vulnera fetæ,
Mænaliiue ſues, nubigenæque truces.
Non labor Augiæ ſtabuli, non ipſe Typhoëus,
Non etiam ſolo monſtra timenda ſono.
Singula neu referam quæ ſi perſcribere coner,
Vix capturus erat nomina nuda liber:
Sit ſatis è multis dictum mihi millibus vnum,
Agminis immenſi quod tamen inſtar erit.
Eſt quoddam qui cum longos diuturna per annos
Bella gerunt nullo ſanguine bella gerunt.
Non hoc fas igni cuiquam, nec ſternere ferro,
Per ſua ſic adeò creſcere damna ſolet.
BARBARIES monſtro nomen, ſed ſæuius Hydra,
Sæuius angue, notam Pythius vnde tulit.
Forma duplex: tortum nam poſteriora Draconem,
Setoſum referunt anteriora ſuem
Illud Getulis PERSVASIO mater in oris
Edidit, aſt ERROR femina dira dedit.
Illic inter agros deſertaq; luſtra ferarum,
Imbuit immanis guttura lacte leæ.
Donec læſa ſui contemtu numinis, ipſas
Hoc vrbes Pallas iuſſit adire malum.
Tunc graue ſeruitium Muſis cecinêre ſorores,
Quæ nent lanifica ſtamina nigra manu,
Nempe, quòd aſſiduis vitam coguntur in armis
Degere, continuas hoſte parante minas.
Non hîc heroum vires, non claua trinodis,

Non

Non lita vipereo ſpicula felle iuuant.
Mille grauem cernas telis totidemque ſagittis,
Cum nulla læſum cuſpide pectus habet
Quid faciant? auſus rubor eſt tolerare ſuperbos,
Nec metuenda illos ferre pericla ſinunt.
Ergo animi totas opus eſt depromere vires,
Vertat vt in celerem tergora vaſta fugam.
Cynthius has primus fraudes vidiſſe putatur,
Cuncta ſuo primus lumine nanque videt.
Nec mora propoſuit feruenti præmia pugnæ,
Præmia degeneri non capienda manu.
Victori Tyrio diſtinctam murice mitram,
Ac gemmam, digitis quam gerat ipſe ſuis.
Vnde cohors iuuenum ſtimulata cupidine laudis,
In fera non ſegni prœlia mente ruit.
Omnibus ardor ineſt horrendum pellere monſtrum,
Hos pudor, aſt illos munera magna mouent.
Artibus ingenium pectus virtutibus ornant,
Nempe hac barbaries victa fatiſcit ope.
Hîc meus inſignem meruit Iacobus honorem,
Muſica non vnquam miles ad arma piger.
Sedulus Aoniæ dum tempora commodat arti,
Nec patitur vacuos præteriiſſe dies.
Roſida nunc luſtrans nemoroſæ Phocidos arua,
Et quæ Gorgoneus flumina fodit equus.
Nunc Oratorum tractans non ſegnius arma,
Facundo cupidus cum Cicerone loqui.
Nunc manibus veterum verſans monumenta ſophorũ,
Rectius vt mores inſtruat inde ſuos.
Nunc rerum varias exquirens ordine cauſſas,
Nunc intrans celſi lucida templa poli,
Salue Caſtalii iuuenis cupidiſſime fontis,
Salue Pegaſeo non abigende choro.
Iam tua purpurea velantur tempora mitra,
Iam datur in digitos ſplendida gemma tuos.

Hoc

Hoc tibi propitius munus concedit Apollo,
Hoc tibi Pieridum donat amica manus.
Sis felix, parto lætuſque fruaris honore,
Ac laudem ſtudeas ferre ſubinde nouam.
Iam tibi contingit, quod votis antè petebas,
Quam facilem precibus nactus es ipſe Deum?
Quod ſi ritè memor mecum tua dicta reuoluo,
Scilicet illa tui ſumma laboris erat:
Vt Chriſti primùm celebrares carmine laudes,
Prodeſſes ſtudio pluribus inde tuo.
Seu tibi ſollicitas curæ puerilis habenas,
Seu quæcunque ſcholæ frena regenda daret.
Nec minor Alcidæ res eſt (mihi crede) labore,
Agminis imbellis ſceptra tenere manu.
Arte gubernari vult per freta concita puppis,
Arte leues currus, indiget arte puer.
Quas tibi, Fabrici, ſoluemus pectore grates?
O bonus amborum Tiphys & Automedon.
Qui noſtros ſtudio mores componis, & arte,
Dii faciant horum præmia ferre queas.
Cuius opus, feris quicquid profecimus annis,
Cuius opus, gratis quod licet eſſe, reor.
Optime vir, placidam vitæ tibi tangere metam
Det Deus, & curis munera digna tuis.
At tu iuncte mihi tali candore Iacobe,
In fratrem quali Caſtora frater erat.
Accipe non ſegnem teſtantia carmina mentem,
Qualiacunque tui plena fauore vides.
Non hæc Calliope, non hæc mihi dictat Apollo,
Ingenium faciens ſuggerit illa dolor.
Dum tamen iſta probas, nigros vel Zoilus vngues
Rodat, vel ſtricto me quoque dente premat.
Non poſſum (fateor) cunctis placuiſſe, nec vnquam
Cura mihi, cunctis velle placere, fuit.

ELEGIA

ELEGIA X.

Quare venti ex Aſtræo & Aurora nati fingantur.

EST vetus Æoliæ vicinum rupibus antrum,
  Munitum ſaxis præſidioque loci.
Non illic candente dies apparuit ortu,
  Seu Sol, ſiue atris Heſperus iret equis.
Quas non intrat amor latebras? coiiſſe feruntur,
  Huc tamen Aſtræus, Memnonis atque parens.
Et captaſſe graui frigus narrantur in æſtu,
  Et iunctum lateri conſeruiſſe latus.
Vnde rapax Zephyrus, Zephyroque furentior Eurus,
  Cum Borea natus creditur, atque Notus.
Qui quamuis vna ducant ab origine ſtirpem,
  Attamen inter ſe prœlia ſæua gerunt.
Adde, quòd & tantas ipſos furor armat in iras,
  Vt pugnis auſint ſternere cuncta ſuis.
Sæpe tremens illis horret coëuntibus aër,
  Terrificoſque ſuo mittit ab axe ſonos.
Sæpe coarctatis iaculatur nubibus ignes,
  Nec rarò denſa grandine pulſat humum.
Quid loquar? hæc montes diſcordia voluit aquarum,
  Ac freta terribili murmure rauca quatit.
Hæc motu funditque ſolum, lapideſque profundis
  Vallibus, & rupta robora vellit humo.
Hæc celſas verrit turres, hæc fulmine tecta
  Diſiicit, & rapto præmia poſcit hero.
Hanc olim metuens rabiem Saturnius heros,
  Ne mare, ne terras vis animoſa trahat:
Montibus impoſitis, ſpeluncis abdidit illos,
  Includens rapidas in fera vincla manus.
Quin etiam dedit ipſorum de ſanguine regem,
  Qui premat imperio corda ſuperba ſuo.
Æolon Hippotaden, qui ſoluere iuſſus habenas,

Et pariter

Et pariter iuſſus ſtringere frena ſciat.
Ille ſedens vaſto ventorum rector in antro,
Luctantes precibus mitigat atq; minis.
Adiicit & pœnas ſibi ſi parere recuſent,
Nec tamē hos verbis verberibuſq; regit:
Quin animis odio ſæuaq; tumentibus ira,
Horriſono circū clauſtra fragore fremant,
Narraui fratrumq; genus, moreſq;, ducemq;,
Nunc generis cauſſa eſt ſubiicienda mihi.
Tithoni nuptam iunxiſſe cubile giganti,
Non eſt in vanum fabula ficta iocum.
Scilicet his voluit figmentis docta vetuſtas
Ventorum dubiam prodere materiam.
Eſt VAPOR, ille gigas, recubans immanis in antro,
Exortum ventis ſuggerit ille ſuum.
Ille latens grauida clauſus telluris in aluo,
Solicitat pulſu regna profunda ſuo.
Et ſubiecta ferens ægrè ſibi terga cauernis,
Furtiuas quærit prodeat vnde, vias.
Quòd ſi nulla dolo datur hinc exire poteſtas,
Per medios montes rumpere tentat iter.
Indignanſq; Ioui crudelia vincla minatur,
Soluere ni laqueos clauſtraq; dura velit.
Nec tamen ille pedum laqueos, nec clauſtra relaxat,
Expertæ metuens fulmina ſæuitiæ.
Donec ei iungens tacitos Pallantis amores,
Excutiat pedibus vincula, poſte ſeram.
Hic tu Memnonia Solem pro matre notabis,
Nec mora quæſiti poſtmodò certus eris.
Nanq; parens motus, & motus creditur auctor,
Qui facit vt vigeat, quicquid in orbe vides.
Hoc oriente, ſibi capiunt vaga flamina vires,
Et vires perdunt hoc oriente ſuas.
Extrahit ipſe cauo terræ de ventre vapores,
Et ſimul extractos ipſe calore necat.

Cauſſa

Cauſſa patet, varians ſublati copia flatus,
Quæ minor, vſta perit; maior, in alta volat.
At poſtquam medias perrupit ad aëris oras,
Frigoris impulſu rurſus ad ima redit.
Ne tamen aſſuetas repetat detruſa cauernas,
Et ſubeat veterem, cœlitus acta, locum:
Non ſinit halituum quæ tendit in obuia moles,
Nec leuitas motu quæ petit alta ſuo.
Ergo dum calidis concurrunt frigida, ſiccis
Humida, ſupremis infima, bella mouent:
In latus obliquum magno luctamine vergit,
Arctatur medium qui per inane vapor.
Vnde vagus crebris ictus concurſibus aër,
Raucisonos fundit vi quatiente ſonos.

LIBER LVSVVM.

Ad Sigiſmundum Korlreuterum D. Medicum, ciuem S.

SIGISMVNDE, mihi canende ſemper
Inter lumina patriæ decora;
Quot præſens videt, aut quot acta dudum
Ætas extulit: aut feret futura.
Idem digne mihi arctiori amore
Inter præcipuos coli ſodales:
Ecquid noſtram vbi fortè iam Thaliam
Non miſſam legis ad tuos amores,
Fidem polliciti mei requirens,
Berſmane immemor, inquies, amici,
Sic Euros tua dicta ferre & Auſtros
Irrita, ad nebulas ſinis caducas?
Si tu oblitus es, at recordor ipſe,
Et fides meminit memor priorum.
Da nobis veniam, vir erudite,
Non eſt hæc mea (crede) culpa, non eſt:

Da culpa veniam precor vacanti.
Nam dictis volui fidem addere, idq;
Me prorſus voluiſſe, ſcit Gulielmus
Germanus tibi carior medullis.
Sed promptis malus inuidens Camœnis
Caſus detinuit meam Thaliam.
Nunc ergo hendecaſyllabos minutos
Hos habeto, nec æſtimato parui,
Qualeſcunq; quidem: poëma donec
Forſan quod melius politiuſue
Noſtra prodierit tibi officina.

Ad Georgium Fabricium de obitu Vrſulæ Schreiterinæ matris ſuæ alterius.

FABRICI, omnibus è meis patronis
Antiſtes mihi & his, & his, & illis,
Ecquid eſt tibi iam bene ac beatè,
Coniugiq; tuæ, tuoq; nato?
O grati, ô mihi nuntii venuſti!
Sed contra accipias meum dolorem,
Quo nil triſtius, aut magis moleſtum
Accidiſſe mihi recordor vnquam.
Nam mater mea, Fabrici, illa mater,
Mater illa, animi vna lux miſelli,
Non ortu mihi mater, aſt amore:
Non eſt lux modò, ſed meæ tenebræ
At tibi malè ſit nimis ſeuera
Parcarum Lacheſis, laboris vnum
Quæ ſolatiolum mihi abſtuliſti.
O quantum eſt homini moleſtiarum,
Quid fato magis eſt mihi iſto acerbum!

Ad Eſromum Rudigerum Tabebergenſem Virum omni liberali doctrina politiſſ.

ANtiquæ ô decus alterum Pabergæ,
O Eſrome, liquens medulla Suadæ,

Ecquid

Ecquid te miſeret tui clientis,
Quem homo ruris & infaceriarum
Plenus, vulnifico momordit ore.
Si noui bene te, tuumq́; pectus
Eois mage candidum lapillis,
Verè te miſeret tui ſodalis,
Tractati malè ruſtico à proteruo.
Sed nil ille noui facit, ſuiq́;
Non dignum ingenii procacitate,
Nec miror ſimiles labris cicutas:
Mirarer magis, iſte ſi fuiſſet
In me vrbanior, aut minus cruentus,
At tu, quem ſalibus, facetiiſque,
Cultis erudiit Minerua in hortis,
Ne te diſſimula tui dolere
Caſum inſontis amiculi moleſtum,
Sic te Pierides ament ſorores,
O Eſrome, tuæ decus Pabergæ.

Ad Ioachimum Egerum I. V. Doctorem.

CONſultiſſime Iuris vtriuſq;,
Nec gener ſocero pudende tanto,
Atq; idem, Ioachime, ter quaterq́;
Inter præcipuos mihi colende,
Quos vel Gallia, vel beata nobis
Saturni regio dedit, ſodales:
En tibi hendecaſyllabos minutos,
Nec comtos ſatis, & parum venuſtos,
Tui quos mihi amor laborioſos
Inter pectoris extudit dolores,
Ac mentis malè fluctuantis æſtus.
Parabam tibi cultiora, nec non
Digniora tuo toroq; & aure,
Cùm mihi calamum repente mœror
Extorquet, ſoboles moleſtiarum.

Nunc miſſum tibi qualecunq; amoris
Hoc pignus, fideiq; pertinacis
Noli ſpernere: Sic ſuis ocellis
Plus te diligat ANNA, ſeu quid vſquam
Illi carius eſt ſuis ocellis.

Ad Andream Caſparem Eblebium.

INcluta Eblebiæ propago gentis,
Andrea, decus & perenne claræ
Pubis, quam Fabricî ſchola erudiuit
Cultam litterulíſq; moribuſq;.
En carmen tibi, fortè nec politum,
Nec doctum ſatis, at ſui refertum
Ah deſiderio pio Magiſtri:
Quod grati mihi vis amoris arcta,
Inter & lacrumas, & eiulatus,
Et leti querimonias acerbi
Expreſſit. Tibi vera nam fatebor,
Nil cari mihi fata poſt parentis,
Huius quam gemo morte luctuoſa,
Aduerſum magis accidit miſello.
Parcarum nimis, Atropos, ſeuera
Sit tibi malè, quæ laboris vnum
Ah ſolatiolum mihi abſtuliſti:
Cuius crimine, lux ſacri illa cætus,
Non eſt lux modò, ſed meræ tenebræ.
At tu, cui tribuit benignus artem
Spiritumq; canendi Apollo, mecum,
Andrea, cape plectra, Fabricîq;
Manes carminibus pios ſaluta.
Hic ſupremus honos manet ſepultos.

Ad Georgium Sebitzium ὥσπερ πηγὴν ἱερῶν πηγῶν.

FAma refert, non eſt vitæ iucundior vſus,
Quàm muros intra, LIPSIA blanda, tuos.

Tu ta-

Tu tamen hinc longas, Themidis percuſſus amore,
SEBITZI, properas hoſpes abire vias.
Pulcer amor tuus eſt, ſed quæ te inuidit amicis,
Pulcrior eſt cunctis Auſonis ora locis.
Vade bonis auibus, melioribus atq; recurre,
Ipſe tuum CHRISTVS proſpicet æquus iter.

Chria de Patientia & Pietate.

EGregia eſt virtus mores tolerare parentum,
Nec ſe pauca ſciens hanc, didiciſſe putet.
A teneris quidam Zenonem audiuerat annis,
Iamq; ætas illum fecerat eſſe virum.
Quem cum forte rogat genitor tot cultior annis,
Ingenua quantùm redditus arte foret:
Natus ait, laudum ne dicat præco mearum,
Quæſiti, forſan poſtmodò certus eris.
Nec mora longa, pater ſubitam conuerſus in iram,
Indigna nati percutit ora manu.
Ille ferens plagas ſedata mente paternas,
Hoc pia me docuit cura docentis, ait.

Georgio Fabricio donat carmina Nobill. poetarum.

HÆc, patrone, tui cape munera grata clientis,
Nec tibi cur donem carmina, forte roga.
Placamus ſuperos cantu, licet ipſa canoris
Aſſiduos edant motibus aſtra ſonos.

In Rufinum.

NOctes atq; dies latratu territat vmbras
Cerberus, immani ſe ſtimulante fame:
Melle ſoporatam ſed quando corripuit offam,
Innocuus furuas ſternitur ante fores.
Sic modò Rufinus labiis impurus in omnes,
Crine ruber, facie luridus, arte potens,
Faucibus obiecta, medicatis frugibus offa,
Ex cane (mirandum) redditur Harpocrates.

In Sauromatam.

BArbarus, imprudens, alieni iuris, egenus,
Vis vno dicam nomine Sauromata,
Imperat ingenuis, potior non iure, ſed aſtu,
O durum ſeruo ſub dominante iugum!

In Miſgolam Mediolanenſem.

MIſgola viciſti: non eſt te promtior vllus,
Seu ſit opus fraudes nectere, ſiue dolos.
Non hoc diſciplina tibi, non contalit vſus,
Sed mulæ natibus tracta mariſca dedit,
Quò magis ergo dolis alios præcellis & aſtu,
Hoc te ficorum plus tetigiſſe reor.

In eundem de diſceſſu Germanorum, ex vrbe Patauina.

NOn fugimus, ne finge fugam tibi Miſgola, ſeruo,
Quod non dignamur ſubdere colla iugo.
Sauromatis nec terga damus, ſed cedimus vltrò
Viribus iniuſti præſidis, atq; dolis.
Namq; vbi perfidiæ locus eſt, viſq; improba regnat:
Iura ſilent, probitas exulat, atq; fides.

In Emblema Chriſt. à Pelhaim.

QVid cranium hoc, luciſq; pares quod diuidit horas,
Quid gladius foliis palma quid iſta monet?
En vitæ ſpecimen, modico quæ tempore clauſa,
Aut laudem aut facti crimen habere ſolet.
Quàm citò decurrit nulli reuocabilis hora,
Sic eadem curſu non remeante fugit.
Fama manet, merito quemuis ex munere vitæ
Aut palma decorans, aut gladio iugulans.

De Calamitate & miſeria docentium in ludis litterariis.

DEſinat AVGIÆ ſtabulum memorare vetuſtas,
Herculei quondam grande laboris onus.

Maius

Maius opus teneræ ſordes purgare iuuentæ,
Maius opus mores emaculare rudes.
Elæi non hos amnis purgamina tollunt,
Non ſiculum Alpheo ſi mare iungat opes.
Sed diſciplina vigili, curaq; perenni,
Moribus, & docta quæritur arte nitor.
Ars bona ſed poſtquam cepit vecordia mentes,
Heu mihi quàm paucis reppulit iſta famem:
Gratia rara, labor certus, cum puluere pædor,
Præmia ſunt huius ſumma magiſterii,

In Emblema volucrum & Aſinorum.

Il mondo alla riuerſa.

QVisquis humi volucres, in ramis cernis aſellos:
Si libet, hinc æui diſcere fata licet.
Haud aliter tranſuerſa rotat mortalia mundus,
Nec rectam vitæ pars tenet vlla viam.
Omnia præcipitante ruunt præpoſtera raptu,
Mutantur ſummis ima rotunda quadris.
Qui cupis ergo animo contra tua ſecula recto
Pergere, naturæ præuia ſigna legas.

Virtutum viribus vincenda voluptas.

VIcit vt Alcides olim genus omne laborum,
Robore magnanimi pectoris, atq; manus:
Viribus haud aliter virtutum, blanda voluptas
Vincenda, atq; animi eſt ſubiicienda iugo.

In Iacobum Scheckium, quem maleuolorum rumor diem obiiſſe ſparſerat.

DIctus erat nuper vita exceſſiſſe Iacobus
Scheckius, ingenio maximus, arte pari.
Qui nunc in terras cœlo regreſſus ab alto,
Cognita ſidereæ pandit in arce ſcholæ.

En age, barbaricæ miratrix prodiga laudis,
Parca tuæ, proprium patria noſce decus.
At nos, docte ſenex, beet vt tua copia; ſæpe
Sic morere, & terras mox rediuiuus adi.

In Ingratos. Ex Epigrammate Græco.

IMperio cogente graui paſtoris iniqui,
Agna meo paſco lacte miſella lupum.
In mea nutricis qui viſcera ſæuiet olim:
Naturam obſequiis flectere neſcit amor.

In animi Æquabilitatem. Ex Græco.

INuida ſpes, hominumq; rotans Sors improba vitam,
Et Fraus innocuis inſidioſa viris,
Ite aliò, nil veſtra moror ludibria, poſtquam
Contigit optatam iam mea puppis humum.
Sum pauper: ſed non potior mihi venditur auro
Libertas, ſeruas reſpuo liber opes.

Quales praeces, tale thus.

FOrtè iacens multo perfuſus tempora Baccho
Sacrificus, ſolitas ruminat ore preces.
Dumq; orans ructu fauces recludit hiante,
Atq; ſimul bombos ventre crepante ciet:
His ſuper illudens concentibus arbiter Orci,
Inquit, Habent ſimiles æmula thura preces.

Prudentis animoſitatis.

SYlla apud Orchomenum pugnans incautius vrbem,
Turpiter vt cernit vertere terga ſuos:
Deſiliens ab equo, furiisq; accenſus & ira,
Arripit audaci bellica ſigna manu.
In medioſq; ruit magnis clamoribus hoſtes,
Incuſanſq; ſuos talia voce refert:
Pro patriæ quamuis mihi mors ſubeunda ſalute eſt,

At lau-

At laudes ætas neſciet vlla meas.
Dedecus hoc veſtris ſed nunquam abolebitur annis,
Quorum perfidia cæſus ab hoſte fui.
Talibus accendens animos in prœlia dictis,
Hoſtibus à victis capta trophæa tulit.

In Aniatrum laborantem morbo Gallico.

GAllia non viſa eſt Aniatro, quî tamen illi
Eſt inuenta domi Gallia? mirus homo eſt.

In eundem.

INTER terrigenas, pecudeſq; genusq; volantum,
Cognita Nile tibi, ſola cor Ibis habet.
Pro clyſtere ſuam roſtro quæ proluit aluum,
Toxia Aniatri ne tumulanda bibat.

In eundem.

VESICÆ mittebat onus, non cognitus æger:
Hoc verſans, vterum fert, Aniatrus ait.
Res noua: ſi maribus latet intra viſcera fetus,
Fœtus Aniatri ſegnis aſellus erit.

Reſpondet iocoſæ quæſtioni
LVD. P.

QVid vis arte tibi medici mea cura Loiſi,
Qua poſſis cupidos exaturare ſinus?
Non herbis hoc fit, riguus quas educat hortus:
Carne opus eſt, illos ſi ſaturare velis.
Hanc tibi cùm dederit natura benigna trilibrem
De ſine porrò operam ſolicitare meam.

In Mopſum.

Vernos ore gerens flores, oculiſq; pyropum,
Lac humeris, marmor pectore, eburq; manu.
Heu ſcelus, heu, MOPSO deducta eſt NISA marito,
Qualis tardipedi Cypria nupta Deo.
Infelix virgo magis, an malè prouidus iſte eſt?
Infelix virgo eſt, prouidus iſte parum.

In eundem.

O Factum illepidum nefariumq; !
Dignum, Mome, tua æmulatione;
Dentes. Zoile, ſtringe peruicaces,
Factum eſt illepidum nefariumq;.
Namq; illa aureolis puella labris,
Illa flammeolis puella ocellis,
Delicatior hædulo bimeſtri,
MOPSO NISA datur, puella MOPSO,
Aſſeruande mage Indicis lapillis.
Ergo tam bona ruſticus labella
Mordebit, roſeiq; nectar oris
Immundo hauriet improbus barathro?
Ergo tam teneras manu papillas
Tractabit, niueumq; prenſitabit
Pectus, lacteolo in ſinu refuſus?
Quid luſus referam ſalaciores,
Quid ſuſpiria mutua & cachinnos,
Et rixas hilares, iocos, duella?
O factum illepidum nefariumq;!

Ad Amorem.

QVid me cogis amor fruſtra ſperare dolentem,
Quod mihi dum viuam non feret vlla dies!
Sed ſperare iuuat ſed non iuuat vſq; dolere,
Spes rata ſit, longè mox dolor omnis erit.

Officium dilatum.

NOn nocet officio mora, quod nec inertia tardat,
Nec fugiens dictis addere facta dolus.
Eſt etiam ſeris non vltima gratia rebus,
Mora rubent ſerò, ſed magis inde placent.

In Rixarum Artificem.

QVi te Nicolei cenſeri nomine iuſſit,
Mentior, an voluit dicere νεικόλεων.
Tu rixis populos cumulas, tu regna, duceſq;,
Et falſa innocuis proditione noces,

In

In eundem.

AVDE aliquid Tityi pœnis & robore dignum,
Vt vixiſſe ætas te quoq; ſera ſciat.

Apobaterion nomine amici.

NOs hinc fata vocant, Pueri, mea cura valete,
Aonidum pueri turba dicata ſacris
Ire Iubet, quoniam ire iubet Deus arbiter orbis,
Ille regat noſtras duxq; comesq; vias.

Aliud.

PIeridum hoſpitio ſacratas linquere ſedes,
Me ſacer emeriti temporis ordo iubet.
Sala vale noſtriſq; vale domus hoſpita Muſis,
Voſq; ſodalitii dulcia membra mei.
Eſte mei memores, memori vos ſemper amore,
Dum reget hos artus ſpiritus, ipſe colam.

Ariſtotelis vigilia.

SOmno vacaret ne Stagirites nimis,
Ad lectulum peluim locabat æream,
Manuq; ſuſtinens lapillum dextera,
Mox decidentis excitabatur ſono.
Quicunq; diſcendi flagrat cupidine,
Sopore ſolui non ſinat ſe languido.

Virgilii diligentia.

VT nullo Muſis interpellante vacaret,
Parthenopes adiit rura quieta Maro.
Vrſaq; lambendo catulos ceu format inertes,
Cudebat verſus ſic poliendo ſuos.
Aſſidua docti limant ſua carmina cura,
Et ſub iudicium ſingula verba vocant.

Calliſthenis integritas.

QVod dare diuinos regi detrectat honores,
Reuerens magis ius ac pium Calliſthenes,
In cauea, toto laniatus corpore, caſtris
Miſerum omnibus circumuehitur ſpectaculum.

Eſt ſatius pulcra ſua claudere lumina morte,
  Contra Deum quàm nequiter delinquere.

De Friderico & Guielmo FFtr. Marchionibus Miſniæ.

CRiminibus motus falſis Fridericus ad iram,
  Infert germano bella nefanda ſuo.
Iamq; acies ſtabant ferro mortiq; paratæ,
  Buccina iam pugnæ ſigna cruenta dabat.
Friderico ſummus cùm bombardarius infit,
  Si placet, hæc fratrem machina ſternet humi.
Vt libet. ille refert, crudelibus vtere telis,
  Dum fratri parcas fulminis igne tui.
Quæ vox Guilielmi poſtquam pervenit ad aures,
  Colloquio fratrem ſolus adire cupit.
Quo facto ſignis ambo gladiiſq; remotis,
  Dant ſibi fraternas, accipiuntq; manus.
Auribus auſcultare tuis, oculiſq; videre
  Diſce tuis; aliis credere, vana fides.

De Philippo Melanchthone & Ioach. Camerario duobus Saxoniæ ocellis.

LVmina bina DEVS dederat Germanidos oræ,
  Melanchthonem & Camerarium.
Lumina qui poſtquam clauſerunt, lumine caſſa
  Nunc prorſus eſt Germania.
Et cœcus cœco dux eſt, & vterq; labante
  Veſtigio in foſſam ruunt.

Ad Paullum Meliſſum poetam & Muſicum.

INgenio multum, multum potes arte, Meliſſe,
  Ad quod habes Paulli nomen, vtrunq; negat.
Ergo tuo ſit vt ingenio par nomen, & arti:
  Pro Paullo nobis poſtmodò Polloseris.
Seu mauis audire, tui quo flumine polles
  Eloquii, poſthac Pollio noſter eris.

In omnigerulum.

ESſe cupis ſolus, cupis omnia ſolus haberi:
Omnia cùm fueris, ſis aliquando nihil.

Ad Belocatum Medicum Patauium.

ORis habet formam cunnus, Belocate, monebas:
Sic eſt. ſed dicti pars labat vna tui.
Hoc quia dente riget vallatum edentulus ille eſt:
At tu, cur dentes non gerat iſte, doce.

In Bellidem.

FOrma, pudicities, diſtractæ litibus olim,
Bellidis in vultu fœdera iuncta colunt.

Apologus de Ranis & Ioue.

FAma refert olim ranarum ignobile vulgus,
A ſummo regem ſollicitaſſe Ioue.
Qui non difficiles præbens orantibus aures,
Deiicit ingentem per ſua regna trabem.
Quam regis iubet eſſe loco, ſceptroq; potiri.
Faſtidit dominum turba proterua ſuum.
Ergo alium oratus, mittit Saturnius hydrum,
Cuius paſcentes carnibus ingluuiem:
Pœnitet incepti ſtolidas rurſusq; rogantum
Præcluſa numen reſpuit aure preces.
Cui Deus immuni dat libertate potiri,
Non optet ſeruo ſubdere colla iugo.

Ad Iacobum Strasburgum & Michaelem Schultheſium affines.

SChulteſi optime, tuq; mi Iacobe,
Ambo non minimi mei ſodales,
Verè candididuli & boni ſodales:
Quos nunquam mihi amaſſe ſat videbor,
Quamuis plus oculis meis amarim.
Ecquid fœdus amoris arctioris,
Affini modò iure ſancietis?
O belli, ô mihi nuncii venuſti,

Quàm

Quàm vobis ego millies trecentas
Vellem mittere gratulationes!
Quam Schulteſiole ad tuos amores
Vocare Idaliam, Thalaſſiumq;,
Sed caſtam Idaliam Thalaſſiumq;,
Et ſanctas Charites, piaſq; Muſas!
Verùm neſcio quid negociorum
Vocanti obſtrepit ac vetat volentem.
O quantum eſt homini occupationum,
Quid iſtis mihi nunc mage eſt moleſtum!
At vos vnanimi mei ſodales,
Schultheſi optime, tuq; mi Iacobe,
Hanc ſaltem veniam date obſecranti,
Nec me ex officii mora, putate
Veſtri non memorem aut parum fidelem.
Nam, cùm primùm aliquis mihi vacabit
Per denſas locus occupationes:
Vos veſtroſq; ſimul bonos amores,
Ad cœlum lepido vocabo verſu.
Nunc carmen rude ineruditulumq;
Hoc habete, nec æſtimate patui:
Qualecunq; quidem, tamen benigno
Candore, & ſtudio refertum amico.
Sic affinia vincla vtriſq; fauſta
Sint, fiantq; mage in dies & horas:
Sic te candida millies puella,
Schulteſi, roſeo ore ſuauietur,
Ac ſuo tibi grata mox marito,
Prole ter faciat patrem quaterna.

Paupertas Ennii.

APpulus obſcura ducens genus Ennius vrbe
Scipiadæ fido iunctus amore fuit:
Nil ita ſecreti tacito qui corde gerebat,
Cuius non primum conſcius ille foret.
Sed, quamuis ſoli poſſint prodeſſe potentes,

Sæpe

Sæpe tamen miſeris ferre grauantur opem.
Eloquar? an ſileam? vitam traduxit egenus,
Æneadûm cuius carmine floret honos.

Pœna Ebrietatis.

OFfendens thalami conſortem fortè Metellus
Errantes vino non bene ferre pedes,
Impunè illius perfregit tempora claua:
Tantus amor caſtæ ſobrietatis erat.
Si qua ſolet crebro mulier feruêre Lyæo,
Nequitiæ laxas excutit illa fores.

Pietas Cimonis in parentem.

MIltiades falſo damnatus crimine vulgi,
Tractaſſet patriæ quod malè cautus opes:
Seruata toties pro libertate ſuorum,
Iniuſto mortem carcere clauſus obit.
Poſſet vt hunc natus maiorum inferre ſepulcris,
Hinc populi iuſſu vincla paterna ſubit.
Inuia nulla via eſt pietati, deſpicit ignes,
Vinculaq;, & ſtrictas in ſua fata manus.

Hannibalis aſtus.

HAnnibal oppreſſus conuexo in tramite ſiluæ,
Obſeſſas diro cùm videt hoſte vias:
Cum ſtipulis ſarmenta boum per cornua nectens:
Sic paſſim ardentes per nemus omne ciet.
Dumq; ſtupent rerum pauidi nouitate Quirites,
Cedit mutatis in meliora locis.
Sæpe dolis ſæuos eludere profuit hoſtes,
Cum nullum virtus ardua pandit iter.

Præcepta M. Aurelii Antonini Veri, quæ Filio Commodo, vnà cum imperio tradidiſſe fertur.

NOn ego propter opes dignabar honore tyrannum,
Non ob pauperiem ſpretus egenus erat.
Oppreſſis datus eſt aditus, non munere diues

Iudi-

Iudicium potuit ſollicitare meum.
Quæſiui nunquam dicendo in iure fauorem,
Inq; reos etiam parcior ira fuit,
Vt decuit, iuſtis affeci crimina pœnis,
Atq; bonis tribui præmia digna viris.
Nullam ſum paſſus cauſſam tractare propinquos,
In dubia iudex haud ego ſolus eram.
Aſpera non, æquum poſcenti, verba remiſi,
Iudice me, pronam ſenſit egenus opem.
Non quenquam ſubita multaui concitus ira,
Promiſi indignis dona nec vlla viris.
Non nimiùm rebus florens lætabar opimis,
Frangebant animum nulla pericla meum.
Non auri quicquam commiſi captus amore.
Nec nocuit trepidis, feruida dextra, reis.
Non aſſentator noſtram eſt admiſſus in aulam,
Nec detrectanti mens patefacta fuit.
Hoc erat in votis homines defendere iuſtos,
Et multare, decet qua ratione, malos.
Singula quid referam? miſeros complexus amore
Sum patrio oppreſſis frater & hoſpes eram.
Quod ſupereſt, ſtudui doctiſq; bonisq; probari:
Maxima cura fuit poſſe placere Deo.

IOACHIMI A BEVST MISNICI.

In Feſto natiuitatis Chriſti, Euangelium Luc. 2. & Iohan. 1.

QVis Puer? IMMANVEL: quid fert? promiſſa ſalutis,
Ducit ad hunc puerum quæ via? ſola FIDES.

Die Sancti Stephani, Actorum 6. & 7.

Magna mente cadit Stephanus pro nomine IVSTI:
FELIX, qui vera pro PIETATE, cadit.

Die

Die Sancti Iohannis Euangeliſtæ Euangelium Iohan. 21.

Perfer & obdura, nec te crux terreat vlla:
QVA poſitus fueris in ſtatione mane.

Die Innocentum Puerorum, Euangelium Matth. 2.

Fruſtrà Rex ferro tentat cunabula CHRISTI:
Nil agit, in ſummum qui capit arma DEVM.

Dominica poſt Natalem Chriſti, Euangelium Lucæ 2.

Vera refert CHRISTVS, non argue vera loquentem,
Ne tibi ſis cladis iuſta ruina tuæ.

Die Circumciſionis Domini, Euangelium Lucæ 2.

Pro nobis rerum Dominus præciditur infans,
In ſe deriuans flebile LEGIS onus.

Dominica poſt Circumciſionem Domini, Euangelium Matth. 2.

Miſſus in exilium eſt Cœli poſſeſſor, & Orbis,
Exulibus patriam reddat vt ille ſuam.

In feſto Epiphaniorum Domini, Euangelium Matth. 2.

Ecce Magi donant Regi tria munera CHRISTO:
Crux, myrrha eſt: aurum, gloria: thura, preces.

De Baptiſmo Chriſti, Euangelium Matthæi 3.

Qui fuit ablutus liquida Iordanis in vnda;
Ille meas ſordes abluit, ille tuas.

Dominica I. poſt Epiphania, Euangelium Lucæ 2.

In templo quiſquis puerum non quærit IESVM,
Errat, nec recta tendit ad aſtra via.

Dominica II. poſt Epiphania, Euangelium Iohan. 2.

Sponſe voca CHRISTVM, nō eſt ſine munere Chriſtus:
Ille merum tardè, dat tamen ille merum.

Die Conuerſionis Pauli, Actor. 9.

Qui tuba ſanguineos te contra exciuerat hoſtes,
Buccina fit verbi, Maxime CHRISTE, tui.

Dominica III. poſt Epiphaniæ, Euangelium Matt. 8.

Credit Centurio, gratis ſeruatur alumnus:
Res eſt gratuita plena ſalute FIDES.

Dominica IV. poſt Epiphaniæ, Euangelium Matth. 8.

NAVE tua ſi non ſeruamur, CHRISTE, perimus:
Solus es in mediis anchora ſacra malis.

Die Purificationis Mariæ, Euangelium Lucæ 2.

Iam moriens Simeon CHRIſtum fert carmine ad aſtra,
Da mihi in hoc etiam carmine CHRISTE mori.

Dominica V. poſt Epiphaniæ, Euangelium Matth. 13.

Non ſum læta ſeges, lolium ſum triſte: ſed oro,
Me tamen in meſſem collige CHRISTE tuam.

Dominica Septuageſimæ, Euangelium Matth. 20.

Non tua vult homines ceſſantes vinea CHRISTE:
PRÆMIA fert gratis qui facienda facit.

Dominica Sexageſimæ, Euangelium Lucæ 8.

Abiice ſpinam animæ, Doctrinæ collige ſemen:
Spina necem, viam nobile ſemen habet.

Dominica Quinquageſimæ, Euangelium Lucæ 18.

Cæcus opem quæras à vero lumine vitæ:
QVI CHRISTI ridet munera, luce caret.

Dominica Quadrageſimæ, Euangelium Matth. 4.

Voce DEI victus Stygius tentator abibat:
QVI pugnat Verbi numine, victor erit.

Di-

Dominica Reminiſcere, Euangelium Matth. 15.

Quæ ſit magna FIDES, Cananææ pingit imago:
Hanc ſtatue ante oculos cùm dabis ore preces.

Dominica Oculi, Euangelium Lucæ 2.

Solue DEVS linguam, quam Spiritus obſidet ater,
Vt tibi pro meritis carmina grata canat.

Dominica Lætare, Euangelium Iohan. 6.

Milia quinq; virûm modico qui piſce repleuit,
Paſcet is æternis credula corda bonis.

In die Annunciationis Mariæ, & Conceptionis Chriſti, Euangelium Lucæ 1.

Flamine fœta ſacro VIRGO parit innuba VERBVM:
O quantum eſt, hominis ſumere membra DEVM.

Dominica Iudica, Euangelium Iohan. 8.

Præmia doctrinæ, lapides ECCLESIA ſentit.
Hæc abſconſa DEI Numine tuta manet.

Dominica Palmarum, Euangelium Matth. 21.

Terga premens aſini Solymam SERVATOR adibat:
Rex nouus hic pompam gaudet habere nouam.

Die Paraſceues.

In ligno moriens, ligni diſpendia ſoluit:
Hic pendet culpæ ſyngrapha caſſa tuæ:

Chriſtus pendens inter latrones.

Quem pendere vides diro inter tigna latronum.
Non rapuit quicquam, ſed bona rapta refert.
Qui fons eſt vitæ, ſitit ipſo in turbine mortis,
Et Sol iuſticiæ crimina noſtra luit.
Qui mundo formam tribuit, rebuſq; calorem,
Amittit ſpeciem frigida maſſa ſuam.
De precibus, ſudore, ſiti, de morte cruenta,
Diſce homo, quòd ſummus ſit dolor ira Dei.

Sed nil ſcire tuum tibi prodeſt, hæc niſi credas,
Omnia TE propter ſuſtinuiſſe Deum.

Die Paraſceues.

Sanguine dat vitam pullis Ægyptius ales:
Tu mihi das vitam ſanguine CHRISTE, tuo.

De ſepultura Chriſti.

Mortem non metuo, quia Chriſti funere viuo:
MORS nihil in CHRISTI funere iuris habet.

Die quietis Chriſti, Luca 23.

CHRISTE mori vt poſſes, VERBum immortale quieuit;
Eſtq; tua nobis parta quiete quies.

Dominica Paſcha, Euangelium *Matth.* 28. & *Marci* 16.

Morte refert vitam CHRISTVS: qui credit in ipſum
Viues in æternos poſt ſua fata dies.

Feria ſecunda, Euangelium *Lucæ* 24.

Veſper adeſt, ne te vagus error ducat in vmbras,
Lux tua ſit CHRISTVS, cætera noctis erunt.

Feria tertia, Euangelium *Lucæ* 14.

Qui tractare manu Thomam ſua vulnera iuſſit,
Eſt DEVS, & vero corpore verus homo.

Dominica Quaſi modo geniti, Euangelium *Iohan.* 20.

Crede DEI verbo Thoma: cur ſigna requiris?
Non SIGNIS, Verbo nititur alma FIDES.

Dominica Miſericordias Domini, Euangelium *Iohan.* 10.

Paſtor oues CHRISTVS propria ouum morte redemit:
Hoc paſtore piis neſcit obeſſe lupus.

In die Philippi & Iacobi, Euangelium *Iohan.* 14.

Nemo DEVM vidit, Patrem ne quære Philippe:
In CHRISTO, Patrem cernere poſſe datur.

Domi-

Dominica Iubilate, Euangelium Iohannis 16.

In partu dolor eſt, deîn gaudia: Vince dolorem;
SÆPE DEVS, quæ ſunt triſtia, læta facit.

Dominica Cantate, Euangelium Iohan. 16.

Accuſat triplici de cauſa Spiritus Orbem:
Sed veniam culpæ, qui reſipiſcit, habet.

Dominica vocem Iucunditatis, Euangelium Iohan. 16.

Ne dubita, quoties numen cœleſte precaris:
IMPETRAT in CHRISTI nomine cuncta FIDES.

In Feſto Aſcenſionis, Euangelium Marc. vlt. & Actor. 1.

Chriſtus ouans, hoſtes captiuos duxit in altum,
Atq; ſuo in cœlum ſanguine fecit iter.

Dominica Exaudi, Euangelium Iohannis 16.

Cum tibi crux oneri eſt, tunc cauſæ SPIRITVS aſtat,
Patronus cauſæ Spiritus ille tuæ.

Dominica Pentecoſtes, Euangelium Iohann. 14. & Actor. 2.

Omnibus in linguis loquitur Spirabile numen:
Ergo omnes populos ad ſua regna vocat.

Feria Secunda, Euangelium Iohannis 3.

Ne quiſquam dubitet ſummi de corde parentis,
Pignus naturæ tradidit ipſe ſuæ.

Feria Tertia, Euangelium Iohannis 10.

Ad ſuperas artes tu vera es ianua, Chriſte:
Errat, qui ſine te quærit ad aſtra viam.

Dominica Trinitatis, Euangelium Iohan. 3.

Neſcis iuſticiam FIDEI, Nicodeme Magiſter:
Ex CHRISTI pendet munere vera ſalus.

Dominica I. poſt Trinitatis, Euangelium Lucæ 16.

Si fueris Crœſus, ſic partis vtere rebus,
Ne iaceat ſurdas Lazarus ante fores.

Dominica II. poſt Trinitatis, Euangelium, Lucæ 14.

Nec te pinguis ager, nec bos, nec ſponſa retardet:
COENA Dei humanis anteferenda bonis.

Dominica III. poſt Trinitatis, Euangelium Lucæ 15.

Sparſa ouis inuenta eſt, & drachma, & prodigus hæres:
CONVERSIS reditus ſemper ad aſtra patet.

In die Natiuitatis Iohannis Baptiſtæ, Euangelium Lucæ 1.

Venit magna dies, qua nemo maior in Orbem
Venit quàm præco, maxime CHRISTE, tuus.

In die mortis Iohannis Baptiſtæ, Euangelium Marc. 6. & Matth. 14.

ESSE Tyrannorum bellaria funera fatum,
Baptiſtæ caput hoc te docet in patina.

In die Feſto Petri & Pauli, Euangelium Matth. 16.

Hic Petrus eſt, qui de petra, te CHRISTE, fatetur,
Quod ſis æterni viua propago DEI.

In die viſitationis Mariæ Virginis, Euangelium Lucæ 1.

Viſit anum VIRGO, Vates exultat in aluo,
Cœcus adhuc Dominum vidit adeſſe ſuum.

Dominica IV. poſt Trinitatis, Euangelium Lucæ 16.

Tolle trabem, quiſquis feſtucam inquiris amici:
Si vis erratum carpere, carpe tuum.

Dominica V. poſt Trinitatis, Euangelium Lucæ 5.

Piſces ſunt homines, mundus mare, reteq; Verbum,
Captores, qui te cœlica verba docent.

Domi-

Dominica VI. poſt Trinitatis, Euangelium Matth. 15.

Fulcta, ſed ante DEVM nihil eſt Phariſaica virtus:
CHRISTI iuſticia eſt; quæ pia corda beat.

In die Mariæ Magdalenæ, Euangelium Lucæ 7.

Fœmina peccatrix dolet actæ crimina vitæ
FELIX, qui vera flet ſua ſtupra FIDE.

In die Iacobi Apoſtoli, Euangelium Matth. 20.

Aula decet Reges, CHRISTI decet ara miniſtros:
REGNVM cum CHRISTO non habet Orbis idem.

Dominica VII. poſt Trinitatis, Euangelium Marci 8.

Mille quater pauit DOMINVS ſua verba ſecutos:
Sis pius, & victus copia ſemper erit.

In Feſto vinculorum Petri, Actor 12.

Carceris ex vmbra Petrum puer expedit ales,
CVRA DEI humano carcere maior erat.

Dominica VIII. poſt Trinitatis, Euangelium Matth. 7.

Ne te fortè lupi fallant ſub pellibus agni,
VERBVM ſit vitæ regula certa tuæ,

Dominica IX. poſt Trinitatis, Euangelium Lucæ 16.

Diues opum, ſis largus opum, rebuſq; caducis
Manſuras cœlo fac tibi amicitias.

Dominica X. poſt Trinitatis, Euangelium Lucæ 19.

Ædibus in ſacris non fas tractare prophana:
Aut emere, aut ſi vis vendere, quære forum.

Dominica XI. poſt Trinitatis, Euangelium Matth. 16.

Stulte quid ante DEVM meritis Phariſæe ſuperbis?
TRITA beat, damnat corda ſuperba DEVS.

Dominica XII. poſt Trinitatis, Euangelium,
Marci 7.

Per ſcelus obſtructæ ſunt aures, oraq; clauſa:
CHRISTE mea in laudes ora reſolue tuas.

Dominica XIII. poſt Trinitatis, Euangelium
Lucæ 10.

Mortiferum vulnus CHRISTVS Samarita ligauit:
Vicit & æternæ triſtia iura necis.

Dominica XIV. poſt Trinitatis, Euangelium
Lucæ 17.

Mundus leproſus fit mundus ſanguine CHRISTI:
Ex multis grates vix tamen vnus agit.

Dominica XV. poſt Trinitatis, Euangelium
Matth. 6.

Paſcit aues, veſtit flores: cur pabula, veſtes,
Non dare hic nobis, cuius imago ſumus?

Dominica XVI. poſt Trinitatis, Euangelium
Lucæ 5.

Filius effertur viduæ, viuusq; refertur:
Qui benè funus agit, nobile fœnus agit.

In Feſto Matthæi Apoſtoli, Euangelium
Matth. 9.

Linque lucrũ, & Chriſtum ſequere ad meliora vocantẽ,
Corpore mens melior, diuitiisq; ſalus.

In Feſto Michaelis, Daniel & Apocal. 12.

Dux Michael, par nempe Deo, Patri æqua propago eſt:
Semper pro populo ſtat Deus ipſe ſuo.

Dominica XVII. poſt Trinitatis, Euangelium
Lucæ 1.

Turgidus æger aqua, ſacrata in luce leuatur:
SACRVM non violat, qui facienda facit.

Dominica XVIII. poſt Trinitatis, Euangelium
Matth. 22.

De patre dum quærit MESSIAS, ora tenebant:
Infelix, quiſquis, ſicut Apella, tacet.

Dominica XIX. poſt Trinitatis, Euangelium Matt. 9.

Fide DEO, vt fidit reſolutis artubus æger:
Fidenti medicas porrigit ipſe manus.

Dominica XX. poſt Trinitatis, Euangelium Matt. 22.

Vt placeas ſponſo, nec proiiciaris in vmbras,
Candida ſit veſtis, ſit ſine labe FIDES.

Dominica XXI. poſt Trinitatis, Euangelium Iohan. 4.

Si credis CHRISTO, potes alter Regius eſſe:
Sentit opem certè, ſit modò certa FIDES.

Dominica XXII. poſt Trinitatis, Euangelium Matth. 18.

Cum DOMINVS gratis tibi debita magna remittat,
Tu quoq; conſeruo ſerue remitte tuo.

In die Simonis & Iudæ, Euangelium Matt. 10.

Mors ouium lupus eſt, & mundi regna, piorum:
Heu quantum ſacri ſanguinis illa bibunt.

In feſto omnium Sanctorum, Euangelium Matth. 5.

Non faciunt ſanctos opera, & tua ſanctio, Papa:
Si quis erit, CHRISTI ſanguine ſanctus erit.

Dominica XXIII. poſt Trinitatis, Euangelium Matt. 22.

In cœlis DEVS eſt in terris Cæſar: vterq;
Numen habet, cultum defer vtriq; ſuum.

Dominica XXIV. poſt Trinitatis, Euangelium Matth. 9.

Sanguinis à fluxu tacto fit fœmina CHRISTO
Munda: Fide CHRISTVM tangito, mundus eris.

Dominica XXV. poſt Trinitatis, Euangelium Matt. 24.

Ventum ad ſupremum eſt, mundus dat ſigna ruinæ:
Quem non ſigna mouent, hunc ſua pœna manet.

Dominica XXVI. poſt Trinitatis, Euangelium Matt. 25.

Tempus adeſt, ſtabis cùm iudicis ante tribunal:
Tu mala facta bonis corrige, tempus adeſt.

Dominica I. Aduentus, Euangelium *Matth. 21.*

Quid ſpectas aſinum? cœleſtem ſuſpice regem,
Et SERVATORI dic Oſanna tuo.

In Die Sancti Andreæ, Euangelium *Iohan. 1.*

Andreas ſequitur CHRISTVM, nec reria curat:
Ad ſua cùm vocat is munia, linque tua.

Dominica II. Aduentus, Euangelium Lucæ. 21.

Ante oculos errant extremi ſigna diei:
Mundus ſecurus non tamen iſta videt.

Dominica III. Aduentus, Euangelium *Matth. 11. & Luca 7.*

Lex cum Moſe vale, dux præuius ille Iohannes
Ad CHRISTVM ex cœco carcere monſtrat iter.

Dominica IV. Aduentus, Euangelium *Iohan. 1.*

Vera doce, & conſtans Baptiſtæ exempla ſequaris,
Nec metuas vera pro pietate mori.

Paraphraſis orationis Dominicæ.

Qui genus humanum è cœlo Pater aſſer is alme,
Noticiæ detur copia vera tuæ.
Tu rege nos, & opem fer cuiq; in munere iuſſo,
Terra tibi obſequium præſtet, vt ora poli.
Suffice præſidium vitæ, noxasq; remitte,
Ceu facile veniam, nos quoq; corde damus,
Ne ſine nos à fraude premi, ſed ſolue periclis,
Poſtq; tot ærumnas in tua regna refer.

Tra.

Precatio ad Deum Patrem.

Viue Deus, iuſte, & clemens, liberrime, verax,
Caſte, potens, ſapiens, fine modoq; carens,
Autor, & aſſertor rerum, quas fabrica mundi
Trina ſuo paſſim continet alma ſinu.
Et dator, & cuſtos vitæ cum compare Nato,
Et quæ biſſenos impulit Aura viros,
Voce tibi grates ago, quòd mortalibus ægris
Vltrò aperis numen, conſiliumq; tuum.
Et natum han fragilem voluiſti aſſumere maſſam,
Victima qui noſtra pro vice factus erat.
Et ſerie æterna ſacrum tibi colligis agmen
Et ſeruas cultus munia fixa tui.
Quodq; tuo & Nati mittis de pectore flatum,
Dasq; piis vſum numinis ipſe tui.
Inſeris & vitam lutea hæc ſub texta perennem,
Suſtentaſq; tuis indiga membra bonis.
Afficis & dubiam rationis lumine mentem,
Cernat vt officii congrua facta ſui.
Viue Deus, noſtro ſcelere eſt tua læſa voluntas,
Tu tamen aut tollis, vel mala fata leuas.
Sint tibi res animæ curæ, & res corporis omnes,
Nanq; anima & corpus muneris omne tui eſt.

Precatio ad Filium Dei.

CHRISTE DEI ſoboles, æterni Patris imago,
Cuius parta mihi munere vita, ſalus:
Reſpice me nimia delicti mole grauatum:
Sed me luminibus reſpice quæſo tuis:
Iſtis luminibus, quibus illum, CHRISTE notaſti,
Eſſe ſuum qui te voce negabat herum:
Illam, quæ lacrymis luſtrans, tergensq; capillis,
Detulit ad ſanctos oſcula fide pedes:
Deniq; queis illum vidiſti fronte ſerena,
In cruce qui tecum triſte pependit onus.

Ecce

Ecce meum crimen nigro me deſtinat Orco,
Et ſine te non eſt qui ferat alter opem.
Peccaui, fateor, peccaui terq; quaterq; ,
Et mea tam multa eſt culpa, vt arena maris.
Sed tua peccati deſtruxit gratia regnum,
VLTIMA ſpes miſeris Gratia ſola reis
Ergò qui lapſis es portus, & anchora rebus,
Tu mihi victricem porrige Chriſte manum:
Vt cum conuerſo plorem mea crimina Petro,
Et te peccatrix ſicut amauit, amem:
Vtq; tuos vultus poſſim, & tua templa videre,
Quæ latro felix templa beata videt

De Spiritu ſancto, ex Eſaia.

Spiritus vt Domini manifeſto robore præſens
Semper apud Patres duxq; , comesq; fuit:
Acer Idumæus ſterili quem ſenſit in ora
Eſſe ducem, & rubri ſcindere terga maris:
Sic Pater hunc mittat noſtra in præcordia Flatum,
Ducat vt in tantis agmina ſacra malis.
Cæca via eſt: ſed noſtra regat veſtigia verbo,
Quæ lux humanis greſſibus alma venit.
Notitiamq; Dei, veroſq; in pectore cultus
Excitet, & vera vota profecta fide.
Et motus ſimiles ſibi noſtro in pectore gignat,
Legis vt ad normam ſenſaq; & acta regat.
Igne ſuo luſtret tenebras, & reprimat æſtus,
Vt ſileant ſummo ſubdita corda DEO.
Vtq; fides certa veniæ ſpe nixa quieſcat,
Quæ miſeris CHRISTI munere parta fuit.
Sit lux conſiliis, duxq; inter ſæua pericla,
Ceu Moſis rubeum per mare rexit iter.

De cœna Chriſti, Matth 26. Marci 14. Lucæ 22. 1. Corinth 11.

Vis eſt, atq; fides verbis quæ Chriſte profaris;
Cruſta ſacra eſt corpus, Bacchiça gutta cruor.

Hoc

Hoc pignus meritiq; tui eſt noſtræq; ſalutis,
Crede Dei dictis cætera monſtra fuge.

Lotio Pedum.

Filius ipſe Dei commendans munia verbi,
Quod patrio veniens protulit ante ſinu,
Non poterat melius ſacros ornare miniſtros,
Quam caput infirmos dum lauat amne pedes.
Ergo pedes ô Chriſte tui, tua ſacra ferentes
Turrigero præſtant Pontificis capiti.

Agon Chriſti, Matt. 26. Luca 22.

Flaminis in forma ſummi ſtat Filius orans,
Sacra ferens Patri ſeq; ſuaſq; preces.
Tali depoſito Pater eſt contentus, & audit
Quæ pia pro noſtro nomine vota facit.
Tanta offenſa fuit, tàm magna piacula, quæ non
Vel prece, vel precio ſoluere poſſet homo.
Sed Deus huic agno culpam, & ſtipendia culpæ
Impoſuit diræ triſtia iura necis.
Nam breuis, immenſusq; labor, quem ſuſtinet in ſe
Perſona æterni, vera propago DEI,
Fit precium culpæ, quod erat ſatis ante Parentem,
Compenſans iram, iuſticiamq; Dei.
Ira Dei victa eſt precibus, precioq; cruoris
Iuſticia: ô facti forma ſtupenda noui.
Si tamen hæc pro me, non pro te, CHRISTE, tuliſti,
Et mea culpa tua eſt, tunc tua palma mea eſt.

Oſculum Iudæ.

Ore Deum ficto prodit, quem vendidit ære:
Has artes Iudæ triſte monile manet:

Lapſus Petri.

Natura ad lapſum prona eſt: ſed gratia Chriſti
In melius verſis nocte, dieq; patet.

Cœna

Pœna Iudæ.

Ære bonam cauſam prodit deſertor Iudas:
Hæc de diſcipulo dona magiſter habet.
Sit precor his merces famoſa, catenaq; Iudæ,
Qui cùm mens veri eſt conſcia, vera negant.

Pilatus Lauans-manus.

Non vitreo cum rore manus à cæde lauantur:
Omne nefas luſtras ſanguine Chriſte tuo.

Simon Cyrenæus.

In cruce geſtanda Simon te Chriſte iuuabat:
Vox auditorum ſigna Ebræa Simon.
Propter doctrinæ ſtudium pia turba ſcholarum
Partem CHRISTE tuæ ſuſtinet ipſa crucis.

Luſus Militum de veſtibus Chriſti.

Veſtes Chriſte tuæ, ſunt luſus cauſa prophanis,
Nummus ſit pietas, ſit gula feſta dies.
Cur Briareî manibus rapitis bona ſacra potentes?
Si rapere eſt pietas, plurima turba pia eſt.

Metaphraſis Pſalmi VI.

Non equidem pœnas me commeruiſſe negabo,
Iuſtaue vindictæ deprecor arma tuæ.
Tantùm ne pœnæ præceps furor vrgeat ægrum,
Nec grauis incumbens opprimat ira reum.
Mite cor in miſerum Deus accipe, & affere lapſum,
Nam mea ad impoſitum maſſa fatiſcit onus.
Da requiem feſſo Pater, & mala noſtra leuato,
Intima nam morſu conficit oſſa dolor:
Viſq; animæ ingenti iacet onerata labore,
O mihi quæ differt te mora longa, Deus?
Ah refer alme pedem, nec te mora tardet euntem,
Hancq; animam à luctis eripe quæſo ſuis.

Eſt tua, ſitq; precor, clementia cauſa ſalutis,
Quæ lucet nati ſanguine ſola tui,
Et quis te memori cantu vehet æthere caſſus?
Num referet grates quem grauis vrna tegit?
Aſſiduus labor eſt gemere, & per tempora noctis
Compoſitum ſalſo perluere imbre torum.
Mœſta tot, ac tantis exundant lumina guttis,
Vt madeant lachrymis conſcia ſtrata meis.
Tabe meam faciem mœror contraxit, & oris
informem ſpeciem ruga ſenilis arat:
Dum variis omnes inſtant inſultibus vni,
Exercentq; iras in mea fata ſuas.
Sed procul hinc auferte gradus, auſi improba facta,
Namq; meis lachrymis auris aperta Dei eſt:
Annuit is votis, quæ mœſto corde profudi,
Et iuſſit querulas pondus habere preces
Iam rubor infamus notet hoſtes, ægraq; turbet
Corda, quod euentum non habuere doli.
Quin potius veniam precor, actutumq; reuerſis
In melius ſanctus ſtet pudor antè genas.

De Vita Humana.

Vita quid eſt? labor eſt, & habendi vana cupido?
Sed mors humanis eſt medicina malis.
CHRISTE tuæ viuæ mortales inſere maſſæ
Mors ex labe mea eſt, ſanguine vita tuo eſt.

De Verbo Dei & Sapientia Mundi.

Vita, Dei verbum eſt, Mundi ſapientia mors eſt,
Elige ſiue voles viuere, ſiue mori.

Pſalmus XC.

Tranſitus celer eſt, & auolamus.

Picturam quoties hanc aſpicis, optime lector,
Te toties vitreum noueris eſſe globum.

Inſtabi-

Inſtabilis puluis vita eſt properantis imago,
Ille fugit, veluti vita caduca fugit.
Mors certa eſt, incerta dies, hora agnita nulli,
Extremam quare quamlibet eſſe puta.

Ad Auguſtum. Saxoniæ Electorem, &c.

Gaudet vt AVGVSTO naſci ſub Cæſare CHRISTVS
Quo Duce pax terris protulit alma caput:
Sic AVGVSTE, mihi, te Principe, condita verſu
Maxima de CHRISTO naſcitur hiſtoria.
Ille fuit magnus: ſed enim, cum maximus eſſet,
Neglexit cunas optime CHRISTE tuas.
Tu, fora, templa, ſcholas auges, AVGVSTE: quid inde?
Imples menſuram nominis ipſe tui.
Ergo tibi hæc tacito debentur carmina fato,
Qui verè AVGVSTI nomen & omen habes.

IOANNIS BOCERI.

Epicedion Philippi Melanthonis.

ERgo iaces diuine Senex, ſanctiſſima morum
Regula, Pierii decus & memorabile cœtus.
Ergo Philippe iaces, & noſtris inuida ſeclis
Parca decus tantum rapuit. quis funus acerbum,
Damna quis hæc lachrimis non deplorare profuſis
Poſſet & æterno lugere Melanthona fletu?
Namq; decus cecidit tantum, quo maxima nuper,
Lucifer vt reliquas præcedit lumine Stellas,
Extulit ante alias ſic ſe Germania terras,
Aeternumq; ſibi nomen, famamq; Philippo,
Et veræ peperit decus indelebile laudis.
Ergo mihi lachrimas, mihi quis funebria fundet
Carmina? qua tantos teſtabor voce dolores?
Et quales gemitus, quos luctiſonos ſingultus,

Vndan-

Vndanti lachrimis, afflicto & pectore promam?
Teq; decus tantum, quo non maioribus vnquam
Fletibus occubuit, gemitu nec dignior alter,
Iuit ad Elyſias exuto corpore ſedes,
Conceptas inter curas, ortaſq; querelas,
Triſtibus exequiis, & carmine deplorabo.
Ite nouem triſtes, lugentes ite ſorores,
Excidat & cultus lætus, capitiq; corona,
Laurus & ornatæ non ò non gratia formæ.
Hoc ornet, mœſtas hoc triſti tempore Diuas.
Sed vobis pullas, & nobis addite veſtes,
Et ſquallore caput, cinerumq; replete fauillis,
Crebraq; mœſtifico ſuſpiria fundite luctu,
Et tantum lugete virum, quo veſtra reuixit
Laus, dudum cæcis & gloria preſſa latebris.
Illo vos olim lætæ naſcente fuiſtis,
Cum puer in veſtros primum ſe offerret honores,
Hoc iterum rapto, veſtræ pars maxima laudis
Occubuit, recidetq; cito molimine, flete,
Flete Deæ veſtræ diſpendia triſtia ſortis,
Ereptum vobis magnum lugete Philippum.
Scitis enim, memoriq; Deæ ſeruatis in æuo;
Hic nondum teneras fuerat cùm natus in auras,
Quam ſtatus indignus, veſtræ quàm perdita ſortis
Res fuit, abiecto quam ſpernebatur honore
Doctrinæ, laudiſq; parens diuinus Apollo.
Tum decus hoc ſanctum, tum veſtræ gloria famæ,
Et ſiluere pii immortalia munera cœtus:
Munera quæ quondam rutili ceu ſidera cœli,
Sic magnis toto micuerunt laudibus orbe,
Cultoreſq; ſuos, & non virtutis egena
Pectora, ſydereis magnis ter dotibus aſtris
Inuexere, nihil quæ falſum, nilq; caducum
Virtutiſq; nihil præter meditantia famam,
Proxima cœlicolis meruerunt præmia Diuis.

At tunc omnis honos Phœbi, tunc omnis adempta
Virtuti cultura fuit, & gloria Muſis.
Cognita vix paucis Clariæ tum maxima gentis
Vtilitas, & fama fuit, tum ſcilicet omne
Extinctum decus eſt, & cura & forma loquendi.
At fera garritu tunc omnia pulpita circum
Barbaries frendens, cœcis caput extulit antris,
Inuaſitq; ſuis ingentem viribus orbem,
Caucaſeaſq; vltra rupes, buſtumq; Promethei,
Pieridum cœtu, Phœbum, comitante, fugauit.
Deſeruitq; ſcholas ſapientia: gratia fontem
Doctrinæ, & veros in neſcia pectora riuos
Ducere non potuit, maculis obſtructa, feriſq;
Sordibus, & totis contabuit arida campis.
Et ſitis Aonides preſſit grauis, ipſaq; veri
Cognitio, longè meditantia pectora fugiit.
Hunc iterum fontem, clauſos aperireq; riuos,
Omnibus obſtaclis, & iniqua ſorde remota
Cura fuit multis, & te memoranda Rodolphe
Agricola æternos virtus cantabit in annos:
Et neq; venturi tua Capnio facta nepotes,
Nec tibi quam famam peperiſti laude, ſilebunt:
Et deſiderium ſua virtus tollet Eraſmum,
Dum ros à cœlo, de terris gramina creſcent.
His operas alii, miſit quos Teutona tellus,
Doctrina inſignes, magna virtuteq; culti
Adiunxere viri, tamen has abſtergere labes
Occluſi fontis, dulceſq; reducere riuos,
Non potuere: polo donec miſeratus ab alto
Fortunam Phœbi, magni fabricator Olympi
Dulce decus terris, purgatoremq; Philippum
Obſtructi fontis, cœleſti detulit arce.
Hic poſtquam varia ſacrum caput extulit arte,
Os ſimilis, vocemq; Deo mira omnia luce
Retulit, & largos doctrinæ currere riuos

In noſtros permiſit agros. Aſſurgite Muſæ
Laudibus & veſtrum meritis extollite alumnum,
Solus hic ingenio, quo ſe Germania tollit,
Extitit, hic vnus veſtros reparauit honores.
Pierides, ne vos amiſſæ ſortis Achiuæ
Pœniteat ſemper, diuinæ robore mentis,
Auxilio & dextro, facundo & præſtitit ore.
Vnius non ille capax nec deditus arti,
Ah ſua quàm variæ ditarant pectora dotes,
Quas non hic Sophiæ partes penetrarat, & omnem
Doctrinæ cumulum ſapienti pectore clauſit,
Hunc poſtquam in teneram cœpit ſtillare iuuentam
Atq; aperire ſuæ totus penetralia mentis,
Dii quales fructus. donum Dii quale docentis?
Quæ vox apta viri? doctis quæ commoda Muſis
Præſtitit? ex illo cœperunt tempore formam
Exuere indocilem ſermonis, & omnia Muſæ
Pura loqui, rediit decus artib. & rediit ingens
Gloria, quæq; ante ingeniis corrupta fluebat
Vnda malis, puros traxit Phœbæa liquores,
Hic ſalſos latices, & amara fluenta repleuit
Nectare Pierio, ſapidoq; refecit odore.
Omne genus rerum, diuinæ robore mentis
Complexus, nullas intactas præterit artes
Quæ fugitiuæ iuuant humanæ cõmoda vitæ.
Abſterſo Muſis tandem ſqualore, ſituq;,
Atq; vbi magnifico retulit decus omne paratu,
Ilicet ad ſacras auidè ſe contulit artes,
Doctrinæq; genus ſummo quod venit Olympo
Heu quales inter curas. quantoſq; labores
Auxit, & ingenti cum fructu propagauit.
Præconemq; Dei, diuinum laude Lutherum
Ceu vehit, & tanquam plenæ virtutis Eliam
Quo vixit, nuper fuit admirata ſub æuo.
Non minus inſigni Germania tota Philippo

Debet,& æquali meritum veneratur honore.
Nec tantum inuicta potuiſſet mente Lutherus
Doctrinæ labis cœleſti abſtergere, ſi non
Adiutus magno (ſic dii voluere) Philippo
Eſſet,& Athletes gemino ſic robore fultus,
Pectore magnanimo reprobos pugnauit in hoſtes
Materiam rerum ſupera de ſede profectam
Hic dedit,& primum cauſas monſtrabit agendi,
Plenus diuinæ doctuſq; per omnia mentis:
Ille modum,formamq; dedit, qua poſſit agi res
Sacra per & cultas myſteria protulit artes.
Ille dolos cernens,& acuta ſophiſmata, cunctas
Detexit latebras,verſutos vicit & hoſtes.
Nec Maluenda tibi,tibi nec variabilis Ecci,
Omnia tentantis fallacia profuit artis.
Ille vnus rerum cauſas aperire latentes,
Et mediis potuit latebris educere verum,
Os,arteſq; Deo doctus,linguamq; diſertam.
Ille vnus quoties, dum tu vel maxime Cæſar,
Vel ſtatus Imperii, rapidas componere lites
Niteris,aduerſo fidum caput obtulit hoſti?
Defenditq; tuas pugnax Germania partes?
Nec tibi ſaluifici cœleſtia dogmata Chriſti,
Adſcitoſq; piè cultus,formamq; ſacrorum
Eripuiſſe tulit quenquam, licet impiger arſit
Hoſtis,& in flammas plures ſuperintulit ignes.
Ille vnus gemino decoratus munere, Chriſti
Reſtituit noſtro myſteria ſacra ſub æuo.
Nec minus & Phœbi digniſſima gloria talem
Omnibus accendit lucem,tenebraſq; remouit
Artibus,elapſi qualem non gratia ſecli
Vidit, & heu nunquam venientia tempora cernent.
Temporis ille ſui Clarii laus vnica cœtus,
Ingenio cunctos vnus ſuperauit, & arte.
Thuiſconis haud alio tantum ſe tempore tellus

Suſtu-

Suſtulit Aonidum meritis decorata ſororum.
Tunc linguæ triplicis potuit quæ maxima virtus
Eſſe fuit, reliquas terras & Teutona tellus
Munere Pieridum vicit, prælataq; multis
Eius ſtellifero ſe gloria vexit Olympo.
Nulla mora, ex noſtro in peius ruere omnia ſeclo
Incipient, & te rapto diuine Melanthon
Deſinet heu mœſtis ſua lux ſplendeſcere Muſis.
Iam fama extincta, & retro res lapſa referri
Cœpit, & Aonidum minui decus omne ſororum.
Nam qui non caſus? quæ non tua fata Luthere
Damna ſecuta, graui non implicuere dolore?
Heu quanto ex illo Reſpublica tempore Chriſti
Diſſidiis agitata malis, & diſpare ſenſu
Defecit, quæ non triſtiſſima vulnera ſenſit?
Et doluit priuata ſuo rectore Luthero.
Iam quoq; nos certè fata haud meliora ſequentur.
Et nunc extincto properanti morte Philippo,
Heu quod adhuc firmum mediocribus hactenus hæſit
Viribus, id totum fracta compage ſolutum
Corruet, enormes & templa, ſcholaſq; ruinæ,
Rixis, & triſti molimine deformabunt.
Namq; decus cecidit, quo ſola ſuperſtite nuper
Se virtus, veriq; fides inuicta tueri,
Et fortis potuit caſus ſuperare furentis.
Hei ſentis, lugeſq; tuas Eccleſia partes,
Et tu Phœbe doles, clypeumq; Melanthona raptum
Dedita turba ſacris, & dedita turba prophanis
Artibus, ingeminant lachrimis, votiſq; repoſcunt.
Atq; has luctiſono vix premunt gutture voces,
Omnia ſolliciti, peioraq; multa timentes,
Rore genas triſtes, & fletibus humectantes.
Quò te ſancte pater, quò te mors inuida, quò te
Fluctibus in mediis, circumſtantiq; periclo
Abripit? ah cur nos lachrimarum hac valle relinquis?

Te dolor excepto quæ nos fortuna ſequetur?
Nunc ô fracta ſalus, nunc fluctibus ante carina
Acta feris ſæuo mergetur in æquore. quo nunc
Te rapis, & noſtris placidum conſpectibus aufers?
Nunc ô conſilium, ſolitam nunc poſcit opem res.
Te deſiderio nunc deploramus amaro,
Vocibus & mœſtis, & pectora lamentamur.
Tu clypeus, tu noſtra ſalus, tu immobilis omni
Anchora præcipiti caſu, columenq; fuiſti:
Omnes ſubq; tuis tuti requieuimus alis;
Subq; tua incolumes vitam traduximus vmbra.
Quis nunc ingeniis, quorum nunc copia lites
Magna ſerit, magnoq; nouas parit agmine rixas
Obſtabit? ceptæ recident quo iudice lites?
Eheu quàm triſti facie, quantoq; dolore,
Inſurgent omnes, quos hactenus vnica frontis
Vis Auguſta tuæ, grauis & formido repreſſit.
Erumpent certè, quos dudum liuor & ira
Coxit, & innatum clauſit ſub pectore virus.
Etiam templa Dei, iam diro turbine cœtus
Perflabunt Clarios, nil & furialis Enyo,
Quod pia corda poteſt affligere, linquet inauſum.
Nunc ô nunc demum rerum quo culmine lapſi
Simus & heu quali priuati lumine, magno
Cum luctu, miſeri nec ab vna parte, ſciemus.
Sic Nauclere ratem, currus auriga volantes
Omni conſilio caſſos, dubioſq; relinquis?
Heu tecum dotes quantæ periere, tuoq;
Occaſu quantum fecit Reſpublica damni?
Conſilium ſenibus, teneræ moderatio pubis
Te iacet amiſſo, tu dono inſignis vtroq;,
Et pietate ſenes, & morum laude iuuentam
Rexiſti, vitæq; feros deponere mores
Suaſiſti, nihil indignum, tu nilq; prophanum
Fudiſti ſacro, ſedatis geſtibus, ore.

Te pia ſimplicitas, & ficto libera fuco,
Et niue candidior, nec triſti tabida felle,
Mens cunctis facilem mira dulcedine fecit.
Quam ſancti mores, quantæ pietatis imago,
Omnibus in vitæ factis, dictiſq; refulſit.
Hos vitæ geſtus, & numen amabile frontis,
Cum tantæ variis decorarunt dotibus artes,
Quantæ homini à ſummo poterint contingere cœlo.
Idcirco adſciti lati de partibus orbis,
Huc denſo Clarius ſe contulit agmine cœtus,
Qua tu diuinæ donatus munere vocis,
Omne decus, claras nomenq; perenne per artes
Innumerabilibus ſudoribus inſtauraſti.
Huc peiora rudis ponant vt ſigna Mineruæ,
Et ſumant animos Muſis, & Apolline dignos,
Cum ſenibus iuuenes alacri contendere cœtu
Vidimus, & nutu magni pendere Philippi.
H c vbi cum linguæ ſoluebas frena diſertæ,
Accurſus qualis, Dii qualis copia cœtus
Huc docti venit? & plena palatia Phœbi
Excluſere aliquos, quamuis latiſſima, verum
Ante fores illi ſtabant, patuliſq; feneſtris
Pendebant, & te nunc diui dogmata Pauli,
Nunc artes Phœbi magna cum laude docentem
Audiuere, tuas & celſo pectore dotes
Mirati, te præceptorem, teq; parentem,
Virq; puerq;, animo non dedignante colebant.
Nam qua tu doctas non ſedulitate Camœnas
Prouexti? Pelagus magni variabile Phœbi,
Diſtractaſq; vagas iuſto non ordine Muſas
Contraxti primum, facili & compendia curſu
Monſtraſti, Phœbiq; graues, longoſq; labores
Eſſe leues, magnæ tu ſolus acumine mentis
Feciſti, nobiſq; viam, formamq; ſequendi
Præſcripſti, æternis æterno munere libris.

Quod genus ò Muſæ doctrinæ quodq; remotæ
Artis, hic in Methodum ſtudiis ingentibus aptam
Non bene digeſſit? vix ſic Tirynthius acer
Augeæ ſtabulum purgans ſudauit, & oti
Expers, in diro laſſauit limine corpus.
Gratia magna tibi, tibi ſit laus ſumma Melanthon,
Poſſumus vt tuto cunctas volitare per artes
Et vero abſtruſos ſenſu decerpere fructus,
Muneris omne tui eſt, tibi nos debere fatemur
Culturam ingenii, Muſis teſtantibus, omnem.
Ingrati cedant cuculi, cedantq; maligni,
Qui te non merito læſerunt nomine fuci.
Si niſi tu ſummi donatus vertice cœli,
Doctrinæ genus omne ſuo ſplendeſcere cultu
Feciſſes, nebulis, nos immerſiq; tenebris,
Vix ò vix aliquam poſſemus cernere lucem.
At nunc te rapto rurſum lux iſta, remota
Occidit, ò Phœbi, ſors ò mœſtiſſima cœtus
Pierii, quanto nunc conturbata dolore
Vrbs Viteberga gemens madidos irrorat ocellos,
Et Muſæ circum muros, & inane cadauer,
Et circum Albinas carmen miſerabile ripas,
Omnes deformes, laceratis crinibus omnes,
Ingeminant, mœſto ferientes æthera planctu.
Ipſe pater Phœbus dubius, plenuſq; doloris,
Quà modo vertat iter neſcit, radiiſq; nitentem
Conſpicit inuitis, citus & præteruolat vrbem,
Atq; Inter gemitus, ſuſpiria mœſtaq; fatur:
Hîc ô dulce decus noſtrum, hîc mea cura Melanthon,
Hîc Phœbi ſpectata ſalus, & fama Philippus
Occubat, alipedes veloci currite greſſu,
Currite, crudeles renouat locus iſte dolores.
Sancte ſenex, memorande ſenex, ô vnica virtus
Pieridum, ſecliq; tui venerabile numen.
Ergo iaces, de te nil & niſi flebile nomen,

Et deſiderium reſtat,penituſq; receſſit
Illius vtilitas longe ſuauiſſima linguæ?
Et iacet extinctus Philomelæ cantus, & acris
Vocis amor,quales poſt te cantare volucres
Incipient? prohibete nefas,omenq; malignum,
Dii prohibete nefas, ne tanti gratia cantus
Innocuæ volucris,garritu læſa nocenti
Occidat,immeritò iuſtos & perdat honores.
Vos ſeruate decus,nobis quod voce fideli
Præſtitit, & noſtras è cœco carcere mentes
Eruit.& turpis quæ nos inſcitia preſſit
Vindice, prolato ceſſit ſplendore, Philippo:
Doctorum flos ille virum columenq; ruentis
Pieriæ gentis,patriæ ſplendorq; ſupremus,
Vitiferis qua ſe probat inclita *Bretta* racemis,
Et Palatinas nullo tam munere terras,
Quàm tollit meritis,& magni laude Philippi.
Germanis decus ille ſuis,nomenq; perenne,
Præſtitit,& quo ſe merito Germania iactet,
Ingenii ob cunctas quas hic ſibi ſubdidit artes,
Aut ob virtutis,nec fictæ laudis honorem,
Hoc habet, hoc magno Germania nacta Philippo
Poſſidet,hæc propriæ ſibi ducit præmia laudis.
Præter & inuidiam (liuor licet audiat) vnum,
Quotquot in hoc cunctis viguerunt tempore terris
Doctrina clariq; viri, meritiſq; verendi,
His rectè præfert Germania ſola Philippum.
Hoc vitæ probitas,geminataq; gloria Phœbi
Præſtitit,innumeris meritumq; laboribus illud
Obtinet, & nullo contradicente tuetur.
Quo cœpit ſtudio preſſas extollere Muſas,
Hoc indefeſſus ſex denos præſtitit annos,
Aerumnas quales,iniucundoſq; labores
Interea tulerit,varias dum tendit ad vrbes,
Atq; Euangelii cauſam,lucemq; tuetur,

Digitized by Google

Nunc & colloquiis, nunc & conuentibus acres
Pungit, & aduerſos proſternit viribus hoſtes,
Quoſq; domi fructus, quid ſedulitate docendi
Præſtiterit, dum templa, ſcholas, fora rauca venuſtat
Ingeniis teneros & ducit in ardua fœtus
Culmina, venturæ maturat & omnia meſſi.
Scilicet hoc docti monſtrant monimenta laboris,
Manſuriq; docent æterno nomine libri.
Has inter curas, oneroſaq; pondera ſortis
Difficilis ratio priuatæ formaq; vitæ
Qualis erat, ſi quis fortaſſis ſcire laborat.
Mitis erat, placidiſq; ſenex, & amabilis acri
Aſpectu, litiſq; fugax, & mollis ad omnes
Legitimos aditus, & non quærentibus aſper.
Officiis homines quibus & promouit egenos.
Teſtor, & hoc mecum doctorum turba virorum
Prædicat, ille meæ miſeratus vulnera ſortis,
Subſidium noſtris & retulit ocia Muſis.
At qualis pietas ipſo digniſſima cœlo
Ornauit vitamq; ſenis, moreſq; verendos,
Illi teſtari poſſunt, dum vita manebat
His quibus officiis, & aperto pectore notus,
Clarorum de ſe ſpecimen memorabile morum
Præbuit, haud fictam pietatis nomine famam,
Abiecto fuco, procul & leuitate, ſecutus
Illius & vitæ pietatem tota peractæ
Actio monſtrauit, cœptiſq; exordia rebus
Sacrauit, finemq; Deo, raròq; precando
Defeſſus, ſuperas oculos referebat ad arces,
Et te Gnate Dei miſeris fœlicia terris
Fata precabatur, noſtri & contagia ſecli
Effuſis lachrimis & crebra voce gemebat.
Et pubem imberbem turpes dediſcere mores,
Hortatuſq; DEI caſtè mandata vereri,
Publica ne vitiis cumulent incommoda fœdis,

Arma

Arma nec accelerent commiſſis debita culpis,
Impia nequitiæ præcidere frena ſtudebat.
Hoc exercitium, cunctis hæc cura diebus,
Tale laboriferos ſtudium finiuit & annos.
Donec ab innumeris conſumpto corpore curis,
Non ſecus ac rapido ſub lumine cera liqueſcit,
Paulatim vires magni minuere labores.
Duraq; Germanas diſcordia nata per oras
Magnorumq; Ducum clades, & fata maligna,
Sæuaq; vis belli, magnis inflictaq; damnis
Vrbibus excidia, & ſummo ius culmine lapſum,
Illuuieſq; mali noſtris quæ regnat in annis,
Afflictum preſſere caput: mox omnibus iſtis
(Prò pudor) irrepſit maius ſcelus, ortaq; lis eſt
Hos inter ſtabili decuit quos pace ligatos,
Viribus aduerſos iunctis contendere in hoſtes,
Hos vbi feralis miſere diſtraxit Enio,
Tum verò inualidus, fractis & viribus amens,
Indoluit triſtem ſortem, ſæuoſq; furores
Inſanorum hominum, quorum Reſpublica Chriſti
Diſſidiis lacerata ruit. Nam ſicut ab axe
Turba ruens gelido ventorum aut grandine crebra
Obtegit aut diris terras (res fœda) locuſtis,
Non ſecus indoctos peſtis ſæuiſſima cœtus
Irruit, exoritur lis improba, iudice nemo
Certat, at exacuit vires, carpitq;, premitq;,
Nunc hoc nunc illud liuor, pugnatq; feroci
Cenſura, veriq; fides, & diſpare ſenſu,
Et rixis tabefacta ruit, ruit omnis ab imo
Sanctaq; turbato mœret concordia fonte.
Hic quoque (præteriti iacet omnis gratia facti,
Nec virtus veneranda ſenem, caniq; capilli,
Nec tot diuini tutum fecere labores)
Se quoq; ſeq; peti cernens, ſeq; omnibus vnum
Oppoſitum, quò tela ferant, cui mordicus inſtent,

Neſci

Neſcio quas culpas, & crimina prætendentes
Immerito, nihil & ſperanti tale futurum.
Aſt ille egregius, nil & ſibi conſcius heros,
Et recti, fideiq; tenax, atq; anchora ſacri
Fida miniſterii, falſæq; grauiſſimus hoſtis
Doctrinæ, tales tranquillo pectore muſcas,
Et facilè rabidos potuiſſet temnere fucos,
His niſi vidiſſet quantum Reſpublica turbis
Concidat, & Chriſti quantum minuantur honores
Atq; quod exitium noſtris portendat in annis
Vis hæc ſæua mali, tandem qua clade ſuprema
Corruat, extincta plorans Eccleſia luce.
Hæc dum ſacra pium ſubiit meditatio pectus,
Atq; renaſcentes noctesq; dieſq; dolores
Ingeminans, curis ſemperq; ingentibns æger
Roditur, & gemitus inter, triſtesq; querelas,
Effuſasq; preces, rapidi ceu lampade Phœbi
Frigida nix teritur, lentoq; abſumitur æſtu.
Deſeſſus velut & ſupremo fine viator,
Languet humo reſidens, & amicas excipit auras.
Sic ille abſumptus cura ſerieq; laborum,
Paulatim gracilis languentes corporis artus
Diminui labiq; ſuo de pectore vires
Senſit, & inſtabiles membris imitantibus vmbras,
Vix potuit firmos vix tandem figere greſſus.
Indignum donec terris, & ſorte caduca
Tranſtulit hunc ad ſe ſummi clementia Patris,
Diuiniq; lenis corpus, placidaq; diremit
Morte animam, veluti flammanti lumine paruo,
Aut imber placidus, vel frigida guttula, lichno
Incidit, & nullo lucem ſtridore repellit.
At donec pietas ſummo dilecta Tonanti,
Gloria dum iuſto durabit parta labore,
Dum virtus homines, & honeſtæ gratia vitæ
Euehet, & probitas ſcelus execrabile vincet.

Donec erit ſplendens cumulata laude ſuperſtes.
Germanosq; ſuos fama, patriamq; potentem
Ter dignis meritis, & tollet honore Melanthon.

In nuptias Iohannis Scheſſeri.

TRiſtior occiduis nuper digreſſus ab oris,
Cum liqui patriæ mœnia cara meæ:
Tranſiui ſyluas, famulo comitatus, & acris
Me dolor, & patriæ maximus vſſit amor
Et reputans caros fratres, caraſq; ſorores,
Vt flentes abitu condoluere meo:
Quæq; mihi genitor madidis narrauit ocellis
Verba quibus patrii plenus amoris, ait:
Quàm mea canicies gelidas deſcendat ad vmbras,
Hasq; mei ponam corporis exuuias:
Ad me nate prius, quòd ſi potes ipſe, recurre,
Nate ſenectutis fida columna meæ.
Bis duo luſtra mihi iam non conſpecte, relinquis
Tam citò cur patriæ mœnia cara domus?
Dum licet, aſpectu ne te rogo ſubtrahe noſtro,
Fortè breuis vitam finiet hora meam.
Pluraq; ſollicitum mihi dicta mouentia pectus,
Et tandem mœſto protulit ore, vale.
Iſta recordatus, ſyluas rimabar opacas,
Puniceo, viridi limite, vectus equo,
Reſpiciensq; frequens, dixi, valeatis amici,
Dii norint, ad vos num rediturus ero.
Vosq; mihi nullos fortaſſe videnda per annos,
Mœnia cum Laribus clara valete meis.
At tu care ſenex, iam nunc extrema peragrans
Limina falcigeri, non remoranda dei,
Seu fortuna dabit, viuum te viſere nobis
Vt liceat, ſeu te mors premet atra. vale.
Talia dum meditor, ventus me quaſſat & imber,
Syluaq; concuſſis intonat alta comis.

Et

Et iam tempus erat, tota quo parte reſurgens,
Arcturus liquidas manè reliquit aquas,
Terraq; cum ſyluis venti vis ingruit altis,
Decuſſis foliis mox adoperta fuit.
Frontibus & nuper pulchris quæ floruit arbos,
Stabat iam virides depopulata comas.
Sicut eram luctu, curiſq; prioribus æger,
Creuit & hinc animo ſollicitudo meo.
Dumq; dolens ſenſus curas extendo per omnes,
Hæc ſubiit mœſtis lenta querela modis.
Me miſerum, poſthac votis quid inanibus opto,
Mœnia me patriæ poſſe videre meæ?
Forſitan ante fera conſumptus morte quieſcam,
Tempus & hoc miſero non feret vlla dies.
Scilicet humanæ non durans portio vitæ,
Arboreas æquat mobilitate comas.
Illa leuis bullæ, voliiq; cadentis imago,
Concidit, & parua deſinit eſſe mora.
Vtq; ſubit foliis noua depereuntibus ætas,
Cum rurſus tepido germine terra calet:
Non aliter pereunt homines, naſcuntur & iidem,
Perq; repentinas ſtantq; caduntq; vices.
Dum queror, à tergo me corripit vna ſororum,
Piereos vates quæ docuere modos.
Non hæc Vraniæ, cœli quæ præſidet aſtris:
Terpſichores facies, ſi niſi fallor, erat.
Atq; ita, cur nimiis vates turbare querelis,
Et quid in afflicto pectore voluis? ait.
I, pete Roſtochium, qua te coniuxq;, puerq;,
Schoſſeriq; tui litera fida manet.
Huic modò, (vix vatem curſu properante reliqui)
Dulcia feſtiuus gaudia condet Hymen.
Hactenus & nullis cui cor violabile telis
Extitit, hunc grandi vulnere fixit amor.
Ardet, & ingenuo Schoſſerus carpitur igne,

Admora

Admota celeris ceu pice flamma ſolet.
Ipſe ſalutares illi gratabere tædas,
Cultoriq; dabis carmina pauca meo.
Hoc ita veſter amor, fraternaq; gratia ſuadet.
Poſtulat æternum nec temeranda fides.
Neue diu quæras, cœpto quas carmine partes,
Et iam præcipue quid tua muſa canat:
An ſit opus ſponſi claras extollere laudes,
Quamq; canat dulci carmina blanda chely:
An ſit opus ſponſæ dotes, & amabile morum
Exemplar, numeris enumerare tuis:
Ipſa tibi (genitor nobis mandauit Apollo)
Carminis exorſum, materiamq; dabo.
Scilicet Aonidum claros cantabis alumnos,
Quos tulit in proprio Teutonis ora ſinu.
Attamen è multis Clario qui carmine pollent,
Tu ſolum doctos, conſpicuosq; canes.
Omnigenas ingens quorum doctrina per artes
Luxit, vt Idaliæ ſplendida ſtella Deæ.
Et quorum virtus, natiuaq; plectra ſonoris
Verſibus, æternum promeruere decus.
Quos pater ipſe meus, mitis quos gratia cœli
Finxit, ad argutos erudiitq; modos.
Et quos Aonides viridi ſub colle fouemus,
Fons vbi Pegaſeis ſemper abundat aquis.
Qui nos Teutonica procul è regione remotas,
Hæc dum culta parum barbara terra fuit,
Allexere ſuis ad prata virentia cannis,
Et nobis cultis occinuere modis.
Inclyta nos quorum ſubuexit ad æthera virtus,
Et nobis toto nomen in orbe tulit.
Ter ſit honor ſummis, & gratia digna poetis,
Per quos tuta ſalus, famaq; noſtra viget.
His, licet æterni clarum ſibi nomen honoris,
Manſurum verſu contulerintq; decus,

Adde

Adde per imbelles laudum præconia verſus,
 Et vates ſacri vatis honore cole.
Nil vulgare tuis debes intexere chartis,
 Ne nimis immenſo carmine creſcat opus.
Nec cane plus. Clarius tibi quàm dictabit Apollo,
 Et da cenſuram, iudiciumq; Deo.
Talia Terpſichore: liquidis ſublataq; pennis:
 Quà fugit, nobis mitior aura fuit.
Et lux clara mihi per totum corpus oborta,
 Lætitiam nebula diffugiente tulit,
Ergò Diua tibi promptus parebo, tuosq;
 Carmine cultores enumerabo meo.
Vos quibus exacti defluxit terminus æui,
 Quos & adhuc vitæ fata caduca manent:
Vos vltrò vati veniam concedite, vobis
 Si non digna ſatis, nec ſatis, apta canet.
Tuq; procul liuor Stygiis caput abde lacunis,
 Nullaq; liuenti prælia dente moue.
Et furor in rapidas nullus te concitet iras,
 Dum pius Aonidum numina ſacra cano.
Te tua facta iuuent: ſed nos Helicona ſubire
 Fas erit, & puro labra rigare lacu.
Tu Phlegethontæas immundis faucibus vndas,
 Cocytiq; ferox lurida ſtagna bibas,
Inde tibi nigro mores, & pectora tabo
 Pallent, & toto peſtis in ore ſedet.
At vos Caſtaliis non inficianda choreis
 Pectora, cœnoſo nec violanda lacu:
Vobis Calliope, vobis quas dexter Apollo.
 Permeſſi ſacras ſuppeditauit aquas,
Vbertim roſeis iſtas haurite labellis,
 Et potus vates, & decet iſte deos,
Scilicet hunc largo Conradus pectore Celtes
 Sumſit, & effuſis ſe recreauit aquis.
Primus hic in noſtras Phœbeia numina ſyluas

Duxit

Duxit & his dulci carmine fecit iter.
Quaq; prius raras nouit Germania Muſas,
Hoc duce Pierium cœpit amare gregem.
Salue Teutonicûm celeberrima gloria vatum,
Lætus in Elyſiis viue valeq; iugis.
Nos tua qua par eſt colimus te mente, propago,
Et ferimus templis annua ſacra tuis.
Addimus & violas, & olenti thura ſepulchro,
Tollimus & memores nomen in aſtra tuum.
Tinctus eques ſacris etiam fortiſſimus vndis,
Quæ vatum largis hauſtibus ora rigant.
Magnanimos magno fudit de pectore verſus,
Huttenus, Francæ nobilitatis honos.
Viribus & magnis res & reſonantia munit
Verba, nec abſurdos concinit ille modos.
Et tumet, & iuſta graue carmen ſuſcitat ira,
Ac ardor venæ, materiæq; ſubeſt.
Buſchius innumeras tibi Sili candide mendas
Abſtulit, è turpi te retulitq; ſitu,
Nec fluit incomptus, nec inani pondere turget,
Aptaq; materiæ verba ſonorus amat.
Felix nobilium qui nomine clarus auorum,
Subdidit ingenio Muſica ſacra ſuo.
Helius Aoniis totum ſe merſit in vndis,
Heſſus, & hæc dextro contigit arua pede.
Effluit hinc largo vena prædiuite, verſu,
Fons inconſumptis ceu fluit vber aquis.
Dii quibus hic numeris, ſacras qua voce Camœnas:
Extulit inſignes quot dedit ille libros?
Verſibus hic lucem ſacris peperitq; prophanis
Artibus, Aonias & reſerauit opes.
Ruraq; fœcundis implens Germanica Muſis,
Tempore Rex vatum floruit ille ſuo.
Et dum magniloquum cantabit Roma Maronem,
Nunquàm Germanis excidet ille ſuis.

Salue ſancte ſenex, tu nunc iucunda peragras,
Et teris Elyſii grata vireta ſoli.
Cuius & Hebræo currentia carmina filo,
Feciſti Latiis ipſe ſonare modis,
Te modò Dauides conſortem pacis, & alti
Ætheris, immenſi plenus amoris, amat.
Credibile eſt illic veteri vos carminis arte,
Dicere ter ſummi facta ſtupenda Dei.
Et vacuos curis alternis ludere cannis,
Suauiter angelico ſubſiliente choro.
It comes Euritius facundo proximus Heſſo,
Cordus, & argutæ carmina vocis amat.
Callidus inſulſos hic ſcommate carpere mores,
Aſper, & immixto non ſine felle, fluit.
Lauriger Heluetiis præſtans & Glarea terris,
Nobile Pieria nomen ab arte tulit.
Hiſtoriæque graues leges, molleſq; Camœnas
Extulit, ornatis adſeruitq; modis.
Sæpius hic ſuaui montanas carmine diuas
Mulſit, in Heluetiis detinuitq; iugis.
Vatis & ad numeros virides venere Napeæ,
Et Dryades fuſis exiluere comis,
Valle ſub Aonia quæ florida ſerta Micyllus,
Decerpſit, cultis impoſuitq; comis,
Diffudere ſacrum plenum per carmen odorem,
Et tinxere ſuis Attica verba fauis.
Verſibus & Latiis comptus Graiiſq; rotundus,
Ille ſui meruit temporis eſſe decus.
Et nunc defunctum Muſæ, lugetq; iuuentus,
Ante diem tanti dotibus orba viri.
Artibus omnigenis & plenus fonte Melanthon
Dextro Gorgoneus quem pede fecit equus:
Dii quales verſus docta breuitate canebat,
Quàm grauis & facili carmine dexter erat.
Illius in quouis vis & prudentia verſu,

Et rerum pondus,iudiciumq́; latet.
Nil vulgare ſuis ſolitus cantare Camœnis,
Sanctus,& æthereo plenus amore fuit.
Ah decus hoc nuper Germanis excidit,eheu,
Eheu quam triſtes ingemuere Deæ:
Cum diuine ſenex properanti funere raptum,
Te flentes tumulo compoſuere tuo.
At tu magne parens Muſarum, dignaq́; Phœbi
Gloria,cœleſti iamq́; recepte polo:
Si tamen eſt aliquid,magni ſperare poëtæ
Quod poſſunt dempto fine ſuperſtes eris.
Tu quoq; vitiferæ decus immortale Fabergæ,
O Camerariados maxime gentis honos:
Dulce ſonas Graio quando ſaltantia plectro
Cecropiiſq; facis carmina lecta fauis,
Te penes Argiuæ flos omnis & ardua linguæ
Gloria:te meritò ſecula noſtra colunt.
Carmine tu docto Graiis non vatibus impar,
Mœoniis decoras patria rura ſonis.
Altera defuncto Muſarum fama Philippo,
Germanis longum viue,valeq́; tuis.
Dulcis & Aonia mirandus in arte Sabinus,
Theſpiaci fulget lucida gemma chori.
Huic vltrò vati dulces aſſurgite Muſæ,
Hic plenum veſtro numine pectus habet.
Ille ſuis veterem renouauit dotibus artem,
Carminis antiquum protulit ille decus.
Ille ſalebroſas vitans in carmine voces,
Gurges vt æquali mollis in amne,fluit.
Nil inconueniens,docta vel ab arte remotum,
Argutus numeris continet ille ſuis.
Vtitur & iuſta,ludit dum carmine lima,
Et ſub iudicium ſingula verba vocat.
Illo ſe tantum iactat Germania vate,
Quantum ſe numeris Roma Tibulle tuis.

Vbere Stigelius perfuſus flumine, vatum
  Quod rigat, & guſtu viuida corda mouet,
Diues abundanti manantia carmina vena,
  Et pleno ſacras gurgite fundit opes.
Illius in tereti ſuccedit copia verſu,
  Riuus vt exundans ſemper euntis aquæ.
Et grauis in numeris vates, verbisq; ſonorus,
  Omnia miranda dexteritate canit.
Res & præuiſas, haud verba moleſta ſequuntur,
  Nec torquet numeros anxius ille ſuos
Nec ſtrepitus tumidos, nec inanis pōdera vocis,
  Carminis & vacuos non amat ille ſonos.
Docte nec incaſſum tua tangis plectra Georgi,
  Et fabricas bellè, carmina bella Faber.
Et ſacra conceſſis illuſtras dogmata Muſis,
  Et canis æterno carmina cara Deo.
Te penes Italiæ, rerumq; ſtupenda vetuſtas:
  Eruta ſunt Muſis abdita multa tuis.
Vicinus patria, vicinus & arte Siberus
  Fabricio, doctas nouit & ipſe Deas.
Altaq; cœleſtis reſerans ſacraria fontis,
  Carmina dat ſacris vberiora modis.
Anxius & querelas imitatus carmine voces,
  Dauidis veterem tangit, amatq chelyn.
Fidlerus fidibus præſtans, & carmine felix.
  Hoc quod habet dextro numine, nomen habet.
Audiit hunc tenui tangentem pollice chordas,
  Lætior & ſolito Mænalis vrſa fuit.
Illius vndanti, lepidoq; ſimillima riuo,
  Vena per ornatos effluit apta modos.
Non virtute tua, docti ſed carminis arte,
  Vatibus his Lemni connumerandus erit.
Ingenio certè magnus, felixq; vocari
  Dignus es, in ſordes laus tamen iſta cadit.
Hoc tua laſciuo fecit petulantia verſu,

Et nimius ſpurcæ futilitatis amor.
Felix Pierius cui fundere monſtrat Apollo
Carmina, materiis non aliena piis.
Dum raperis primæ ſub flore Secunde iuuentæ,
Ingemuit laceris mœſta Thalia comis.
Et Charites tumulum circa Veneresq; decentes,
Defleruнt molles interiiſſe iocos.
In facili dulci fluxit tibi copia verſu,
Dum caneres Cypriæ, furta, doloſq; Deæ.
Grandia ſed magni dum Cæſaris acta ſonares,
Grandis & haud humili voce ſeuerus eras.
Inter Germanos pulcherrima gloria vates,
Lotichius docta Palladis arte viget.
Hunc Nicer admirans cantātem nobile carmen,
Sæpe retardatis lenè refluxit aquis.
Nam bene temperie quæ ludit cuncta decenti
Miſcet ſtridorem nec ſalebroſus amat.
Carmina ſubtili filo quæ texis Aconti,
Molliter & nullo murmure rauca fluunt.
Nec triſti ſuaues horrent aſpergine voces,
Sed coëunt lepido ſubſiliuntq; ſono.
Quodq; facis, Phœbus cernat cum Pallade carmen,
Phœbus & hoc Pallas non reprobare poteſt.
Tu quoq tu noſtris vates memorande ſub annis
Maior in Aoniis & benè note iugis:
Quem ſua maieſtas & diuitis aurea linguæ
Copia Romanis efficit eſſe parem:
Quòd ſuperûm laudes canis, Heroaſq; potentes,
Caſurum nullo tempore nomen habes.
Et quòd ab Andino deducti flumine verbis,
Concinis æterni munera ſumma Dei:
Maiorem vates magna te laude fatentur,
Et quod ineſt, illud nomen in omen abit.
Et, tibi Pierii manans vberrima fontis
Gratia, te ſummis iungit in orbe viris.

Notus in Aoniis & Secceruitius antris,
Ore Meduſæas largius hauſit aquas.
Illius exculta manans hinc impetus arte,
Iudicio & quauis aure probanda canit.
Caſtalis in roſeis illi ſedet vnda labellis,
Eius apis vernos texit & ore fauos.
Cheſſelius Latio, multò ſed carmine Graio
Dexterior, Phœbo quæ canit apta canit.
Proximus & primis, Graios Germania vates
Quos habet argutos mittit ab ore ſonos.
Et nihil excultas tritum diuulgat ad aures,
Quodq; facit niſu format, aliτq; graui.
Sit felix, Latiis ſeu nunc ſpectetur in agris,
Seu premat optato Gallica rura pede.
Hic olim (voto faueat fortuna) reuerſus,
Splendebit patriæ lucida ſtella ſuæ.
Nec Mollere tibi ſacratos inuidet hauſtus,
Pegaſidum Phœbus qui tenet vnus aquas.
Hüius & æternæ manſuros artis honores,
Nactus es ingenio docte poëta tuo.
Nec tua difficili procedunt carmina niſu,
Gratia nec numeris, nec lepor omnis abeſt.
Codicius ſitiens ſacrum Permeſſidos amnem,
Dum ſtetit ad fontes turba nouena tuos,
Vt ſolet, hinc largos ſumpſit promptiſſimus hauſtus,
Nec tetigit primis flumina larga labris.
Inde fluunt vati celeres in carmine vires,
Proueniunt rebus verbaq; digna ſuis.
Et paruo plures faciens in tempore verſus,
Æmulus eſt venæ Naſo poëta tuæ.
Quos habet armipotens plures Germania vates,
Quòd dici numeris non potuere meis:
Dent veniam, quoniam non omnes nouimus ipſi.
Omnibus & forſan non mea Muſa placet.
Nunc ego quem propter mihi cœpti carminis ordo,

Ad-

Admonitu creuit diua benigna tuo,
Inclyte Germanis addam te ſponſe poëtis,
Nam velut hos inter lucida ſtella micas.
Ipſe ſub Aonia decumbens molliter vmbra,
Ludis amabilibus carmina docta ſonis.
Et tua iamdudum nullis ignota poëtis,
Muſa, tuas Lauri cingit honore comas.
Hæc quodcunq; canit, ſolidum caſtigat ad vnguem,
Et iuſta lima, iudicioq; polit.
Ipſius exhauſto non arent carmina ſucco.
Ambroſia tinctos ſundit at illa modos.
Vatibus hæc tantum vulgaribus altior exit,
Alipedes quantum Pegaſus inter equos.
Fortunata domus, felix & Marchica tellus,
Quæ bona tam clari carmina vatis amat.
Hanc velut ornauit præſtantis vena Sabini,
Et decus huic ingens carminis arte tu'it.
Sic modò Schoſſeri numeroſis verſibus aucta,
Præ reliquis vatum munere nota, viget.
Cætera vaneſcunt mortalibus obuia damnis:
Hæc illi nunquam laus moritura manet.
Scilicet æternos Schoſſeri Muſa per annos
Viuet in extremo non moritura rogo.
Et Schoſſere tuæ venerantia carmina venæ,
Iam præſens ætas, moxq; futura leget.
Vatibus & iunctus quos alti gloria cœli,
Et laus in terris non peritura manet,
His cum percipies viuentis gaudia famæ,
Venturæq; decus poſteritatis eris.
O fortunati quibus olim numine dextro,
Hoc Phœbi virtus, ingeniumq; dedit.
His ego ſi poſitos iungar poſt corporis artus,
Mi ſat erit, laus hæc vatibus vna placet.
Et placet hæc nobis: etiam quia nouimus ipſi,
Aonas ad mentes nobile qua ſit iter.

Et tecum toties viridi Schoffere ſub vmbra
Luſimus Aonia fert vbi terra roſas.
Vt taceam dulci quo conſuetudinis vſu
Viximus alternos contulimuſq; iocos,
Multa ꝗ miſcuimus iucundis ſeria rebus,
Moribus & ſtudii conditione pares.
O vtinam fauſto liceat mihi ſidere tecum
Ducere concedent quos mihi fata, dies.
Et latices libare ſacros, fontemq; beatum,
Gorgoneus dextro quem pede fecit equus.
Sed Deus hæc forſan tribuet cupientibus olim,
Gaudia nunc thalamo percipe digna tuo.
Ecce tibi prompta gratatur voce Bocerus,
Et fidi votum pectoris illud habe:
Sit tua perpetuos frater dilecte per annos,
Salua domus, nullis & violata malis.
Et tibi ſedatæ Libethrides otia vitæ,
Concedantq; tuo fata benigna toro.
Lunaq; cum decimo ſe clara nouauerit orbe,
Vxor iucunda te tua prole beet.
Viuite concordes, & puro Gratia ceſtu
Vos liget, æternos exhilaretq; dies.
Et pereat veſtros quiſquis violarit amores,
Ter pereat, vobis qui fera damna volet.
Ille Berillæo longum miſerabile tauro
Mugiat, Hircanas & domet ille triges.
Vos neq; liuentis perturbent murmura linguæ,
Murmura legitimis inſidioſa toris.
Et cum ſiderea deſcendat hic halitus arce,
Qui fouet & ſtabili iungit amore duos:
Vos amor ignipotens, Deus & Spirabile numen
Seruet, ab infeſtis eripiatq; malis.

MATTHIÆ BORBONII COLLIN.

Dictum Titi Imp.

PRincipis à facie nullum diſcedere triſtem
Conuenit. hoc titulo VESPASIANE viges.

Fiſcus Lien.

Corporis vt vires creſcente liene labaſcunt:
Sic populus, cùm Rex magna tributa petit.

Hadriani Imp.

Non mea ſed populi ſpectabo commoda: nam Rex
Non mihi ſed populo munia tanta gero.

Antonini Pii.

Eſt melius ciuem Princeps conſeruet vt vnum,
Hoſtes quàm mille trucidet.

M. Aurelii.

Æquius es vnum multorum adſcribere voci,
Vnum quàm multos, vt velit ille, ſequi.

Iuliani Imp.

Hæreat immiti ſi pes meus alter in vrna.
Quam fera mortifero Parca ligone fodit;
Eſſet adhuc telam ſtudiorum texere dulce,
Et dare facundis oſcula ſumma libris.

Maximini.

Quò mihi maior honos, quò corpus maius & artus,
Hoc labor & maior quotidianus erit.

Balbini.

Qui punire malos non vult defendere non vult
Ille bonos: reprobis parcit, obeſtque bonis.

Antonii Gordiani.

Hei mihi quàm miſer eſt, quàm debilis ille Monarcha,
In cuius verum non habet aure locum!

Hoſtiliani patris.

Malo mihi frontem ſpinis configat amicus,
  Oſcula adulator quàm mihi grata ferat.

Taciti.

Non bonus,at malus eſt, tantum ſibi qui bene ſoli;
  Sed quid vult aliis;non malus,at bonus eſt.

Floriani Imp.

Feruidus iniuſta quoties iniurius vni
  Bile noces,multis eſt tua dextra minax.

Cari Imp.

Si vis eſſe aliquid,tantum ſis,eſſe quod audis:
  Namque alios fallens te quoque decipies.

Diocletiani.

Non eſt turpe homini,qui pectore tendit ad alta,
  Contentum tenui viuere velle penu.

Chlori Imp.

Exit dum patitur virtus Heroica victrix,
  Pulcrior aduerſis,floridiorque malis

De eadem re.

Siue virum nomen virtuti,ſiue virorem
  Attribuiſſe putes:utraque cauſa valet.
Vt vireas igitur,virque vt merearis haberi,
  Perfice quod virtus inclita monſtrat iter.

Conſtantini ſecundi.

Difficili pulcrum ſudore paratur,& arte:
  Deforme abſque omni ſæpe labore venit.

Iulii Conſtantis.

Erigit vt felix ſe,& cornua iactat in altum;
  Mox fortuna ſuum retrahit inde pedem.

Honorii Imp.

Condite diuitias, & numos condite parci:
  Hos citò decoctor qui male promat,erit.

Thodoſii ſecundi.

Contrahit,explanatque vagam Rhamnuſia frontem,
  Conſule,quo vultu te videt illa,boni.

Ana-

Anaſtaſii.

Sæpè nocens tegitur dulci ſub melle venenum,
In blandiſque dolus maximus eſſe ſolet.

Proſopopeia blandæ vocis.

Non ſum mater apum, nec apis ſum filia, nec me
In pičturato vipera ventre tulit.
Et pariter virus, pariter circumfero mella:
Dum volo decipio, dum volo vera loquor.

Anicii Iuſtiniani.

Sperne malos, & quære bonos, ita damna recedent;
Nam bona multa boni dant, mala multa mali.

Iuſtini Secundi.

Aurea libertas, gazas, & munera Regum
Anteit, & precium neſcit habere ſui.

Tiberii Imp.

Excole virtutem: virtus poſt funera viuit,
Solaque poſt mortem nos ſupereſſe facit.

Super eodem.

Vita breuis flos eſt; vt raptus funere viuas,
Ardua virtutis diſce tropæa ſequi.

Phocæ.

Hoc opus hic labor eſt, fortunæ lora tenere;
Quæ ſimul exciderint, non capienda volant.

Heraclii.

Longa ſuiſque carens metis damnoſa voluptas,
Stultitiæ conſtans creditur eſſe comes.

Conſtantis Secundi.

Diſpereunt malè parta malè, vt tibi filius hæres,
Sit iuſtè, iniuſta ne pete lucra manu.

Conſtant. Pogonati.

Sat citò, quod bene fit, ſi ſit benè, quod citò non fit;
Si benè fit, citò quod fit, citò moxque perit.

Leontii.

Conueniunt rarò cum pectore verba loquentis,
Ora roſas ſpirant, fulmine corda tonant.

Tiberii

Tiberii III.

Qui mala venturæ non nouit tempora vitæ,
Securo placidos ducit in orbe dies.

Anaſtaſii II.

Cui ſemper dederis poſtquam dare munera noles
Inuito, vt rapiat dona rogata iubes.

Theodoſii III

Diſce pati: eſt victrix patientia ſola malorum;
Aduerſa vt vincas omnia, diſce pati.

Leonis Iſaurici.

Quod latet in tenebris odium, damnoſius illo eſt,
Cuius in irati pignora fronte vides.

Copronymi.

Excors ceu fragile eſt corpus, ſic publica numis
Res exhauſta diu ſalua manere nequit.

Leonis Sexti.

Quò mihi fortuna, ſi non conceditur vti?
Quo mihi diuitiæ quas humus alta premit?

Irenes Auguſtæ.

Fama bonam ſequitur quouis bona tempore, vitam:
Viue benè, vt viuas nomine, neque diu.

Conſtantini VII.

Quicquid habet mundus diuinis omnia ſubſunt
Artibus: arte duces, arte reguntur opes.

Romani Lecapeni.

Pœna comes fraudum: fraudes impune patrauit
Nemo; caue fraudes, & tibi liber eris.

Conſt. Porphyrogeniti.

Triſte cor, & variis curarum debile monſtris
Exhilarat fuſus Liber in ora pater.

Mich. Calaphatis.

In precio numos & opes nos propter habemur:
Si numi deſint, eſt homo nullus homo.

Zoet

Zoes Auguſtæ.

Sunt homines homines cùm turgent ære crumenæ;
Si loculos demas, vix homines homines.

Mich. Stratiotici.

Spectet equos Domini, ſed ſceptrum Regis ocellus:
Et malè ſic neutri, fiet vtrique benè.

Eudociæ Aug.

Nemo fuit ſemper felix, ſed triſtia lætis
Miſcentur: veris tempora claudit hyems.

Nicephori Botoniatæ.

Adde fidem dictis tardus, diffidere diſce:
Et iurata fides nectit iniqua dolos.

Manuelis Comneni.

Viuere, cum mortem metuas, id viuere non eſt,
Sed lenta ſenſim morte ſubire ſolum.

Balduini II.

Hic procul eſt dubio ſapientis nomine dignus,
Alterius damnis qui ſua damna cauet.

Andronici Palæologi II.

Ingenium mala ſæpè mouent, & rebus in arctis
Incipimus multi, non prius eſſe, boni.

Manuelis Palæologi.

Eſt incerta fides, quamuis iurata: fidelis
Rarior eſt: dubia tu quoque fide fide.

Aliter.

Sit iurata fides, ſint multis nexa catenis
Verba, rata ſeruant vix duo treſue fidem.

Ludouici Pii.

Effuge, qui violas & Hymettia mella loquuntur,
Sub violis ſpinæ, melle venena latent.

Lotharii I.

Omnia mutantur, nos & mutamur in illis;
Illa vices quaſdam res habet, illa vices.

Aliter.

Aliter.

Vt vicibus certis ſubiecta eſt machina cœli:
Sic & habent multas inferiora vices.

Caroli Calui.

Paſtor oues curet, paſtorem curet ouile;
Præbeat hoc lanam, præbeat ille cibum.

De eadem re.

Quod tibi vis paſtor, præſtabis & illud ouili;
Quod tu nolueris, nec paciantur oues.

Ludouici Balbi.

Iudiciis hominum, quibus omnia plena, ſiniſtris,
Nemo vnquam placuit, nemo placere poteſt.

Caroli Craſſi.

Garrula damnatur meritò ſapientia: nam res
Illa peregrinas perdit, & illa ſuas.

Arnulphi.

Exigua nigrum Cacodæmona voce rogabis,
Et venit; at ſerò, vixque repulſus abit.

Ludouici IV.

Coge manus bello multas, ſed conſule paucos:
Conſilio inſtructus corripe tela manu.

Henrici Aucupis.

Rex habeat tardas vlturus crimina pœnis,
At contra celeres ad benefacta manus.

Alio modo.

Gaudeat in miſeros dum confert præmia Princeps,
Et doleat quoties cogitur eſſe ferox.

Othonis Magni.

Æquitatis malo ſuſtinere mortem nomine,
Quèm fuga vitam tueri & non honeſtè viuere.

Othonis III.

Singula non magno franges conamine tela:
Multa ſimul teates, non citò victor eris.

Eiuſdem

Eiuſdem Argumenti:

Fila magis durant triplici contexta rudente,
Telaque iuncta ſimul plurima robur habent.

Henrici Sancti.

Si quid amabis, ama, tantum ne dilige: luctu
Afficit ingenti pectora magnus amor.

Aliter.

Ille minus luget, gaudet magis, intima cuius
Pectora ſollicito ſemper amore carent.

Conradi Secundi.

Alterius iudex vt ne credaris iniquus,
Inprimis mores ipſe notato tuos.

Henrici IV.

Qui ſeipſum neſcit, nihil eſt ſi cætera diſcit:
Qui ſeipſum diſcit, ſatis eſt ſi cætera neſcit:

Eiuſdem.

Ediciſſe bonas res eſt laudabilis artes,
Sed magis eſt vitæ ſcrinia noſſe ſuæ.

Henrici V.

Eſt miſer extremam qui votis expetit horam,
Sed magis ille miſer qui fera fata timet.

Aliter.

Quam non effugias eſt æqua mente ferenda,
Quæ placidè fertur mors, minus illa dolet.

Lotharii Secundi.

Iudicis officii eſt ambas dignoſcere partes,
Pro merito tandem reddere cuique ſuum.

Conradi II.

Multa tibi, non multa aliis, ſed pauca loquare,
Sic eris & iudex, cenſor & ipſe tuus.

Henrici VI.

Garrula quæ nunquam taciturna ſcientia vitant
Ora, loqui nullo tempore iuſta queant.

Philippi

Philippi Imp.

Præſtat iter cœptum rouocato inuertere curſu,
Quàm malè diſpoſito currere velle pede.

Aliter.

Curre recurre, redi: nunquam via ſera putanda eſt,
Quæ regit ad mores pectora noſtra bonos.

Adhuc.

Ter quater immuta tractandi cœpta laboris,
Vt benè quod reſtat progrediatur opus.

Friderici II.

Auriti pecoris crepitu, ſtrepituque minarum
Qui vitam perdit, non homo, ſed lepus eſt.

Epitaphium minis mortui.

Plumeus hic recubat, non re, ſic nomine dictus,
Et pluma leuis ſiquid habemus homo.
Quo morbo periit? nullo. Sed corpore ſanum
Ac animo, nobis hunc rapuêre minæ.
Quis dedit exequias? aſinus, pro tempore raucas
Acriter increpitans & pede & ore nates.
Quis veſpillo fuit? ceruus, damæque fugaces.
Quis cecinit? lepores. Nænia qualis erat?
Proſequimur bombo timidum, crepituque cadauer
Ventorum periit quod ſine morte, minis.

Conradi III.

Vita quid eſt hominum? fumoſæ lucis imago.
Quid fumus? vapor eſt. Nos vapor ergo ſumus.

Eiuſdem.

Vt celer in tenues fumus diſpergitur auras:
Sic humana breui tempore vitæ perit.

Gulielmi Imp.

Quicquid ages perpende prius, nec vela per æquor
Diſiice, quàm videas quà tibi remus eat.

Aliter.

Stulte quid inſanis? ignotam curris in vndam,
Nec tibi ſunt remi, nec tibi clauus adeſt.

Richardi.

Richardi.

Opprimitur nunquam, premitur tantummodo verum,
Et magis apparet quò magis opprimitur.

Alphonſi.

Non habet in ſcapulis quibus ætas ſubuolet alas:
Auolet alatæ cum tamen inſtar auis.

Eiuſdem.

Non gerit vt liquidùm ſecet ætas aëra pennas;
Si ſpectes curſum, dixeris, illa volat.

Adolphi Naſſouienſis.

Regum æquamus opes animis: ſi conſcia recti
Mens mihi, ſi victus. regia gaza vale.

Eiuſdem.

Euclio cur numos in terram condis auare?
Vtere diuitiis, vtere; furis erunt.

Alberti primi.

Elige quam toto ſecteris tempore vitam,
Fiet ab admonitu mollior illa ſuo.

Friderici Auſtrii.

Nititur hoc vno ſapientia viuida neruo,
Noſtra fides nugis ne det aperta locum.

Eiuſdem rei.

Fide, ſed antè vide, cui tuto fidere poſſis,
Si nimium credes, non nimium ſapies.

Ludouici Bauari.

Quæ peccata palam tibi ſunt admiſſa pudori,
Clam ne deſignes ſedulus illa caue.

Alio modo.

Ne ſeptus tenebris aude committere crimen,
Quod ſit in exhibita luce patrare pudor.

Ruperti Palatini.

Mitis, & in ſontem non duro pectore iudex,
Fortunam potius quàm videt acta rei.

Sigiſmundi.

Non ſemper meritis, ſed cedunt munera fatis;
Munera quæ fatum conferet, illa feres.

Aliter.

Principum donationes haud iis ſemper patent
Qui merentur illa, ſed fati quibus lex deputat.

Eiuſdem.

Vt ſumus, vt premimur! nos vt mala multa ſequantur;
Vincimur in nobis, vt ſumus vt premimur.

Alberti II.

Non tibi quem neſcis fruſtra iungatur amicus,
Nec iunctum leuiter deſtituiſſe velis.

Friderici III.

Elige res humiles, nihil eſt ſublimibus angi:
Summa petit fulmen: fulmine tuta caſa eſt.

Maximiliani I.

Dantis amica manus non vocem expectat egentis,
Sed prius auxilio quàm petit, illa venit.

Caroli V.

Viuere concordes curſu pietatis in vno,
Orbe quid in toto dulcius eſſe poteſt?

Ferdinandi.

Aut ſit iuſtitiæ, quæ debet, plena poteſtas,
Aut pereat vaſti machina tanti ſoli.

Maximiliani II.

Trade Deo curas, qui geſtas obruta curis
Pectora: noſtra Deo nil ſine cura facit.

Rudolphi II.

ADSIT, ADEST, ADERIT tua diriget acta RVDOLPHE
Quem cumulas votis, fers & honore Deus.
Cuncta mihi deſint, ADSIT modò gratia cœli:
Sic vbi defuerint omnia nil deerit.

De eod. Rudolpho.

Mundus habet geminos diuerſo lumine Soles:
Occidit hic nunquam, quolibet ille die.

Luce

Luce RODOLPHÆA totus ſit clarior orbis;
Tàm mihi CÆSARIA eſt, quàm face Solis opus.

Auſtria.

SOL velut eſt decori CÆLO: ſic AVSTRIA terris;
Illa ferat Reges prouocet illa diem.

SEBASTIANI BRANDII BASILÆENSIS.

Ioanni Dalburgio de Progymnaſmatis Reuchlini.

ACcipe Vangionum Præſul venerande, Ioannis
Capnionis noſtri comica dulciloqui:
Quo duce Germanos Comœdia priſca reuiſit,
Et meruit ſoccis Rhenus ouare nouis.
Barbarico ex fumo flammas mens ille decoras
Capnion elicuit. gratia multa viro.

De eodem Reuchlino.

Non fumum ex fulgore ſed ex fumo dare lucem
Capnion ille ſolet, lux patriæ vna ſuæ.

Diſcordiæ malum.

Regna citò diuiſa cadunt: aditus datur hoſti.
Perfacilis: diſpar vertit aratra iugum.

Ad Petrum Ægidium.

Cæſar in humanis ageret dum Maxmilianus,
Laurigeros vates fecerat innumeros:
E quibus Ægidi, tua laus, tua gloria proma eſt;
Qui vitam illius, ſtemma, genuſque canis.
Nec ſinis vt iaceat Cæſar ſine honore ſepultus;
Dulciſono aſt eius carmine fata canis:
Vſque adeò vt quamuis vitæ ſit lumine caſſus,
Viuere credatur, nec potuiſſe mori.

Chriſtus ad mortales.

Reſpice quæ tulerim pro te, mi care viator,
Verbera, quas vultu cernis & ore notas,

Aſpice quanta manu ſæua mihi liuida dantur,
Figunturq; meis vulnera quanta genis.
Cur eadem paterer, nulla eſt mea culpa, nec vlla
Cauſſa, niſi vt medica ſanus homo eſſet ope.
Languores ego amore tuo, tua crimina geſſi;
Et liuore meo vulnera ſicca tenes,
Nempe ego vellenti faciem ſine murmure ſacram,
Atq; alapæ hoſtili colla benigna dedi.
Cùm male tractarer, linguam ſimul ora retenta
Continui: haud placuit illa vel illa loqui.
Vt ſolet agnellus coram tondente ſilebam,
Et quaſi quæ ducta eſt ad loca mortis ouis.
Quid potui ô mea gens facere vlterius? neq; feci?
Fare age, ſi quid habes, cur meritò iſta feram?
Num ſatis, ex limo quod te produximus olim?
Fecimus eſſe aliquid, cum nihil ante fores.
Et tibi contulimus partem Deitatis habendam,
Inque voluptatis iuſſimus eſſe loco.
Hinc tibi melliflaum toties promiſimus aruum,
Idq; datum eſt Abrahæ ſeminibuſq; ſuis.
Num ſatis, è dura te ſeruitute Canopi
Ducere, ſiccatum per mare, perq; ſolum?
Quando quater decies Arabum deſerta per annos
Luſtrabas, grandi murmure manna legens;
Te mihi fructiferam vitem plantare iuuabat:
At modo amara nimis tu mihi dira paras.
Haſcine pro meritis grates tormenta rependis?
Daſq; creatori vulnera, probra, crucem?
En meus ille ſacer vultus, Deitatis imago,
Spiritibus ſuperis gaudia ſumma ferens:
Illa inquam, facies in qua ſita gloria cœli,
Sanctorum requies atq; hominum vna ſalus,
Turpiter adſputa eſt; mucoſis plena ſaliuis
Squalet, & à pugnis, adſpice, cæſa tumet.
Ecce ego pro natis hominum formoſior vnus,

Nec

Nec formam aut ſpeciem, nec decus omne gero.
Prælia ego calcaui ſolus; cruor vndique fluxit:
Nec mecum ex cunctis gentibus vllus adeſt.
Dulcis amice, vides quòd ſim miſerandus & hoſti;
Et mea quòd poſſit forma mouere feras.
Ah quantò potius mea gens, mi care popelle,
Funera noſtra gemas, & miſerare necem.
Commoueat te noſter amor: namq; arce paterna
Lapſus amore tui, mille pericla tuli,
Atq; libens, quid enim limo vel puluere egebam?
At volui, vt nolles immemor eſſe mei.
Cor mihi nate, tuum præbe cui pectus apertum,
Et manibus paſſis brachia tenſa dedi.
Certè ego cui referas grates ſum dignus amator:
Me ſequere, atq; tuam fer quoque, tolle crucem.
Diſce meo exemplo patienter ferre dolores,
Et dare in aduerſis pectora tota Deo.
Nemo coronatur, niſi quem Patientia laudat:
Ergo boni pugnans militis inſtar age.

MARTINI BRASCHII GRVBENHAGIENSIS Megapolitani.

De vita & morte Illuſtriſſimi & optimi Principis & Domini, Dn Sigiſmundi Auguſti Megapolitanæ Ducis, &c.

CARMEN EXEQVIALE.

QVod veriti & dudum nobis formido minata
Prædixit, tandem veris rumoribus affert
Fama, obiiſſe ducem quem MEGlaburgica quintum
Stirps numerabat adhuc, Sigiſmundũ: iamq; ſepulchrũ
Accipiet cineres, lachrymoſaque funeris oſſa.
Cingere funereâ nunc cingere Muſa cupreſſo,
Non te læta decent: pullæ velamine vittæ

Nunc tetricum caput & deformem obnube capillum.
Huc lachrymæ & gemitus adſint : nunc flere popellum,
Nunc decet & proceres. quin nos ad litora Varni
Nunc quoq; luctiſonum par eſt coniungere leſſum.
Vulgares perſæpe homines, vulgaria flemus
Funera, num princeps patriæ indefletus obibit?
Et quem fel nigrum inuidiæ ſic vſtulet, vt non
Extremos laudum *Siſmundo* donet honores?
Aut cui non pietas animum percellat? amorq;
Natiuus patriæ, votis ad ſidera fuſis
Obſecret vt ſtirpem ſeruari gentis auitam
Meglaburgiacæ, atque annos regnare perennes?
IAN ALBERTE olim faſces cui patria tellus
Contulit & dominum agnouit, mitemq; parentem,
Nunc etiam ex binis poſtremus ad aſtra ſecutus
Te natus, maneſq; tuos. nam præuius alter
Anteiit, ſolos ex te ſupereſſe nepotes
Cernimus, atque vtinam multos cernamus in annos.
Sed ſi maiorum non fas aboleſcere facta,
Siq; patrum virtus decorat clariſſima natos,
Manat & in prolem plerunq; haud degener ardor,
Te patre felicem SISmundum! te neq; iuſti
Nec pacis, nec erat pietatis amantior vllus.
Ingenii bonitas in te luxiſſe perinde
Illuſtris perhibetur, vt inter lumina cœli
Eminet ante alios ignis Phœbeius ignes.
Te Muſæ & Charites, Themis & Tritonia Pallas
Cingebant; non barbara erat nec inhoſpita doctis.
Aula tibi, non clauſa manus, nec parca Camenis.
Hoc nouit Varnus, nos & quicunque Lyceo
Varneo, Muſiſq; almis, Phœboq; litamus,
Nouimus & cunctis non inficiabimur annis.
Ergo etiam in nato dotes fulſêre paternæ,
primis pietas: pietas, quæ maxima virtus,
virtutum, quæ mater & aurea norma eſt.

Namq;

Namque age victrices turmas, gere fortia bella,
Deiectas euerte vrbes, duc mille triumphos,
Ingenii præſta ſubtilis acumine, linguæ
Facundæ doctusque audi, titulisſque ſuperbi
Sexcentis, *Felix* dicare & *Magnus* & Afris
A domitis. quid enim? non terque quaterque beatum,
Clamabunt roſtra & rauca plebecula voce?
Ah nimis infelix, nimis atque inglorius æuum
Concludes pietas niſi tantas inclyta dotes
Illuſtret, veluti lucentem gemmeus ignis
Annellum pietas vna eſt gratiſſima Diuis,
Vnica pandit iter radioſi ad limina cœli,
Hac ſine quodcunque eſt pulchri, quodcunq; bonorum,
(Dicam equidẽ) exanime eſt plane & deforme cadauer.
SISmundo hæc igitur cœli ad tentoria ductrix,
Hæc genitrix vitæ, æternæ fultrixque ſalutis
Ante alias curæ. non certè obſederat illi
Pectora contemptus Diuum, non iſta pericli
Secura impietas cui quicquid pulpita clamant
Ardua templorum, iocus eſt & luſus inanis,
Cui Chriſtus nugæ, vanus cui fulmina legis
Terror & extremus non eſt niſi fabula iudex.
Quin ille ante oculos cœleſtia dogmata Chriſti,
Ante oculos fœdus iuramentumque gerebat
Chriſtiadum, ſacri firmatum aſpergine roris
Pignore firmatum cœnæ, ceu marmore preſſam
Cernimus effigiem, diuinæ oracula chartæ
Credita ſic animi fibris impreſſerat imis.
Atque (vt certa fides dictis) niſi corporis ægra
Forte valetudo maleſanum in limine priuo
Continuit, nil ætherea ſecluſit ab æde
Saluificiſque ſacris & vivi voce miniſtri.
Vidimus & lucem quoties aurora reduxit,
Mollibus vt ſurgens ſtratis, nil cœperit ante
Humanorum operum, triplex in ſimplice numen

Quàm prece deuotâ veneratus ad aſtra leuaſſet
Supplex cæſariem, votis cœloq; litaſſet.
Aſt age ciuilis quo pacto munia vitæ
Expleuit? qui iuſtitiæ defenſor & æqui?
Quæ probitas animi? quænam clementia? nunquid
In miſeros non parca manus, verbiq; miniſtros?
Quæq; aulæ modus & ratio? num prodigus? & qui
Fortè exhauriret nimio patrimonia ſumptu?
Iuſtitia eſt equidem reliquarum in principe gemma
Virtutum, quâ non in cœlo illuſtrius ardet
Lucifer, hanc regum rex & dominator Olympi
Inſculpſit ſceptris regum, legeſq; tueri
Iuſſit & omne nefas vltrici excindere ferro.
Hæc niſi confirmet regnum populumq; refrenet,
Omnia eunt peſſum, vis effrenisq; libido
Exultat, fas iuſq; fugit, pax exulat omnis.
Illa tamen magis effulget, magis occupat acres
Obtutus hominum, maiorq; videtur, vbi ampli
Imperii fines, vbi rex populoſa gubernat
Oppida & innumeras animas liteſq; coercet.
At data SISmundo ditio non magna, ſed vltro
Arctis pacatus princeps regnabat in oris
Linquens fraternæ maiora negocia curæ,
Cum parte imperii, parte & potiore ducatus.
Nec tamen idcirco ſanctæ minus ille vacabat
Iuſtitiæ ſacris, quàm ſi vel Perſica regna
Vel ſi Romanum frenaret legibus orbem.
Quod ſi fortè tibi mirum hoc magnumq; videtur,
Dic mihi, vel paruæ qui conſul præſidet vrbi,
Non iura & ſanctas æquè defendere leges,
Parcereq; inſonti & ſceleratos plectere pœnis
Ille poteſt, quàm ſi compeſceret oppida centum?
Quid dicam? vt ſumptus prudens vitarit inanes?
In quibus à ſummis paſſim peccatur & imis.
Principis hæc, inquis, virtus non magna. quid ergo?

Cæſa-

Cæſaris ingenium cernis frugale TIBERI,
Qui quamuis vitio non dicitur oblitus vno,
Parcior ille tamen, quàm luxurioſus haberi
Maluit, ingentemq; auri poſt fata reliquit
Non ſibi, ſed regno ſummam hærediq; futuro.
Cernis & hæredem non? annus fluxerat vnus,
Theſaurum luxu cum iam prodegerat omnem.
Hunc magis anne illum laudas? ego rectius illum;
Nam quid habet laudis plebi diſpergere nummos?
Ex cedris fabricare rates? inſternere gemmis
Puppes? quid iactis expulſum molibus æquor
Siccare? atq; alibi campis inducere montes,
Aſt alibi montes campis æquare? quid vndas,
Et mare vinoſum facere, (admirabile dictu)
Vt repleta mero ſtagnent ſpumantia Baccho
Litora, odoriferoſq; ſecent roſtra aurea fluctus?
Mox at, vbi exhauſtam nummus defecerit arcam,
Ponere vectigal, miſeros exugere ciues,
Fraudibus hos, auidis illos lacerare rapinis,
Priuatas ſcutari arcas, neq; parcere ſacro?
Quàm diſpar illis noſter, qui principe dignam
Ciui atq; externo quamuis oſtenderit aulam,
Sic tamen incluſit mediocribus omnia metis,
Vt neq; ſubiectam miſerè deglubere plebem
Eſſet opus, ſumptu neq; millia multa profuſo,
Soluat vt iraſcens hæres, conflauerit æris.
Quin hæres grato poſt mortem prædicat ore,
Lætaturq; bonis aditis, cineriq; precatur
SISMVNDI terramq; leuem, pacemq; perennem
Ergo vappa fuit, vel qui nil diſtet auaro?
Non fuit. illum ingens ſeruorum & ſplendida turba,
Illum multus eques circundedit, vt neque maior
Fratri olim cætus fuerit nec ſplendidior res.
Principe non illo doluit mercede negatâ
Nec quis pro meritis ſperato munere fruſtra

 Inge-

Ingemuit: norunt equites : nouere clientes
Plebei : medici norunt,non pauperis illi
Dextera deſertrix,neq; menſa auerſa Poetis.
Inprimis bonus in ſacros larguſq; miniſtros.
Omnibus ille quibus lachrymis defletur acerbe
Defunctus magnoq; velint ex morte redemptum.
Quid quod STRElitium ventura ad ſæcla loquetur
Munificum pietatis opus? pulcherrima templi,
Principe SISmundo nata atq; educta ſub auras,
Viſitur hic moles.ſpecioſior altera toto
Vt perhibent,nuſquam ſtat conſpicienda ducatu,
Quid? te qua ſuperiſq; pares, ferriq; ſub aſtra
Dicimur,an taceam mitis clementia? teq;
Quam perhibent tumidos animis eradere faſtus?
Quamuis non arces ſemper laqueataq; regum
Culmina conſcendas,animis ſi quando ſuperbis
Deſpiciat magnos ſimul & viliſſima corda
Contemptor ſuperum atq; hominũ rex improbus.at te
Non ſpreuit,non præcipitem turbauit ab aula
SISmundus,proprii quin te per viſcera cordis
Admiſſam,Diuæ in morem veneratus,amauit.
Illi humiles animi ſenſus ; mens conſcia faſtus
Nullius ; haud quenquam rigido conterruit ore,
Affatu facilis; ſummis non aſper & imis.
Illum humilem menſam & frugalia prandia ciuis
Non dedignantem conuiuam aſpeximus, olim
Cæſare in Auguſto quod gens mirata Quiritum eſt.
At non militiæ clarus,non acer in armis,
Quaſſauit galeam lorica inductus ahena.
Nec pater aut patruus nunquid lætamur adeptis
His minus? imò ambis patruum complectimur vlnis,
Laudamuſq; etiam patrem,cæloq; locamus.
Nec cui criſta tegit tantum Mauortia crines,
Claſſica qui cecinit.qui magnas terruit vrbes,
Omne tulit punctum, qui ſe ſuperarit & acres

Qui

Qui domat affectus, mortalia carcere frenat
Qui vitia & labes, fortis palmare meretur
Ille viri nomen quid? qui ſub rure paterno
Agricolam nutrit? qui tutas ciuibus vrbes,
Qui mare nauigerum nautis, qui præmia Muſis
Præſtat & hoſpitium? defendit munia pacis
Cætera, conſeruatq. bonus; bellator an illi
Eriperet palmam? iuſto pax optima bello
Eſt potior, multis pax anteferenda triumphis.
Fortè ſed & nuptæ tædas thalamiq; requiris
Fortunam? patibus quis neſcit ſtemmata iungi,
Progeniemq; parem? noſtris Pomerania terris
Adſita fœcundæ præcellens vbere glebæ
Principibuſq; viris præſtans atq; vibibus amplis,
Conſortem thalami, qualem exoptarat honeſtos
Miſit in amplexus, generoſo principe natam
BVGSLAO, quo non ſuperum obſeruantior alter,
Cui Themis & Pallas, cui commoda publica curæ.
O dum ſpirabat, felicem hac coniuge! qua non
Obſequioſa magis, magis officioſa nec vlla
Inuentu facilis, quæ ſic exarſit amore,
Sic obſeruauit mentem, ſic iuſſa mariti,
Phlebeia vt natam quamcunq ex ſtirpe ſuperbam
Præ ſe reddiderit ſeu tabe exhauſtus amara,
Quam moriens binos pene exantlauerat annos,
Defixus lecto iacuit, ſubtriſtis & ægra
Aſtitit in nutus omnes, curaſq; parata
In famulatrices; ſeu de languore fugando
Sollicitus, longè à patria, laribuſq; paternis,
Ille ſalutifero fumantes ſulphure thermas,
Thermas, quas perhibent donatas flumine ſacro,
Abluere vt morbos poſſint malè-ſanus adiret;
Illa latus clauſit, comes illa tenacior hæſit,
Quàm Caroli ſoror Eliſabe. comitata maritum
Chriſtiernum regno expulſum, & rerum omnium egenū

Per

Per maria & terras. prope ſic & CLAra Maria
Per montes, per agros per aquas, per teſqua,per vrbes
Exilio quamuis non extera regna petentem,
Sed reducem,ſimul ipſa redux, comitata maritum eſt.
Sæpe ſuper longum ſuſpiria plurima morbum
Et largas mittens lacrymas: ſæpe anxia ſuccos
Suppeditans medicos & lenimenta doloris,
Sæpe leuans triſtes miti ſolamine curas.
Atq; vtinam poſitis in puluinaribus ægrum
Sic porro amplecti & languentia membra trahentem
Optima quiuiſſet! magis illi optabile quicquam
Non fuit, aut lachymis tam ſæpe auideq; petitum
A ſuperis. hoc illa dies,hoc anxia noctes
Ingeminans crebris pulſauit ſidera votis.
IOVÆ aliter viſum,qui primâ ab origine rerum
Imò ipſum ante ortum ; prima & cunabula rerum
Finiuit certo mortales limite vitas.
Ire iubens animas cœleſti è ſemine cretas,
Corporeoſq; habitare lares & carcere cludi
Non longo; reuocans mox poſt ſtata tempora eaſdem
Atq; exire iubens,& linquere vincula parent
Illæ ad iuſſa patris redeuntq; adeuntq; viciſſim.
Ergo vbi *SISmundi* præſcripta exiuerat ætas,
Æternis iuſſus ſedes mutare caducas
Spiritus, ad patrii gemmantia mœnia cæli
Iam reſpectabat, patriamq; ſubire volebat.
A fatis via quæſita eſt; rediitq; repente,
Creuit & in paucas morbi vis effera luces.
Præſenſit princeps (neq; enim illi imponere lethum
Dudum exſpectatum potuit,) fatalia ſenſit
Tempora & inſtantem decurſo carcere metam.
Ergo nec attonitus (quamuis quem lurida mortis
Non terret ſpecies? quid non mortalia cogit
Pectora lucis amor,vitæq; innata cupido?)
Ille ſed æternis penſans peritura, timorem
Pell

Pellit & exanguis temnit pallentia lethi
Ora, infinitæ ſperans exordia lucis.
Interea augetur languor: triſteſq; ſuſurri
Paſſim increbeſcunt prima inter talia, coniunx
Adueniens (timidam quis fallere poſſit amantem?)
Conſternata fuit vix & ſibi conſcia mentis
Me miſeram exclamat, quo nunc, cariſſime rerum
Cardine verſamur? quænam hæc mutatio? morbi
Quas vires? quem pallorem? quæ conſpicor ora?
Tandem, quod dudum viſa eſt tam lenta minari,
Perficiet Lacheſis? toties conuellere adorta
Corpoream molem tandem expugnabit? & atros
Attrahet ad manes? non hæc mihi credula, non hæc
Fingebam fore, ſed, ſanato vt corpore mecum
Exigeres reliquos fatis clementibus annos.
O dolor & lachrymæ! nondum duo luſtra peregi
Coniugis in thalamo & iam te mors inuida noſtro
Extortum arcebit complexu: abitumq; minaris?
Saltem ſi qua mihi de te ſuſcepta fuiſſet
Ante obitum ſoboles, ſi quis mihi paruulus aula
Luderet *VLRicus*, patrui qui facta referret
Et tua: non planè vidua & deſerta viderer.
Quem vellem pro te tales tolerare labores?
Quàm mortem tumulumq; pati te mortis adempto
Ex vinclis: quamuis ô ſi molleſcere fati
Iura queant per ſacra thori, tædaſq; iugales
Vos ego conteſtor, ſuperi, vos obſecro, fata
Vertite retro, poteſtis enim noſtriſq; querelis
Heu deſperati vitam donate mariti.
Dixerat, & collo hæreſcens quàm longa moratur
Et pectus pulſat pugnis & queſtubus aſtra.
Ille premens tacitum tabenti in corde dolorem,
Tandem pauca refert: nihil eſt, quod plurima fando
Cara mihi coniunx quereris, quod ſi mihi noſtris
Arbitriis longam liceat producere vitam,

Non-

Nondum equidem morerer, non te, dulciſſima, ſolam
Deſererem: ſed, quod memori tibi pectore fixum eſt,
Et nunc eſſe decet, morti debebimur omnes,
Stat ſua cuiq; dies, breue & irreparabile tempus.
Nec metam tranſire datum eſt. ſic digerit ordo
Fatalis, vitæ & mortis ſic imperat autor.
Huic ego non parebo libens. ſi terminus æui
Hic fixus? quod ſi non hunc indixerit idem,
Viuam, nec moriar, quid tu mitiſſima mortem
Planctibus anteuenis? IOVÆ liberrima fati
Sunt iura, ille poteſt frenis compeſcere lethum
Ille meas reuocare poteſt ſanareq; vires,
Deſine meq; tuis teq; exanimare querelis.
  Sic ait, vtq; poteſt ſimulat pro tempore robur,
Vix & dimittit plorantem & multa gementem,
Spemq; metumq; inter, paucis poſt ſolibus actis,
Nil medicæ potuere manus, nil pocula ſuccis
Impleta: exuperat tabes augetq; periclum.
Ipſe ſibi donec finem præſagit & horam.
Hæc ait, hæc lux eſt, non has, mihi credite, viuus
Nocturnas ſuperabo moras. ibo acer adibo
Cœleſtem ad patriam & vobis peritura relinquam.
Obſtupuere animi procerum. neque ſecius ille
Perſtat & ad mortem verbo præcordia munit
Æthereo, Chriſtumq; animo, Chriſtum ore frequentat.
Chriſte ſalus hominum, proles æterna parentis
Ad te me refero ſolum & tua numina adoro,
Tu mihi vera ſalus, vitæ & certiſſimus autor
Tu noſtras roſeo lauiſti ſanguine culpas,
Huc ades, hanc feſſamque animam deducito ad aſtra.
Nec minus è ſacris lectiſſima dicta libellis
Aure bibit cupida fibraſque immittit in imas.
Quin licet antè cibo fuerat ſaturatus eodem.
Nunc etiam ſanctæ ſe firmat robore cœnæ
Atque iter ad tantum præclara viatica carpens

Suſpi-

Suſpirat cœlum,mundanaque cuncta reſignat.
Iamq; ibant tenebræ, mediæ & confinia noctis.
Quando ille expoſcens iterum ſacra biblia & illas
Haurire aureolas Chriſti de ſanguine voces,
De merito,dicensque preces atq; vltima verba,
Nil mente emota, nil deficiente loquela;
Sic placidè, magna procerum cingente corona,
Vt conniuentes ſomno qui claudit ocellos,
In latus adductum ponens caput, expirauit.
Fortunate nimis princeps; gratiſſime cœlo,
Cui tantos licuit letho ſuperare dolores!
Nunc iuuat exemptum mortalis carcere molis
Temperiem puram & liquidi ſpacia auia cœli
Inſolitis penetrare modis: vbi non metus, vllo
Ne morbo ægreſcas, ne te vel lurida febris.
Tabida neue lues,neu lædat languor aquoſus,
Ver vbi perpetuum & cœli tepor aureus, in quo
Purpureæ volitant animæ, denſæq; recumbunt
Ætherei patris ante thronum,pæana canentes
Lætiſonum patri atq; agno, quas viſitur inter
Et tua,ſublimes ſpatiata per ætheris orbes,
Lætitiæ ſenſu,vitaque beata perenni.
Nos tamen in pullos ſqualentia corpora amictus
Colligere eſt æquum,nos triſtem ad principis vrnam
Mittere ſingultus,atque exequialia verba
Dicere,quæ memori ſeruet ſub pectore Varnus.
Nam licet aduerſum nihil & miſerabile ſanctis
Manibus acciderit, nec noſtris ille querelis
Indigeat; tamen orbati doleamus oportet,
Hoc pietatis opus. præſertim in funere tanto,
Quo non eripitur prætor,non vilis agaſo,
Sed patriæ princeps. iactura eſt publica.princeps
Cum moritur patriæ ceu, quæ pulcherrima cernis
Templa domoſque altas, illis ſi forte columnam
Vnam, & adhuc vnam tentes ſubducere, pronum

In latus obliquent ſeſe lapſumq; minentur:
Non aliter, ſi Morta duces exculpat, & vno,
Mox & adhuc vno rapto ad penetralia tumbæ
Paulatim ſtirpem excidat. Reſpublica lapſum
Præmetuat nutans, fulcriſq; auertat, oportet.
MEglaburga domus, ſtabant tibi quinq; columnæ
Quinq; duces, patris *Alberti* de ſemine creti.
Fratribus ex illis vnum modò maſcula proles
Effecit patrem, noſtroq; ſuperſtitat æuo.
Ian Alberte tibi conceſſa hæc gloria: quanquam
Funera natorum iam paſſi bina tuorum,
Viuit adhuc ſanguis, viuit tuus: ecce nepotes
Fulcra duo imperii, geminæ populiq; columnæ
Vos Meglaburgæ vos ô duo germina gentis,
Quos auus atq; pater, quos ad præclara ſeneſcens
Frater aui *Vlricus* ſtimulat; *Iane* & *Friderice*,
In vos tota domus nunc inclinata recumbit,
In vos defigunt oculos. vos omine fauſto
Deſignant plebs & proceres natiq. patreſq;,
Iuſtitia & leges templorum pulpita, ludi,
Pax & religio. veſtris ſe dedere gaudent
Sceptrorum auſpiciis. quin & matercula quæuis,
Si quem ventre gerit, veſtris ſub faſcibus olim
Felicem fore præſagit, vos publica vota,
Communes obeuntq; preces. iterum aurea vobis
Principibus noſtris naſcentur ſæcula terris.
Viuite & egregiis virtutem extendite factis,
Sæclaq; maiorum ſeruate in poſtera nomen.
Interea dum vos teneris adoleſcitis annis,
Et firmata viros paulatim fecerit ætas,
VLRicus viuat, nulli virtute ſecundus,
VLricus patriæ pater, in quo vertitur omnis
Nunc rerum moles, quem tot iam cernimus annos
De patriâ bene, de nobis, noſtriſq; mereri,
Cui, furor hæreticus patriis quod abactus ab oris,

Quod vis atq; nefas lateant Adamante revincta
Iudicis & legum; quod Mars, quod & horrida longè
Abſit barbar es, equidem chariſſima vitæ,
Quæ quiſquam exoptet, liceat contingere cuiquam,
Munera debemus. cui mens ſic ferrea qui non
Hoc ſuperum laudet gratus venerabile donum?
Non multas optet meſſes, longamq; ſenectam
Rectori tanto patriæ mitiq; patrono?
  Quin vos ô lecti iuuenes, iuuenumq; parentes,
Qui ſic intentos in me torquetis ocellos,
Inq; meas voces auidas immergitis aures,
Et vos cum populo proceres, queiscunq; recurſat
Relligionis amor, queis pax gratiſſima rerum,
Queis leges cordi, queis dira inuiſa Tyrannis,
Hoc agite, hoc mecum: ſeu ſol rubefecerit ortum
Siue iterum occaſum medii ſeu tela diei.
Sparſerit, vt liceat centenas viuere ariſtas,
Conceſſum aut vltra eſt ſi quid mortalibus ægris,
Vlrico & *Carolo*, ſceptri qui proximus hæres,
Proximus eſt tutor: pietas, clementia, prudens.
Integritas: odium vitii: defenſio recti
Cui curæ. aſt illis cum tandem iniecerit atram
Parca manũ (neq; enim quicquã immortale quod ortũ
Vt ſub principibus, qui ſunt de ſtemmate nati (eſt.)
Meglaburgiaco; porrò & naſcentur ab illis,
Vertere aratori ſulcos imponere vitem,
Paſcere oues, plantare pyros & condere meſſes,
Neu quiſquam noſtris regnet peregrinus in oris,
Hoc orate Deum, mecum hoc expoſcite cœlo.

Ioanni Bacmeiſtero Sponſo.

NOn tibi Hyperborea tentandus remus in vnda
Non iterum Helueticis viſendi montibus amnes.

Carbaſa iam conuolue & lætas fige coronas.
Sed modò non tali cùm viſcera captus amore
Spirares rapidos abitus, & diſſita longè
Arua peregrinaſq; ardens cognoſcere gentes
Traiiceres Balthen: ridens Erycina doloſum,
Emicat, & licet extremas te proripis oras,
Quâ citat aut ponit flammas Titania lampas
In patriis, inquit, fies mihi præda Roſetis.
Tu ſecurus abis: qualis quem fulua papillis
Depulit aut genitrix, aut iam matura iuuentas,
Feruidus obſcuris exire leunculus antris
Audet in ignotos montes & inhoſpita teſqua:
Ille nec in ceruum tardus conſpectaq; vaccæ
Pignora, nec fluuios timidus tranare rapaces,
Vela volant, nîl ambitis contermina terris
Te freta, contiguas mordentia fluctibus arces,
Nil venti terrent, nil ſtante crepidine rupes
Nil glacie incretæ & fluidæ toto æquore moles,
Marmora aum Zephyris primum rūpuntur apricis,
Nil ingens vaſtis mare monſtra vomentia roſtris
Abſorptura rates aut demerſura profundo.
Nec ſatis ad *Scaniæ* littus quam Gotticus ambit
Limes, & illapſis claudit *Wendera* fluentis,
Aut quas diuiſas interlabentia terras
Æquora diſcernunt Codano connexa refuſo
Veniſſe ad *Cimbri* in ſedem *Scagēq;* vadoſas
Syrtes quin iterum Neptuno in vota vocato
Cymothoeq; dares auſtro latus, horrida donec
Norægia ingreſſo ſe aperiret & vltima Thule,
Illic vt perhibent toſtis radicibus Heclæ
Æſtuat & clauſis furit in fornacibus ignis
Interdum cinerem eructans & flammea ſaxa:
At rigidus vertex ſtat ſuprà & ab igne remotus
Hiberno barbam atq; genas albeſcit amictu
Æſtatemq; hyememq; nec vnquam frigora ponit:
Quod

Quod ſi tu Heſperiis rapturus mala puellis
Iſſes aurifero ſeruata Athlantis in horto
Alter vt Alcides: vix tot miracula rerum
Lumina lympharent, nec tam celebratus abires
Auectis ſpoliis interfectoq; Dracone.
Huc ades, hîc Roſeis tibi mala leguntur in hortis.
At tu Cimbrorum regno atq; Aquilone relicto
Tendis in aduerſos vicino ſole calores
Albis vbi flauas torquens arrodit arenas
Leucoreiſq; aperit ſpatioſa palatia Muſis:
Lipſiaq; & iuxta montoſæ mœnia Ienæ
Pulchra iacent, conduntq; nouem ſua regna ſorores
Atq; choros regit in medio ſacer augur Apollo.
Qui tibi diuitias bonus & quodcunq; ſalubre
Excludens procul indignos, penetralibus abdit
Indulſit veloce manu & non mente maligna
Vt ſcires, nimis excreſcens quid cogitet ardor
Cordis & incenſo ſalientes ſanguine fibræ,
Quo iecure roſum ſigno, quo viſcera læſa,
Innaſcenſq; vdis noſſes pulmonibus vlcus,
Et quo depulſos releues medicamine morbos.
Hic te repentem decliuis margine ripæ,
Ripæ vel collis floreſq; & odora legentem
Gramina præſenti conſpexit imagine Nympha
Atq; tuos ſibi nequicquam ſperauit amores
Huc ades hîc Roſeis tua Nympha adoleſcit in hortis.
Et quæ iam diuerſa petis? quid flumina *Lani*
Quid *Nicri* tibi, quem æris clangoribus implet
Inuenta tandem catus Orpheus ille *Roſina*,
Et Sophiæ & Themidis gemma Aonidumq; *Gruterus*.
Quid tibi *Briſcoa* decus immortale Friburgum,
Olim vbi conſcendens pernicibus aſtra quadrigis
Æthereæ mentis, volucres *Copernicus* orbes
Luſtrabat, velut alter Atlas, alterue Prometheus?
Quid Rhenum cunctæ regem Germanidos vndæ

Impoſitaſq; illi percurrere proderit vrbes:
Claram *Argentinam* monumento & nomine *Sturmi*
VVormatiæ inſignes portas, Spiramq; tribunal
Teutoniæ & cultæ celebrata Lycea *Tubingæ*
Helueticoſq; etiam Baſileæ intrâſſe penates?
Non modo quò patrii natalia littora Varni
Quoq; illic viuat ciuis, quoq; aduena cenſu
Sed quibus externo paſſim degatur in orbe
Moribus & normas atq; euariantia legum
Longinquos inter populos diſcrimina nôris,
Naturam pariterq; hominum, ingeniumq; locorum
Atq; ſitus, acie præſens circùm omnia luſtres.
Quàm dulce & pulchrum mutis tibi lecta libellis,
Cernere & intentis ſupponere ſingula ocellis
Poſtibus impreſſa hiſtoriæ monumenta vetuſtæ,
Victorum veteres arcus tumbaſq; perennes
Vnde reſurgentes ſpirant poſt funera manes?
Quanti autem viuas facies & clara virorum
Lumina quæ pictis ſoliti luſtrare tabellis
Attoniti, amplecti coràm & dare baſia dextræ
Mutua & alternas audire & reddere voces
Illorumq; etiam certum concire fauorem?
Vidiſti Hippocratis natos, quos dicere longum eſt
Obrechtumq; & *Sebitium* vultuſq; *Plateri*
Innumeroſque alios, quorum exarmata medelis
Mors indignatur piceoque immugit Auerno,
Et queritur multos ſibi nauta perire trientes.
Tantæ frugis erat rigidas calcare pruinas
Interdumq; altos pedibus conſcendere montes
Tendere vel parua digitos atq; æra phaſelo.
At nunc es doctus tandem ſatis atq; diſertus
Huc ades hic patrios reuocat te Nympha ſub hortos
Dum fatis actus læuæ Iunonis ob iras
Labitur Æneas pinu, maria omnia circum,
Ignotum quærens Tybrim & fatalia regna:

In

Interea lare ſub patrio labentibus annis
Creſcit vt irriguus palmes Lauinia virgo
Nubilis externo, quamuis inuita marito:
At te nulla manent votiui pacta duelli,
Non ſocer externus petitur, non extera virgo,
Huc ades, in patriis tua ſpes maturuit hortis.
Iamq; adeò portamq; ſubis patriumq; Roſetum
Et patria à prima tibi trita Lycea iuuenta;
Theſauros Sophiæque omnigenos & ditia mentis
Fœcundæ ſpolia exponens interprete lingua,
Quicquid Ariſtoteles quicquid mens docta Galeni
Eruit, & Phœnix æterni *Scaliger* æui,
Non aliter, quàm Barbarici noua littora mundi
Qui petit occiduo ſolis ſubiecta cubili
Cum poſt Septembres binos, binoſq; Decembres
Herculei portus pleno ſubit oſtia velo,
Americam totam oſtentat, tabuliſq; recludit
Aurumq; argentumq;, marinæ & fulgura conchæ
Funduntur circùm ciues & præmia ponunt
At collo pendet coniunx dulceſq; nepotes.
O præſtans animi iuuenis, cui ſidera rident
Cui miti nentur felicia ſecula rhombo:
Hîc vbi Varniades tete excoluere ſorores
A puero, ingeniumque tibi tam lene dedêre,
Nuncq; eædem in te omnes pendent gaudentq; recepto
Hic tibi vernanti de ſtirpe tenerrima laurus
Naſcitur, inq; tuos modò matureſcit honores
At contrà ſuaui ſurgit de germine myrtus
Æmula, iamq; tuos matura ſerenat amores
Nunc myrti ramos, mox & decerptio lauri.
Laurus odorato Parnaſi plurima colle
Naribus inuergit liquidas ſitientibus auras
Damna nec autumni nec decrementa ſenectæ
Nec rabiem venti metuens nec fulminis ictus,
Nympharum digitis aſpergine lota frequenti,

Æternum ducit iuuenanti fronde virorem.
Vna triumphantis biſſeno faſce Quirini
Vna Iouis gremio, victoreq; digna Corinthi
Hæc tibi mox ſerpet iuuenilia tempora circum.
Mox lauri ramos, ſed nunc decerptio myrti.
Myrtus Acidalia Cythereæ plurima valle
Nectareis ſuccis captos irritat amantes:
Baſia natiuis pendent creſcentia ramis
Baſia & amplexus, nuptis & amica voluptas.
Nec myrtus lauro nec myrtus cedat oliuæ,
Hæc quamuis pacem, quamuis notet illa trium-
Serta coronato victricia præbet ouanti (phos.
Præbet amatori. Veneri gratiſſima myrtus,
Hæc tibi nunc ſerpit flauentia tempora circum
Nunc myrti ramos, mox & decerpito lauri.
Ecce Dioneæ tibi ducitur Heroinæ
Æmula, cryſtallos portans in fronte micantes.
His in cryſtallis luſtrat ſua lumina Cypris
Si vel Iunonem vel vult anteire Mineruam
His in cryſtallis acuit ſua tela Cupido
Quando nouum vulnus miſero molitur amanti
Blanda ſuperciliis iacientem ſpicula limis
Nonne vides? tibi ſic riſu, ſic dente renidet
Nudato, tibi ſic vultus componit honeſtos,
In te purpureis igneſcit in ore lituris
In te ſuccutitur molli præcordia lapſu,
In te flagranti contorquet colla rotatu.
Iungite flagrantes duce Cypride, iungite frõtes.
Europam atq; Aſiam potuit committere bello
Fœmina, millenis Graûm repetita carinis.
Auſa tubis Latiis Ægypti opponere ſiſtra
Fœmina & in ſtuprum dotalem expoſcere Romam.
Coniugium tredecim letho depacta procorum
Fœmina victori ſoluit ſacra vincla marito.
Dignior hæc facies, quam propter Troia periret

Anto-

Antoniq; minas perterrita Roma timeret
Et Pelopi lerho quæ cederet empta parentis.
Iungite flagrantes, duce Cypride iungite frontes.
Vt ſumpto clypeo raptiſq; haſtilibus Hector
Agglomerans raptim cuneos impreſſit in hoſtem
Et loca vaſta dedit tepido manantia tabo:
Suſpenſo clypeo poſitiſq; haſtilibus idem
Andromaches gremio requieuit & oſcula ſumpſit
Mulceri paſſus barbam horrenteſq; capillos:
Quando laboriferis ſtudiis defeſſus anhelas
Fortè vel ægrotis longas impendere noctes
Iuſſus deſidiæ languentia membra reponis
Andromache tibi erit *Chriſtina* & dulcibus ora
Inficiet ſuccis curaſq; leuamine ſoluet
Iungite flagrantes, duce Cypride iungite frontes.
Quis mihi quis teneris implet garritibus aurem?
Quem video inuolui netæ velamine lanæ;
Ecce vt honoratos promit velamine vultus
Vt micat vt binis ridens laſciuit cellis?
Hic puer hic ſibi tranſcribi pia nomina ſacri
Poſcit aui. collo mox & pendebit auito
Æmulus & factis iuuenis ſuccreſcet auitis,
Iungite flagrantes, duce cypride, iungite frontes.
Dulcis amor, quæ te peperit blandiſſima mater
Quæ tibi mellitas inſeuit amabilis auras
Auraſq; illecebraſq; iocoſq; & mille lepôres?
Non equidem humani præfers commercia partus
Altior & penitus tibi ſtat cœleſtis origo
Æternis in nos flammis hic diditur ignis
Ille genitrici primæ primoq; parenti
Impete natiuo primos operatus amores
Inde rigans vis alma ſinus & corda minorum
Illice titillat mortales nectare mentes.
Huius ſume tibi, quoties placet, optime *Iane*
Mellis, in amplexus veniens cum *Saſſide* guſtum,

Gaudiaq; alterno decerpite mutua fructu
Felici æternum vobis ſeruanda tenore
Auſpicibus Diuis ſolidique volumine fati,
Quod precor, atq; mei pono tibi pignus amoris.

Ad Dominum Christianum Marchionem Brandeburgenſem, &c.

ROSTOCHIVM INGREDIENtem fauſta acclamatio.

ET *Chriſtianum* quis taceat Ducem,
Dum litroralem cogitat Hafniam,
Digreſſus ad valles propinquas
Molleq; Varniadum Roſetum?
Quem qualis olim ſole ſub Africo
Regina cœtus aligeri, nouis
Repullulaſcentis iuuentæ
Viribus educat in ſupremã
Pullos ſenecta; robore maſculo
Maturus æui progenuit ſenex!
Septemvirûm nulli ſecundus
Marchiades genitrice Eliſa.
Priſco petitum quem tibi comparem
Heroem ab æuo, quem iuuenem tibi.
Formoſe princeps? par Achilli
An memorabere ſub magiſtro
Phœnice? (nondum rege Agamemnone
Troiam profecto. ſtantibus Ilii
Muris Lacenâ nec ſecutâ
Iliacos Paridem per agros)
Haurire pacis. Martis & ardui
Præcepta quem nec dedecuit, manus
Illas nec obieciſſe flagro
Queis aliquando periret Hector?
Deliberantis num magis Herculis
Gaudes vocari frater an æmulus,
Blandida nequicquam voluptas
Illecebroſa vbi ei tetendit

Ridente

Ridente vultu brachia, Cypriis
Crines & aures picta coloribus:
Quin mente victrix irretortâ
Scriberet in ſua caſtra virtus
Vltro ſequentem, conſpicor orbitam
Parem iuuentæ, conſpicor æmulos
Virtutis ignes. tam decorus
Non ſine Diis eris ortus infans.
Quæ forma vultus? frontis amabilis
Qualis venuſtas? quanta ſuauitas
Diæ loquelæ? qui lacerti?
Quam celer ingenii rotatus?
Nunc & Camœnæ mellea nectaris
Tibi propinant pocula, nunc penum
Recludit auguſtum Minerua,
Et Charites & Apollo, cultis
Quicquid vetuſtas è ſapientiæ
Promſit tabellis ſæculo ab altero
Tranſmiſit ætati minorum
Quicquid & Hiſtoria & polita
Poëſis, ergo iam neq; barbarus
Tibi eſt Latinus, nec tibi Achaicus
Scriptor. quis illis fabuloſas
Deliciis Iouis anteponat
Menſas & Heben? ſed grauioribus
Reſeruat ætas te ſibi, ſubdito
Quando paternæ lenitatis
Legibus accipieris hæres
Olim popello. nunc iuuet interim
Luſtrare campum, tortile nunc manu
Vibrare lignum, nunc caballum
In celeres agitare gyros
Feſſum ſeueris Pieridum choris
Nunc, quod parentis luminaq; & iecur

Titillet, in ceruum aut ferocem
Cornipedem ſtimulare, in aprum.
Velim ipſe, Apollo hoc & Charites velint
Mecum & Camenæ; Varniadum in ſinu
Paulum moreris, nec citatum
Deproperes abitum, corollæ
Centum manerent hîc tibi, munera
Pulchri capilli: traderet & tuos
In arbitratus ſe regendum
Noſtræ Academiolæ ſenatus.
Hæc fortè poſthac labilis afferet
Ætas. Danorum tempora principis
Nunc *Chriſtiani* te laceſſunt
Regis & iſta dies futuri
Auguſta: celſo quâ diademate
Primâ ſuperbus ſceptra potentia
Non ſimplicis regni indipiſcet
Et procerum & populi frequente
Suffragiorum non ſine calculo,
Diuis & ipſis propitiis. age
Mittamus & te proſequamur
Omnibus placidis euntem.
Iamnè expeditus nauita Cimbricam
Balthen & vdæ tendit ad Hafniæ
Litus? ſecundis auſpicato
Vtere, dum vocat aura velis.
Pro te paterna qui ſedet in domo
Quicunq; fratrum, tergemina alleuant
Pro te parentes vota. quantâ
Excipiere redux coronâ
Congratulantum? detineat caue,
Te Cimber illex, &, licet imperans
Regnis duobus, *Chriſtianus*,
Nec ſoror vnica *Chriſtiani*.

Ad Dominum Ioachimum poſtulatum Adminiſtratorem primatus & Archiepiſcopatus Magdeburgenſis, &c.

Cum Roſtochium inuiſeret fauſta acclamatio

IOchime Princeps, inclyte Marchio,
Primæue *Iani* nate *Georgii*,
Cui Magdeburgæ paret omnis
Clericus & pariter profanus:
Vix murmurantis præuia ſibila
Venere famæ, vix equitum ſonus
Auditus, ingenti tumultu
Cum ſubitò pater ipſe Varnus
Excitus, altum flumine verticem
Tulit, ſtrepentes murmure ſemitas
Miratus, hinnituſq; equorum
Terribiles, equitumq; turmas.
Conuertit in te cærula protinus
Fulgore tractus lumina regio,
Ceruice flexâ ter quaterq;,
Sic, ait: Ingrediatis hoſpes
Felice fato. quam iuuat in tuos
Pendere vultus, vultibus æmulos
POLLVCIS, vt noſtra libenter
Teq; tuoſq; lauabo feſſos
Viuace lymphâ: nam memini in meo
Narrare vatem Protea litore,
Lucere te multis auorum
Et titulis, propriâ & decorum
Virtute. Achillis Teutonici manum,
Heroici vim pectoris igneam,
Mauortis invictumq; robur
Fama cui tacuit minorum?
Audita cui non bella ferocia?
Cui non per omnes prœlia vortices
Raptata fortunæ? IOChimos
Quis geminos proauumq; auumq;

Igne-

Ignoret?illis nemo diſertior,
Cogente magnos Cæſare principes,
Pericula & rerum labores
Flumine Neſtorei palati
Æquare. quid quod non ſinit alterum
In literatos munificentia
Præclara Muſarumq́; caſtris
Conſpicuus Viader ſileri
Annos per omnes, ſidera quandiu
Cœlum perenni torta volumine
Rotabit; & Muſis litabit
Donec auis patribuſque pubes
Summiſſa? vis & nomen amabile,
Excelſiorem vis patris indolem,
Illum & benignum, vindicem ſed
Flagitii, in meritoſq́; largum
Audire? Vel quod, quicquid habent libri
Culti Sophorum, & nobilis Hiſtoris
Quicquid tabellæ, ſub iuuentâ
Diceris ipſe bibiſſe nectar,
Quodq́; eloquenti gutture Teutonem
Mutas Latino, ſiue neceſſitas
Linguam peregrinam, voluptaſuè
Exigat? Illa meas refudit
Non falſo in aures ſingula nuncio
Multo antè Proteus hactenus auribus,
Nunc coràm ocellis, eminentem,
Quod volupe eſt, licet intueri
Oris decorem. lumine flammeo
Sic te micantem, ſic patris æmula
Virtute plenum, ſic decorum
Quæ peperit generoſa mater?
Et iam retorquet colla flagrantia
In te decoris vxor ocellulis,

In

Iunonis inſtar dum maritum
Pone ſubit rutilante curru,
IOHANNE nato non ſine: Ponticum
Viſura tecum nobilis Haffniæ
Nauale, & exceptura regem,
Quo decet intuitu, futurum.
Prædico mitem Nerea ſidere
Vobis benigno, mitia flamina
Fluctuſq; ſedatos. ſed antè
Quin iibet hîc tibi commorari
Pauliſper? hoſpes magne penatibus
Succede noſtris. ſi renuis diu
Manſiſſe, ſi Septentrionem
Certus adis; piget opperiri
Duas vel vnam quæſo dieculam?
Dum te calentem ſolis ab ignibus,
Tuos reſpergam dum ſodales
Gurgite frigidiore: donis
Regalibus te dum decorent patres
Cum plebe: docto dum tibi carmine
Felicitatem comprecetur
Cum redituq; iter auſpicatum
Muſea pubes? accipe debitos
Princeps honores, quicquid id eſt, breuem
Hymnumq; laudatoſq; noli
Temnere cum patribus nepotes.
Ducam ſilenti fluminis alueo
Mox te receptum: litora Cimbrica
Saluus videbis, ſaluus inde
Saxonicos repetes penates.
Hæc Varnus. & mox condidit vuidum
Vndis capillum. ſingula ego intuli
Fidis notata codicillis,
Vt meminiſſe queant minores.

Hodæpori-

Hodœporicon Germanicum.

VIcinum Titan afflauerat igne Leonem,
Coxerat æſtiuas flammata Canicula meſſes,
Poſcebant falcem raucæ clamore cicadæ.
Decuſſis fronti ſidenti in leuia rugis,
Extimulata recens tentat præcordia cura,
Teutoniæ impoſitas percurrere collibus vrbes.
Creſcit amor ſtimulatque iecur. tunc alta precabar
Vnigenam cœli ſupplex ad limina prolem,
Det facilem curſum atq; audacibus annuat orſis,
Præterea, noua ne rerum me turbet imago,
Interualla, modumque viæ, varioſque labores,
Omnia diſpiciens animo mecum ipſe peregi.
Ergo vbi iam decreti abitus; patrem antè (*hytræum*
Amplexus, reddo gemitus atque vltima verba.
Ille tenens dextram pro tempore pauca profatur,
Canitiemque licet tunc puluinaribus ægram
Mordaci renem laceratus vtrunque dolore,
Preſſerat, obnixuſq; animo, thalamoq; leuatus,
Ignotas præit ipſe vias & pollice ſignat
Exiguâ in tabulâ, & ſpectanda per omnia ducit,
Vrbeſq; allapſoſq; ediſſerit vrbibus amnes,
Et quo quenq, modo fugiamq; feramq; laborem,
Admonet, immiſcetq; preces, dextramq; remittens,
Vade, ait, & monitus non obliuiſcere noſtros.
Eſt locus, Aonii prope culta vireta Roſeti,
Nec fama inſignis, veteri neq; notus ab æuo;
Irrigui fontes ibi, piſcoſæque paludes,
Alitibus nidos, pecori dant paſcua ſiluæ,
Indigenæ ſiluas habitant & vomere duros
Exercent colles, atq; horum aſperrima paſcunt.
Hîc ego vitales in luminis editus auras,
Infantes tenui compleui murmure cunas.
Huc primùm iunctis ad frena iugalia mannis

Ire paro, ſimul & qui ſanguine tendimus vno,
Eximium fidei decus Aonidumque [illegible].
Germanam cupio, dulcemque reviſere matrem
Ante abitus, ſi fortè negent mihi fata regreſſum,
Et quis in aduerſum rapiat caſuſue Deuſue.
Ah quàm penè (adeo eſt anceps via) limine in ipſo
Venturus lachrimis, lapſuq; oppreſſus acerbo!
Nam dum laxa nimis pulſantibus arua caballis
Auriga immiſſis retinacula donat habenis,
Procumbens, pedibuſque ſimul, manibuſq; remiſſis,
Vt bos icta cadit, mediis effundor arenis
Inter vtranq; rotam: ſubiti hic in cardine puncti
Verro manu pedibuſq; ſolum, lumboſq; retracto,
Nequicquam & currum ſurdoſq; inclamo iugales.
Vt rediit calor & talis inſiſtere cœpi
Erectis, duplices tendens ad ſidera palmas,
Seruatæ ſuperos veneror pro munere vitæ,
Atque inſpiratæ ſupplex applaudo ſaluti,
Iamque adeo ingemino, atq; iteratos excito plauſus.
Bis tacitas terris rediens dimouerat vmbras
Lucifer, aſſurgens menſis exinde relictis,
Dulces amplexus, breuia & conuiuia rumpo,
Deſero natalemq; larem, paruoſq; penates.
Fletur in exceſſum, iuxta genitrixq; ſororq;
Vtrinq; ad portam mœſtæ comitantur euntem,
Vota metu duplicant, propiorq; it cura periclo.
Digredior comite adiuncto, & fulgentibus armis,
Ad rapidas Auſtri partes, ſolemq; calentem.
Vt ducis *Vlrici* terras, colleſq; propinquos
Liquimus, ad ſtagnis *Malchini* incincta vadoſis
Mœnia, *Marchiadum* ſiluas atque arua ſubimus,
Marchiadum, qui crebra fouent aluearia vernis
Floribus, at campis ſteriles dominantur arenæ.
VViſtochum primas ſomni cum munere menſas
Præbet, ibi Glintzam commiſtis adbibit vndis,

Quod

Quod Dolſam indigenæ vocitant, ignobile flumen,
Altera, *Kiricii* portis & turre relictâ,
Tranſgreſſos lucum ingentem alitibuſq; ſonantem,
Lux ad *Marchiacum* ſero deducit *Hauelum*,
Ille meæ rumpens patriæ de fonte propinquo,
Collectis nutritus aquis, fluuioq́ *Sueuo*,
Mox iunctas ALbi donans cum nomine ripas,
Leni, vicinam parilis cognominis vrbem
Ponte ſuper gemino inſtratus, circumfluit amne,
Montem vrbemq́; inter, qui plurimus imminet vrbi,
Magnificas amplexus opes templumq́; vetuſtum.
Ante quidem loca Siluanis habitata feriſq́;,
Nunc domus & magnis ſacrata altaria Diuis.
Namq́; ferunt gentes (fama eſt obſcurior annis)
Has Henetas, quiq́; in ſedes venêre relictas,
Saxones, è veterum ſeruato more parentum,
Neſcio quem toruæ frontis coluiſſe *Triclauum*,
Monſtrum horrendū, informe, ingens; cui guttura trina,
Tergeminum caput & ceruix, ſed luminis vſus
Nullus erat, gelidoq́; rigebant brachia ligno.
Inuitis labens aliquando his attulit ætas
Auxilium aduentumq́; Dei: venit arduus vltor
Idoli, bello & meritis Otho fortibus ingens,
Teutoniæ ingentes iam tum moderatus habenas,
Aucupe defuncto; tanti patris orſa ſecutus
Natus adeſt, flammas ſpirans ex ore paternas
Cœleſtis zeli, truncum proſternit & igne
Vindice membra cremat, cineres bibit amnis aduſtos,
Flumine tunc omni, totâq́; ex vrbe relegat
Sacrilegos cultus, & aquis luſtralibus ipſe
Expiat inſtaurata Deo delúbra, fit *Vdo*
Presbyter: huic ſacri melior cuſtodia templi
Commiſſa, & vittis comptæ candentibus aræ.
Felix, fatalem ſi nunquam nôſſet acerram,
Indomitæ plebis, quam curâ iraq́; coquebat

Vana

Vana ſuperſtitio, & veterum iactura ſacrorum,
Enſe rebellanti ſparſas truncatus ad aras
Ah cadit, & niueos conſpurcat ſanguine cinctus.
Ex illo tamen oppreſſi, freniſq; receptis,
Romana perſtant in relligione minores.
Nunc coniuratis patris in meliora *Lutheri*
Sacra viris, poſitis ludis & murmure inani,
Legitimo præit auſpicio atque inſtigat honeſtis
Arbiter exemplis, fundoſque & iura locorum
Arcet ab inſidiis atq; à prædone profano
Ludecus, tantis cui par induſtria rebus.
Me licet ignotum, de ſe & nil tale merentem,
Qui bonus hoſpitio excepit, madidoq; refectum
Cratere, adiutumque animo dimiſit & auro.
Ergo iter inceptum celero. propè maximus *Albis*
Ante pedes latas peregrè venientibus vndas
Obiicit inſurgens, ſed tum ſine fluctibus ibat
Mitior, in morem ſtagni, placidæue paludis.
Ludebant fulicæ, noſq; in decliue vocabant.
Procumbens antè, & ſumptis è gurgite lymphis,
Aſpiciens cœli, ſuperos, conuexa precabar.
Sit felix, inquam, iſta dies mihi, tuq; ſecundo
Numine quæſo faue Diuûm rex: dein quoq; Nymphas
Cæruleumq; Albim veteri de more ſaluto.
Continuò aduerſæ ſubuecti exponimur vluæ,
Et valido ſolidas aſcendimus aggere ripas.
Inſtar murorum præceps, ſcopuliue marini
Agger erat, frontem præcinctus crate ſalignâ
Quadruplici, intextâ, ceſpes poſtica tegebat
Denſus, & à timidis circundata terra colonis.
Nî faciant, medio miſeri luctentur in amne,
Humidus imbrifcris ſi quando aut Iupiter auſtris
Torquet aquoſam hiemem, & cœlo caua nubila rumpit,
Montibus aut moles niueæ ſoluuntur ab altis.
Extemplo tumidis exæſtuat alueus vndis

Maior, & æquatas violento vortice ripas
Arietat oppugnans, refluaſq; relambit arenas.
Interdum & victor, ruptis immanè catenis,
Exit, acerbà fremens, campiſq; inſæuit apertis,
Raptatas torquens ſiluas, pecudeſq;, viroſq;,
Oppidaq;, intereunt hominumq; boumq; labores.
Heu malè tum ſolis illic habitatur in agris.
Ruſticus hanc metuens ſtragem, cautuſque futuri
Montes imponit validos atq; obiice frenat.
  Hinc & *Stendaliæ* campos & preſſimus vrbem,
Curantes Cerere & nocturno corpora ſomno.
Defuncti ſomno & matura petórita nacti
Prouehimur, varioq; viam ſermone leuamus.
Ecce autem, ſubito concuſſus lumina viſu,
Conſpicor aſſurgens ſublimibus edita ſaxis
Mœnia, turrigerumq; ſolum: ſalue inclita, ſalue
Magdeburga, viris ſtudiiſq; aſperrima belli,
In quibam, iamq; approperans in tecta ſubibam.
Spumiferum longos muris porrecta ſub Albim
Vrbs iacet in tractus, terni diſcrimina muri
Fecerunt, triplexq; forum, totidemq; Senatus.
Hic primùm optanti, qui non ignarus auorum
Diceret interpres mihi geſta prioribus annis,
Doctrinà præſtans & amœnæ flumine linguæ,
Offert ſe facilem, votiſq; ſuperuenit vltro,
Canitie *Saccus* tardatus genua ſenili.
Imus coniuncti in templum non paſſibus æquis,
Magni opus *Ottonis*: lux maior oborta repentè
Ingreſſis, faciles oculos fero ſingula circum
Admirans, capiorq; locis, atque omnia lætus
Exquiroq; notoq; virûm monumenta priorum.
Hic inquit, molis tam magnæ conditor Otto
Coniuge cum natiſq; ſuis, dum vita manebat;
Aſtitit alta choro cernis ſimulachra ſupremo,
Hic demum vitæ voluit poſt fata reponi

Inferior

Inferior, cupro incluſus, leuiq; orichalco.
Aſt illic, vbi lata vides altaria ſaxo
Concreta ex vno, donaria præſulis olim
Supremi, ſedes coniunx eſt nacta quietas
Anglica, ſublimique adeò tenet oſſa ſepulchro.
Cerne & Burcardum templiq; araeq; magiſtrum.
Ille ferox nimiùm, veritiſq; addictior armis,
Bis captus, bis dimiſſus, ſtimulante dolore
In Martem ruit (at dictis tu & pace maneres)
Tertia bella nouans ciuili concidit enſe,
Atque illic tandem crudeli à morte quieuit.
Cernis & in pronam defixas lumina terram
Effigies binas, incluſaque colla catenis?
Marchio vterque minis nequicquam terruit vrbem
Sacrificoſq; patres: verſa mox ſorte minaces
Experti voces dant ferro & compede pœnas,
Neúe nimis iactent, hortantur, magna minores.
Hæc mihi ſic memorans perſtat pater ordine SAccus.
Ingrediturq; comes: poſitam tunc inſuper arcam
Suggeſti aſcenſum iuxta fraudeſq; retectas
Tecelii, & rimis immiſſa patentibus æra
Addit, ab incautâ ſuſcepta piamina plebe.
Quid referam ſimulachra modis referentia miris
Virgineos vultus? habet è regione ſacelli
In medio, pars hæc quinas, pars altera quinas.
Stant hæ ridentes, ſtant flentes cominus illæ,
Viuere iurares, vocem modò iungito, viuent.
Nec minus extra vrbem, inſtaurataq; mœnia circum,
Diſiectos belli tumulos vetereſq; ruinas,
Fixa vbi porrectis ſteterant tentoria velis,
Progreditur monſtrans. miſeri hìc duo fulmina muri,
Ambo animis, ambo inſignes præſtantibus armis,
Mauritius princeps, viridique *Georgius* æuo,
Tendebant pariter, pariterq; in bella ruebant.
Hac noctu egreſſi portâ per nota viarum

Vadebant ciues, & belli furta parabant.
Mox alti redeunt in equis, captoſq; reducunt.
Collis erat (collem digito monſtrabat) & alta
Foſſa, ſub hac iuuenes intecti pellibus, acri
Conatu inuadunt turritam excindere pinnam
Aſſiduo tonitru & calefacti verbere ferri.
Illa tremit, nutanſq; trahit collapſa ruinam.
Nunc tamen aërias iterum conſurgit in auras
Cincta caput plumbo, defuncti munere *Iuli*
Guuelfiaci ducis. at quà nunc habitata virorum
Denſa vides, veterum portarum ad limina, tecta,
Reddita quaq; ſuis ſunt bina ſuburbia muris,
Campus erat, ſtatio & tantùm malefida ſuperbis
Militibus, nocturna vorârat cætera flamma.
Quis cladem illius noctis, quis funera fando
Explicet? hæc fatur, mediaque in voce reſiſtit,
Vultum fixus humi, lachrimæq; ſequuntur inanes,
Et mentem ſubiit tantæ virtutis imago.
Quæ me præſentem poſtquam per ſingula duxit
Vna ſenex, alioſq; ſimul complexus, amicis
Aſcripſi; pontes raptim tranſimus & ALbim.
Ordine erant pontes centum quos plurima ſubter
Quercus adacta ſolo; tenet & vis ſaxea molem.
Alter *Anhaltina* defoſſo limite terræ
Diuidit arua lapis. Deſſæ tenet atria princeps.
Seruestam premimus, feſſiq; ibi nocte moramur.
Luce nouâ ad niueâ dictos albedine colles
Tendimus. hic templum ingreſſis, inſigne columnis
Adiacet, imò ipſam quod planè interiacet arcem,
Ora ducum, viuo facies ex marmore ductæ,
Atq; opera artificum, paries quibus ardet vtrinq;
Scintillans, oculoſq; ſimul fibraſq; laceſſens
Spectantum. illuſtres, ſæcli monumenta vetuſti,
Pendentes tabulæ, ſimul inſignita pateſcunt
Ipſa ſepulchrorum ſculptis epicedia cippis.

Emicat

Emicat æratis immanis truncus in armis
Elector *Sapiens*, thoraca indutus ahenum,
Æratus lumbos ſuraſque, ſuperſtite vitâ
Qualis erat, quantumq; armis ſe in bella ferebat.
Primus hic Aonides vitreum deduxit ad Albim.
Aſpicit hunc contrà, vultus demiſſus honeſtos
Germanus, mirâ inſignis pietate *Iohannes*,
Auguſtæ Chriſtum minimo diſcrimine lethi,
Concilio in medio, toto ſimul orbe rebelli.
Confidens animis, zeloque ingente profeſſus.
Arctoæ iuxtà fulgent duo ſidera terræ,
Nunc etiam ardenti flagrantia lumina gyro
Contorquet ſpiratque minas igneſque *Lutherus*,
At miti obtutum dulcedine ponit Achates,
Infrà vicinis cineres poſuêre ſepulchris.
Saluete ingentes animæ. quàm corpora veſtra,
Oraq;, pendenteſq; togas ſub imagine pictâ
Cerno libens? felix, calidas contingere dextras
Cui licuit, date thura piis, date lilia ciues
(Autores veſtræ neue ignorate ſalutis)
Manibus, hæc fatus deflecto lumina iuxtà,
Antiquâ pendet iuxtà tabula inclita famâ,
Pictoris monumen *Lucæ*. diſcrimina mille
Conſpicor vmbrarum, diſcrimina mille colorum.
Pinxerat hic Solymas iter Electoris in arces
Longinquum auguſtum: minioq; imitatus & arte
Ad facies pictor limauerat omnia veras.
Ibat inexhauſto Iordanes ſpumeus amne,
Cærula frondoſum criſpant palmeta virorem,
Paupere ſubſidit non maxima culmine Betle,
Erigit alta Sion flauentibus atria portis
Fecerat ex montis ſiluam quam plurima pendet
Pallida bacca ſuper tardè creſcentis oliuæ.
Atque hic cœleſtes tumulos & ſindonis albæ
Relliquias, ipſumque ducem, comitemq; cateruam,

Tendenteſq; manus & toto vertice pronos
Addiderat, veterum pro relligione parentum.
Auguſtiniaci manet & conclaue *Lutheri*,
Fataliſque illic ſuperant oracula cladis,
Quæ pater ipſe manu numeris inſcripta notauit,
Et ſuper ipſe dedit lachrimas. eſt cernere pictos
Milleq; ſexcentoſq; annos. pòſt adfore dirum
Regnatorem Aſiæ, vincturum impunè catenis
Germanoſq; Italoſq; (nefas), ſeruilia colla,
Antè niſi arſuris labens polus intonet aſtris.
Imus & abſciſſis albentia carnibus oſſa
Luſtratum (Sceleton Graii dixêre) quot illic
Conuexis ſub ventre cauo pellucida coſtis,
Apparent variis animalia miſta figuris?
Nec vos præterii calamis maioribus *Humi*
Scribende, & noſtra vix exæquande Camœnæ
Geſnere, Albiaci clariſſima ſidera cœli,
Sidera Caſtoreos radiis ſuperantia fratres.
Hoſpitio iunxi dextras, vinique cibique
Colloquiiq; fui conſors. dein limina muto,
Aſcendens ripis, vitreas ad fluminis vndas,
Tertia vbi croceos pulſat Thaumantias ortus.
Torga vocat, Zythi celeberrima Torga liquore.
Turbidus hic lachrimis, properata in morte, *Lutherus*
Conſtituit tumulum vxori. maneſque vocauit.
Impreſſi tumulum plantis, oculiſque notaui.
Et te, quam miſit magni gens patria Pyrgi
Conſpexi, cinereſque tuos, Sophia inclita, templi
Oblongâ in tumbâ. Quibus altæ laudibus aulæ,
(*Wilhelmus* princeps vbi nunc tenet ardua rerum
Imperia, atque abaui venit in veſtigia auique)
Purpureas æquem portas & eburnea tecta?
Fornicis aut miros flexus, actaſq; ſub altum
In lentum latæ ſcalas teſtudinis orbem,
Quadriiuga vt poſſint temone peterita recto

Incuruata ſequi ſaliente cacumina lapſu?
Tu quoq; in Eois non abdita fluminis oris
Teutonicæ *Canræ* & nomen *Mulberga* nefandum,
Dum nos occiduæ recepit vicinia ripæ,
Obiicis hinc oculis longè fatalia tecta,
Hoſpitii & diri lateres, & flebile templum.
Aſpectu arrigimur ſubito, gemituſq; ſequuntur,
Et voces: vos ô colles, tu ſpumifer *Albi*,
Et vos Leucoreæ, fluuialia numina, Nymphæ,
Cur non ereptum texiſtis arundine glauca
Heroem, aut fluuii latebroſa in clauſtra vocaſtis?
Salue magna ducum ſoboles, decus addite cœlo
Ianfriderice: ſuas dum ſubuomet Albis arenas,
Gramina dum cingent liquidas humentia ripas
Pulſabunt vitreis piſces dum flumina caudis,
Semper honos nomenq; tuum, laudeſq; manebunt.
Et nunc carminibus noſtris te culte Georgi
Dicendum, tumuloſq; tuos, actoſq; labores
Turritis offert ſcopulis increta per auras
Miſena, illa olim cauea idoliq; ſacellum
Bennonis, nunc Saxonicis domus hoſpita Muſis.
Scilicet hi ſcopuli, ſaxa hæc pendentia mole
Prærupta, roſeo viderunt ſolis ab ortu
Solis ad occaſus agitantem pectore docto
Magnum aliquid, quo te ventura ſuperſtite fama
Non ignoraret annis labentibus ætas.
Ah fera Tiſiphone, voſq; ô immitia fata
Siccine luſtra decem medio rapuiſtis in æuo?
O obitus immaturi! te ſaxea teſqua,
Te vitrei fontes & mœſto flumine ripæ,
Te liquidi fleuêre lacus: tua molliter oſſa
Terra tegat, vigilentq; nouem ad tua buſta ſorores,
Ipſe quoq; Aſſyrios inuergat *Meinius* hortos.
Adiacet hic templi moles in monte ſupremo
Ingens antiqui, quod cum patre condidit *Otto*.

Multi fatalem cineri extruxêre quietem
Impoſitis cippis, aggeſtoq; aggere terræ,
Saxoniciq; duces & tecti tempora vitâ.
Veſtibulum ante ipſum, primoq; in limine templi
Conditur ad dextram. proprio de more ſacello,
Iam poſita inſana poſt fata *Georgius* ira.
At, dum vita fuit, furiarum prima, *Lutherum*
Accenſam contra ſtimulis agitabat amaris
Sanguineam rabiem & furiales pectoris ignes.
Ille etiam, fatis cùm circumuentus iniquis
Elector data victori conceſſerat arma,
Iamq; hic finis erat belli: mox turbine famæ
Euolat excitus properè, plauſuq; ſecundo
Cum patribus caluis & ſemiuiro comitatu
Altior ingrediens, circunfert poſtibus vndas
Igne coronatis, ſolenniq: orgia ritu
Inſtaurans, hymni lætos indicit honores,
Ipſe triumphali frontem præfixus oliua:
Exoritur cantusq; virum clangorq; tubarum,
At pater æthereus, victi quem cura ſubibat,
Aſpiciens oculis hæc indignatus iniquis,
Corripuit trifidum flammanti cuſpide fulmen,
In medioſq; iacit, magno ingeminante fragore.
Diffugiunt trepidi, cantuſq; & ſacra relinquunt.
Signa manent, vidi tactos à fulmine poſtes,
Quaq; iit, abruptos ſaxi igneſcentis hiatus.
Atq; hinc curſus erat, tenuis qua ſemita ducit
Saxonis ad ſedem, regalia mœnia, Dreſdam.
Littoreis læuam fluuius claudebat arenis,
Æthera mulcebant cantu, iuxtaq; ſupraque
Aſſuetæ ripis volucres, dextram vndiq; colles
Incluſêre caui. & quercu decliuia cingunt.
In medio valles & culti vomere campi,
Ambroſios longè ſpirantia paſcua flores,
Hortique & ramis pendentia poma reductis,

Inq;

Inq; aliis nondum maturæ collibus vuæ,
Continui ſpirant Zephri, micat aureus æther.
Crediderim ſi vera fides, per Theſſala Tempe,
Quæ medius fluuio Peneus humectat amœno,
Aut Paradiſiaci ſuper arua beata vireti,
Largus vbi pulchros fons quatuor exit in amnes
Perpetuis talem Zephyris iuiſſe teporem.
Non hic horrentes clauis & acumine ferri
Turrigeræ *Dreſdæ*, quas noctes ille dieſque
Bellator Saxo multo cuſtode coronat,
Portarum valuas, nitidos neque ſegmine pontes
Ærato, aut ternis tot propugnacula muris
Impoſita, & duplici præcinctas aggere foſſas,
Non moror vrbis opus: poſcor maioribus orſis,
Ni me deſtituat ieiuna in carmina virtus.
Dux mihi, cui portæ cuſtodia credita, miles
It læuus, medii tibi debebantur honores
Godelmanne cui me affinis amore propinquum
Gaudeo, Saxonicis præfecte haud futulis auctor
Conſiliis, animo pollens & diuite lingua.
Iam primum aërias murorum has aſpice moles,
Turritamq; arcem, cœlumque æquantia tecta,
Miles ait, forti fundata palatia cernis
Maurizio, poſtquam imperii tulit arduus enſem,
Attulit *Auguſtus* maiorem rebus honorem,
At natus, dum vita fuit, cui nomina *CHRiſti*,
Confectum dedit acer opus, limæq; labores
Addidit: hæc fatus comitem intra limina ducit.
Area lata, ingens, centum circundata pilis
Intus erat, volucres quam ſupra impune volabant,
Et liquidæ, nulla inducta teſtudine, nubes.
Hac habitata duci nitidis domus aurea gemmis,
Illac par arci contra ſe tollit equile.
In medio flaua campus ſolidatus arena
Saxa ſuper leuibus ſoliti hic volitare caballis,

Ludicriſq; duces obnixi incurrere telis,
Vtrinq; aurati præcingunt extima poſtes.
Atq; hæc luſtramus raptim ſtabulumq; ſubimus.
Delubri in morem candente niteſcere ſaxo
Ipſa pauimenta, & teretes conſurgere pilas
Cernere erat, pilaſq; caua teſtudine niti,
Atq; ipſis largum fontem prorumpere pilis.
Aſtabant centum quadragintaq; iugales,
Auro tecti armos, mandunt ſub dentibus aurum,
Centum illis famuliq; lebeteſq; ordine centum,
Et ſtrigiles totidem, poſitæq; in vertice criſtæ,
Hinc curuo ducit nos cochlea tramite in auras.
Bina hîc in longos porrecta armaria tractus
Ingredimur; ſubitoq; oculos percellimur ictu,
Veſtibulo in primo trepidi: lux tanta pateſcit,
Tot rerum ſubeunt miracula, tanta virorum
Armorumq; acies & tantus fulgor equorum;
Omnia in artifices ſimulachra expreſſa figuras.
Terni equites aſtant, ſtant contra ex ordine terni
Obuerſi intentas velut ipſa in prælia frontes,
Et totidem numero ſeries geminantur eodem
In medio, circum tenuis quos ſemita currit.
Omnes accincti gladiis, haſtilibus omnes;
Pectora loricæ circum: galeataq; ceruix:
Purpureo pendent ſubſtrati murice lumbi:
Sublimes in equis reſident, haſtaſq; prehendunt
More coruſcantum, iamiamq; in bella ruentum,
Aſt ipſi alipedes, ſolers quos extudit arte
Mentorea plaſtes, flauamq; animauit arenam,
Stant pedibus ternis, quarto de more ſub aluum
Adducto, frontemq; tenent ſublime comantem,
Fulgentes oſtro toti pictiſq; tapetis,
Fimbria quæ ſtringit triplici gemmata Meandro.
Plurimus ardeſcens gladiis atq; ære ſatelles
Claudit vtrunq; latus, fictæ cuſtodia pugnæ,

Bina hæc inter erant, fictis induta lacertis,
Argento ex ſolido precioſi ponderis arma.
Limite digreſſos tranſmittit ianua paruo,
Materies vbi viſendi & noua ſurgit imago,
Binæ rhedarum ſeries; ſua cuiq; iugorum
Ornamenta: ſuus ſonipes: ſua veſtis vtriſq;
Auro intertexta & gemmæ Garamantidos igne:
Fixi cornipedes caudas & tempora plumis,
Eois Indus longe quas miſit ab oris.
Addubites, oſtri magis argentiq ſuperbum
Gemmarumq. auriq; iubar mireris, an ipſum
Artificis decus & variæ ſpectacula formæ.
Eſſeda viſuntur viuentibus æmula cygnis,
Pluma latus cygnea tegit, fit candida temo
Ceruix, crediderìs dare per ſua colla ſonorem.
Horribiles iuxta. quæ ſunt imitata Dracones,
Corpore ſulphureo & maculis interlita nigris,
Ore vomunt ignem; aut iamiam vomitura videntur.
Eſt quod pontiuagam ſeſe collegit in alnum,
Prora illi & puppis: malum tenuere rudentes:
Roſtrato geminus leo ſub temone recumbit.
Emicat ante omnes argento inſignis & ære
Lucida natiuo, locupletibus eruta terris,
Quam tale in ſpecimen faber arte coegit & igne,
Præſtanti forma atq; immenſo pondere rheda,
Suppoſiti vitreis, viceni vtrinq;, feneſtris,
Expectant, comites lateri rhediſq; parati,
Verſicolore equites veſte & variantibus armis,
Hi curta in tunica, lorica atque enſe decori
Teutonico, ternis variante colore caballis,
Obuerſis luſtrant galeis pilenta: ſed illi
Hungaricis veniunt in equis, patriumq; ſagorum
Infima pendenti claudunt calcanea limbo.
His olim rhedis, atq; his præluſtribus armis,
Hoc aulæorum ſtellas æquante paratu

Ludi.

Ludicra pugnarunt flauo certamina campo
Viuis enſiferi cum decurrêre caballis.
Nunc tali hoſpitibus monſtrant ſeruata ſub vmbra
Venturis poliuntque annis, eademque in arenam
Campeſtrem, ſi quando volunt, aciemque reducunt.
Iamque ea perculſis vt vidimus omnia fibris,
Quatuor ingredimur foribus patefacta recluſis,
Miramurque pari decorata cubilia faſtu.
Vermiculata nitent Pario de marmore ſaxa,
Marmoreæ binis menſæ: duodenaque menſas
Marmorea in teretem complexa ſedilia circum:
Marmora lectorum binis: argentea lectis
Fulcra, ſed auratis flauentia cingula fulcris.
Stragula dependent Sidonidis aurea dextræ.
Scilicet has menſas multo cratere coronant
Regificiſq; onerant epulis, ſi quando niteſcunt
Hoſpite ſolennes peregrino principe luxus,
Magnificiſq; bibunt conuiuia publica gemmis.
Idcirco illuſtri natiui mole metalli,
Morem in fornacis, paries ſuffultus ahenis
Æris inardeſcit radiis: ſimulachra ferarum
Margine mira iacent altis execta fodinis.
At ſublimis eques terebrata conditur aluo.
Hic, quoties cœcis laxata foramina vinclis
Soluuntur, lento veniens ex carcere greſſu,
Quantus in arma patet: magnum cratera, coruſcis
Amplexus digitis, libato margine, portat
Conuiuæ; & miro ſpectantum vtrinq; fauore,
Inflexa defert galea, mutoque cupitos
Aduentus læti ſigno gratatur amoris.
Obſtupui, inſano guttur diductus hiatu,
Nec vidiſſe ſemel ſatis eſt, iuuat vſque morari.
Digreſſum donec duro increpat ore ſatelles.
Anguſto oblongos amplexus limite tractus
Eſt propè, contiguæ ſtabulum quo nectitur arci

Tran-

Tranſitus iſta recens, cunctorum hic nomina regum,
Saxonicis qui ſunt præfecti ab origine rebus,
Bellaq; pacificaſque manus, genteſque ſubactas
Atque rebellantes fortunæ vtriuſq; tumultus,
Morteſq; intueor diras & mitia fata,
Cuiq; ſuus ſignat quæ ſcripto in carmine limes.
Hic nondum ætherei tinctos aſpergine roris
Ille tenet tinctos paries; medio itur in ipſo.
Exin poſtica mihi panditur area porta
Pergenti in valli tumulum: inſatiabilis alta
Illic in cauea ferro concluditur ales
Struthio robuſtos quantus conſurgit in armos?
Vngula quanta pedes ſulcat ceruina bilices?
Gutture quantus hiat? quales euerberat alas?
Hei mihi! dii talem terris auertite peſtem.
Interea raucis geminati incudibus ictus
Auditos referunt gemitus, vbi proximus ignis
Vltimus argentum coquit & ſub forcipe verſat.
Maſſa fatigatur; fiunt ſub verbere ferri
Saxonis inſcripti præluſtria nomina nummi.
Quæcunq; infernis radicitus eruta ab vmbris
Tergemini mittunt non debita fœnora, montes,
Extremo hic demum flammis diffuſa liquore,
Artifici niueos tertu conflantur in orbes.
His animaduerſis, armamentaria magna
Longinquo vici petimus ſubmota receſſu.
Contorta è cornu quanta interualla reducto
Tranſoluat, aëreum per inane, volatilis ornus,
Sena pari ſpacio tabulata recluſa pateſcunt,
Diſtincta armorum telis loca plena coruſcis.
Ferrea ſufficiant vix tantis guttura rebus.
Hamis conſertæ loricæ auroque rigenti,
Inſigni ſpecie atque immani pondere balthei,
Illuſtres galeæ, criſtæ, curuæque ſecures,
Enſeſq; clypeiq;, veruta acreſq; bipennes,

Digitized by Google

Romphææ & nitido præfixa haſtilia ferro
Viſuntur. caſtuſq; graues, monumenta vetuſtæ
Militiæ, ſero pendent ſeruanda nepoti.
Bombardæ genus omne, iacent, ſua cuique ſuppellex:
Laxati pendent arcus, & ſpicula terſa,
Fundæ, malleolique & acuti tympana belli,
Squallentes auro phaleras & ephippia & oſtro,
Mille ſuper ſcuticas, ſuper & calcaria mille,
Alipedum plumas, auro flauentia frena,
Quis tantum ſeſe ore ferat. qui flumine linguæ
Exuperet? cedat Romana potentia, cedant
Bellorum portæ & Martis tabulata recluſi,
Ars numero certat, numerum precioſa metalla
Exæquant, ſed cuncta ſuper terſiſſima ferri
Munditics, ſpeculi in morem, ſtellaue cadentis,
Tergendi centum tanta eſt induſtria ſeruis.
Non mihi ſi linguæ centum ſint, oraq; centum
Fœcundoq; decem rumpam de pectore Phœbos,
In tantos dignum potero me ferre paratus,
Quæque oculis hauſi ipſe meis æquare canendo.
Deficio attonitis obmuteſcoque medullis.
Lucifer interea geminus conceſſerat aſtris.
Diſceſſus ſpecto & portam, pauca ante locutus
Leiſero, labiis manant ſpumantibus amnes
Cuius inexhauſti. & mira dulcedine raptos
Verba ferunt animos, patriæ vernacula linguæ,
Dii ſeruate virum veſtri cui numinis ardor,
Cui pia relligio cui vita ſacerrima curæ.
Albino quoq; me inſinuo, linquenda propinquat
Friberga monſtrans aſcenſum ad culmina porta.
Hic primum occiduo curſum deflectimus *Albi*.
Ditior exectis æris Friberga cauernis,
Vbere quam glebæ (ſed diues & vbere glebæ)
Nariuas oſtentat opes & viſcera terræ.
Spelunca alta fuit (quales in montibus illis

Mult

Mulæ oſtenduntur) vaſtoq; immanis hiatu.
Cocytum iure, furui & ſpiracu'a Ditis
Peſtiferas aperire fores. nos cannabe cincti
Agreſti (hunc morem poſcunt anguſta viarum
Sudanti tactos fœdantia ſandice limbos)
Inſtructi monitis ſimul ante Deumq; precati,
Cœca per antra, cauæ montis demittimur aluo.
Nitimur & plantis & fide forcipe dextræ.
Crura infra, aſt oculos ſupera in conuexa tenemus,
Ne via & in piceum præceps deſpectus Auernum.
Perculſas ſubita ſoluat formidine palmas.
Lux abit, horrenti mox circumfundimur vmbra,
At noctem tenuis ſoluunt funalia lychni
Præuia: deſcenſu ſcalas euaſimus octo,
Saxoſo totidemq; iterum totidemq; meatu,
Laſſati terno puteique reſedimus ore,
Inde gradus aliquot prona deuoluimur aluo.
Saxa ſuper preſſa impediunt tangentia terga.
Hic demum in ſolido via facta ſecuribus ære.
Imus in aduerſum & flexa ceruice ſedemus.
Aſtabant nudi Chalybes, cornuq; gerebant
Exiguas faculas, faculis horaſq; dieſq;
Emenſi & noctes, ſcopuloſq; Adamante ſecabant
Et ferro, ſcopuliſque ſimul concreta metalla,
Dulciſona durum minuentes voce laborem.
Traxerat hic ſolidos argentea vena canales,
Aſt alibi ſterili ſudabat malleus ictu,
Nequicquam & lætos fallebat ſcoria cantus.
Quid memorem celſaſq; rotas, funeſq; rotarum,
Exque ima tractam tellure capacibus vrnis
Argillam ſimul & ſcopulos, ochramq; rubentem?
Quid facta in lapſum prono fulcimina monti,
Arboreamque domum? & fontes per opaca ſonantes?
Et cœcis ſtrepitum facientia flumina terris?
Omnia iam vulgata venuſti carmine Cordi.

Ili-

Ilicet in ſuperas connixi erumpimus auras.
Tranſmittit media *Moldam* vicinia valle,
Saxoſas querulo pulſantem gurgite ripas,
Ad ripas detonſa cauis ex montibus omnis
Materies vehitur plauſtris ingentibus,atq; hic
Igniuoma toties fornace recocta liqueſcit,
Dum recrementi deſudet inutile pondus,
Secernat purum ſeptenaq; flamma metallum,
Intus perpetuis nigricantia tecta fauillis
Contortoſque rotæ vicinis fluctibus axes
Vidi atque attractas taurinis follibus auras.
Vidi & flammantes rapido carbone caminos,
Æſque rude ignitis iterumq; iterumq; refuſum
Ima per antra focis,reliquumque ex mole recocta
Argentum:atque adeo quid non mirabile vidi?
Qua non obſtupui commotus imagine rerum?
Nec minus vrbani nobis penitralia templi
Mauricii ducis oſtendunt è marmore tumbam
Sublimem augustam;quam plurima margine circum
Bella viri, & ductos pro libertate triumphos,
Famæ & vernantis crudele in limine lethum
FABritius numeris olim ſignauit & annis.
Viginti ducibus prope (ſic audimus) & vni
Eſt data fatalis requies:auus omnibus, idem,
Aut pater aut thalami vinclis affinis, & ipſe
Hic ſitus,Henricus, cui nondum erat aureus enſis.
Idem cum ternis,natis ambobus,& vno,
Enſiferis, nuper terris abeunte nepote,
Totus inaurata, viuos imitante colores,
Effigie rutilat, membris rubicundus ahenis
Quatuor inde virum defixi in pariete trunci,
Tres hinc fœminei contra:decor omnibus idem,
Flauentes auro crines,flauentia colla,
Incluſæque auro ſuræ:vidi omnia vidi,
In niuea legi ſeptenaq; nomina calce.

Singu-

Singula quæ circum poſtquam me duxit amico
Suſceptum hoſpitio, laticeſq; indulſit odoros
Doctrinæ & mentis ſpecimen *Madeburgus* auitæ,
Lipſiacas petimus portus, & flumen Elyſtri,
Binæ vrbi palmæ geminiq, inſigne decoris,
Hoc Phœbus velit & Muſæ, Cyllenius illud.
At Muſæ nobis & Muſis dedita cordi
Pectora, iam primùm faciles dat *Groſius* aures,
Dat mites victus, dat opimi dona Lyei.
Schilteriq, vtinam mihi *Dreſſeriq,* petitos
(Nunc etiam indoleo) non ſors inimica negâſſet
Amplexus! cupiebam equidem limenq; ſubibam.
Ecce autem, inuecti rapidis ante ora quadrigis,
Euadunt celereſq gradus, oculoſq; ſequaces.
Cauſa patet, tremat vt tantis cenſoribus altæ
Miſinæ, Grimmaq, ſimul *Portaq,* iuuentus.
Illi abeunt tunc *Albinum* de more ſaluto,
Cui citharæ canor & chordæ cui carmina curæ.
Conditur innumeris ibi Bibliotheca libellis,
Ampla augusta, ingens: conclauibus abdita binis:
Quini terdecies plutei pluteiſq; catenæ,
Multa manus veterum per priſca volumina currit.
Conſector titulos, foliiſq; volumina verſo.
Credo equidem his ſcamnis, hæc inter caſtra librorum
Æſtiuos olim ſoles, cum ſolibus vmbras
Ille ſui exegit Phœnix *Camerarius* æui.
Nunc famæ æterno ſublatus in æthera plauſu,
Ante alios felix fortunatuſq; laborum,
Exoluit tumulo cineres, cœlumq; petiuit,
Acceſſi tumulum maneſq; animamq́ vocaui.
Tranſgreſſi, veſper cum declinabat, Elyſtrum
In latus æſtiuum fœtum venientibus auſtris.
Soluimus in placidum *Lucelæ* membra ſoporem.
Cum ſole emotis cœlo ſurgente tenebris,
Tendimus ad dictam ſcopulis candentibus vrbem.

Hîc primùm, ante, *Sala*, longe veniente fragore,
Littoreum audimus fremitum & crebreſcere murmur;
Saxonicaſq; ſimul procul apparere Salinas
Conſpicimus, quas præter, aquis donatus Elyſtri,
Ille per irriguas valles, per pinguia culta.
Cœruleo illabens tandem ſe proluit Albi.
Nos contra aduerſa ripas conſcendimus vnda.
NAumburgi mora parua tenet? data dextra Roſino,
Colloquiiq; vices, hauſti vuarumq; liquores,
Et perluſtratæ templi cathedralis arenæ.
Panditur in noctem vicinæ ianua *Portæ*
Inde Turingiacos campos, inde humida prata
Vdo intermedios modo limite ſeparat amnis.
Ocyus inſtrato tranſimus littora ponte,
Et ſimul apparent cliuoſæ mœnia *Ienæ*,
Et circum colles, incretæ & collibus vuæ.
Iena quidem, neq; molle capax, neq; mœnibus ampla,
Diuite nec cenſu, neq; diuite fœta metallo:
At Muſæ & Charites & mœnia fundat Apollo,
Aonidumq; illic feruent & Apollinis artes,
Innumeri artifices, quis te celeberrime, linguam
Neſciat & *Mollere* tuam, tuaq; inclita facta?
Teue Meduſeo ante alios imbute liquore
Reuſnere, immenſo quondam cui captus amore,
Ipſe ſuas artes, ſua munera lætus Apollo
Flectra manu, citharamq; dedit cantuſq; ſonoros?
Ah me infelicem! quæ non ego carmina legi?
Quos non affatus veſtro meditatus honori?
Vt veni, Caurus ſpes & ludibria vana
Obruit. hei noſtros alii amplexantur amores.
Sed non ſubductum mihi te voluêre puellæ
Mnemoſides, nulli vatum *Rhodomanne* ſecunde,
Seu Latia ora velis ſeu Graia accendere cantu.
Teue Palatini lauro dignate Meliſſi
Pratori, ingenii decorant cui munera mores,

Gratior & pulchro veniens in corpore virtus.
Vos & quos reprimo, prælustris imagine pompæ
Vna omnes dedit ille dies, notæq; calendæ
AVGuſti, poſitis regni cum faſcibus acer
Virgilius, ſtomacho multùm indignatus amaro,
Atq; excandeſcens inſanæ labe iuuentæ,
Sceptrorum indulgens *Schrodero* ceſſit honorem.
Latè tendebat locus, aulæiſq; micabant
Inſignes cathedræ, mille & ſubſellia circùm,
Illuſtres aderantq; duces, iuueneſq; Barones,
Infraq; & circà ſcamnis infuſa iuuentus.
Audiui & legum tabulas & ahenea iuſſa.
Ille dies epulis datus illecebriſq; Lyæi.
Poſtera cum roſeis aurora invecta quadrigis,
Admiſſi pluteos diſcuſſimus, aureus illic
Certa recurrentes capit incrementa per annos
Theſaurus, primis ponens fundamina tectis
Tam magnas indulſit opes Fridericus & augent
Amplificantq; etiam donaria priſca minores
Regis opus; ſuus ornatus ſua cuiq; ſuperba
Mundities, bulliſq; nitent & pelle politâ
Præterea tabulæ pendent ſub fornice centum,
Immaneſq; globi: Sphæræ ingenteſq; rotatus,
Quadrantes, radiiq;, licet tellure morantem
Hic oculis totum liquidis percurrere cœlum
Stellarum lunæq; vices, Soliſq. recurſus.
Nec minus & maria & terras penetrare per omnes,
Europam atq; Aſiam, Libyæq; calentia regna,
Iamq; pererratis pleriſq., vbi tempora poſcunt,
Tendimus inde viam tonſiſq; incedimus agris,
Mergitibus iam porrectis iam falce calente.
Sed fugit interea fugit irreparabile tempus,
Singula dum capti circumuectamur amore
Et via longa ſuper: ſpatiis *Erfordia* latis
Iam primùm viſenda; nigra nemus abiete cinctum

Inde Turingiacis peragrandum immane ſub aruis.
Mox *Noribe ga* vocat.clarum *Altorfiq;* Lyceum.
Hinc Bauaros campos,atq; Ingolſtadia vidi
Mœnia,tranſgreſſus vicina binominis Iſtri
Littora iamq; Lycus candentes ducit ad alpes
Perpetua niue.ſed citra veſtigia fixi,
Auguſtæ.quâ Teutoniæ non pulchior vlla
Vrbs micat:hinc Vlmam pergo, celebremq; Tubingam.
Atq; hinc Briſgois in finibus alta pererro
Harcynii nemoris ſaxa,in cœlumq; minaci
Vertice tendentes ſcopulos:regalia donec
Tecta Argentina oſtendit cum flumine Rheno.
Rex Germanarum meritò qui fertur aquarum.
Flumineo hinc relegens curſum deſcendo phaſelo,
Omnes perluſtrans Rheni in confinibus vrbes,
Iuſtitiæ ſedem Spiram,Aonidumq; miniſtram
Heidelbergam,vdi ſpumantem littore Nicri,
VVormatiam inde,Moguntiaciq; ſuburbia muri
Et *Francofurtum*, Menus quo conuocat omnem
Mercatu celebri Europam,ſpectator & ipſe
Mercibus intereram & librorum mille tabernis.
Hinc loto calidis immergor corpore thermis.
Nauigio lapſus,pagos atq; oppida multa,
Siue Moguntinus ſeu vectigalia poſcat
Dux Treuerûm ſeu Naſſoiæ comes inclitus,atq;
Rhenigenûm princeps Vbiorum aliiue patroni,
Vineta & montes præteruehor inter amœnos,
Dum mihi truncatâ ſpatioſa *Colonia* turri,
Prolata Auſonii pomœria monſtrat Agrippæ.
Hic animus fuit aut Belgæ vicina ferocis,
Cum pingui Friſiâ vel VVeſtphala viſere rura:
Sed graſſator eques claudebat opaca viarum.
Ergo metus expers redeo,quâ proxima meta eſt,
Per Bergæ colles,ſiluiſq; horrentia teſqua,
Tranſeo Naſſoiæ fines,vbi condita Siga,

Surri-

Surripit Herbornæ Muſarum & Palladis artes.
Haſſia deinde patet,doctorumque atria Martis
Vrbs Lanuſq; aperit:Caſſellis panditur aula.
Aruaq; Guuelfiacis ducibus regnata propinquant.
Harcynias iterum ſiluas & frigora vinco.
Goslariæ ſubeo portas, *Iulique* Lyceum,
Brunſuuigamq; amplam:iamque in vicina reuerſo
Limina,Marchiacos reddit Soltquella colonos.
Vandalici hinc pagi,vaſtus tranſitur & Albis.
Donec in *Vlrici* terras & ſceptra relabor,
Soſpes & in roſeas refero veſtigia valles.
Atq; hic finis erat curſus,hæc meta laborum,
Sed ſi quo cepi pertexere ſingula filo,
Quàm multa antiquis monumenta reperta columnis,
Quod coram amplexus doctos ſim nactus amicos,
Ceperim vt auguſtis conuiuia publica menſis,
Miſſaq; in hoſpitium biberim Bachëia dona,
Vtque vnum perluſtrârim & duodena Lycéa,
Et quæ vitârim trepidi diſcrimina lethi,
Omnia per latos vellem diducere campos,
Ante tenebroſo ſe nox inuertat Olympo.
Et iam ſat longis ſaturæ garritibus aures
His tibi,credo,dolent ſtudiis operata iuuentus.
Illa alio venient forſan tingenda colore.
Atq; alio dicenda loco,ſpes ſi qua futuri eſt.

Ad Chriſtum Saluatorem pro felici peregrinatione.

CHriſte per humanos puer explorate labores,
Inque peregrinis aduena facte focis,
Ibo longinquas non cognitus hoſpes in oras,
Tu comitem mecum fer precor,ipſe pedem.
Tu mihi cum verax prodas oracula vates,
Augurium quonam certius ore petam?
Siue per immanes pedibus libet ire colubros,
Siue leoninum calce ferire iugum,

Calcati, dixti, ponent aconita colubri,
 In te compeſcet guttura clauſa leo.
Quis nunc deriſæ deſcendat in antra Sibyllæ,
 Talia cum vates tu mihi fata canas?
Ergo age promiſſis veracibus omnia confer,
 Experiar certam te tibi teſte, fidem.
Commoda tu melius, meliuſq́; incommoda, quam
 Quæ peregrinanti ſunt metuenda, vides. (nos,
Inq; tuos quæcunq; vides, arceſſere nutus,
 Iam licet adfuerint iamq́; propinqua, potes.
Spicula quis medio frenare volantia curſu,
 Quis melius fluuias ſiſtere nouit aquas?
Ignis & vnda tuis iuſſis miteſcit & aër,
 Fulmineas audit brutaq; terra minas.
Ponunt mortales Adamantina corda, receptat
 Brutorum tanto numine frena rigor.
Conſule, quicquid erit, quencunq; auerte timorē:
 Inſidiis Orci nil queat atra cohors,
Abdita nil in me diri ſpelunca latronis,
 Hoſpitis aut peior facta latrone domus.
Quanti erit hac vili conſpergere gramina guttâ,
 Aut tenui loculos exuere ære meos.
Miteſcat feritas in me cicurata leonum,
 Compeſcat rictus vipera torta ſuos,
Ignea flammantes ſupponat turba lacertos
 In lapſus alâ præpete rapta meos.
At fugiant morbi, ſemperque per integra manet,
 Igne ſalutifero qui iuuet, oſſa calor.
Ah miſer & ſi quem (quod tu prohibeto) retentum
 Obruit externo ſæuior orbe lues.
Non ſoror aut illic madididis pulſata lacertis
 Languentes coniunx aſſidet ante toros.
Quis premeret molli morientia lumina dextrâ,
 Aſſyrio & cineres ſpargeret imbre meos?
Sic reducem teneat me flens in limine mater,

Vt vitæ toto tempore gratus agam.
Depoſitis flammis, fictiq; Cupidinis igne,
Mox veniam vates in tua ſacra nouus.
Hic te natalis deducam è limite terræ,
Inq; tuas current carmina noſtra vias.
Dicam Betlemicis tolerata cubilia cunis.
Longinquum grauidæ cum patre matris iter.
Vtq; illic fueris non tantus cognitus hoſpes,
Nec ſuper vda Phari littora quantus eras.
Quis fuit, extorri qui conciliauit amicum
Iſacidæ, reduci quis dedit ampla bona?
Excipiunt Medi quo conciliante Tobiam
Et non ſperata naſcitur vrbe ſocer?
Per mare, per fluuios, per inhoſpita teſqua per ignes
Gens cognata tibi quo duce tuta fuit?
Candentis rapido quis texit in igne camini
Illæſâ ternos non ſine veſte viros?
Hac te mactabo, veniant modò tempora, laude,
Viribus aggrediar nec nimis ampla meis.
Æquem ego Dauiden cantando vel Orphea, tantus
Si mihi clangenti regnet in ore Deus.
O mihi quanta lyræ naſcetur idonea cultæ
Materies: quantus vox mea plauſus erit?
Me quoq; ſubtexam, ſi ſerues munera vitæ,
Muneris & fiam pars quotacunq; tui.

Ad Martinum Marſtallerum, ante profectionem.

DIi bene quod vertant, caro valedico ſodali,
Hinc procul externas dum libet ire vias.
Hunc tamen antè diem genialibus addere menſis
Inter amicorum pectora culta iuuat.
Abiice pauliſper tetricos Martine labores:
Quis ſcit an ad patrios ſim rediturus agros?
Quamuis errores nolim tentare Columbi,
Primus & Americus quod trabe fecit iter,

Vix tamen occultum potero vitare latronem:
Ex inſperato ſæpe ruina venit.
Nunc coquit æſtiuas flammata Canicula meſſes,
Corporis hæc tinget membra peruſta mei.
Mox eris incertus, reducis cum videris ora,
Fuſcus, vt, exieram qui, negat eſſe color.
Nunc & diſploſis ſupra caput impluet imber
Nubibus, & iuxta fulmina miſſa cadent.
Aſpicient ruri me ſidera ſæpe cubantem,
Sæpe nec inueniet lumina noſtra ſopor.
Si tamen ignoto commiſero membra cubili
Hoſpitii fiet quæ mihi tuta fides?
Quis gelidam præbebit aquam, quis ſtragula feſſo?
Deponet tunicas quæue puella meas?
Hæc mihi tunc venient; ſed nunc lætemur amici:
I puer, affuſo cymbia tinge mero,
Atq; age conuiuis virides diſpone coronas,
Et Myrti noſtrum contege fronde caput.
Gaudet amor myrto: tenerũ veneremur amorem,
Proueniat noſtris ſi modò myrtus agris.
Huc, iubeas noſtram, veniat redimita puellam,
Et bibat in reditus pocula terna meos,
Pocula terna bibant conuiuæ & pocula votis
Conſignent, priſci ſic ſtatuêre patres.
Tu noſtræ cuſtos Martine legére puellæ,
Inque tuam veniet tradita virgo fidem.
Sed quæ tutelæ fuerint, ſimul accipe leges,
Non eſt vile mihi caſta puella bonum.
Huic quæcunq; voles modo non laſciua, loquêris,
Laſciua irritant debile verba iecur.
Scilicet & vultus blandoſq; licebit ocellos
Spectare, obtutu nulla puella perit.
Nec poterò iraſci lateri cum iuncta ſedebit,
Aut ibit lateri iunctior illa tuo.
Oſcula & amplexus & lecti deprecor arma,
Hæc tria ſi tuleris, fidus amicus eris.

In-

Interea noſtros ſolabitur annulus ignes,
Eſt mihi promiſſi qui datus arra tori
Illius, inſculptæ frontem complexus amicæ,
Parte ſub obuersâ lucidus ardet onyx.
Siue ego nubiferas agili pede tollar in Alpes,
Siue per Hadriacum duxero vela mare,
Huic, deſiderio quoties tentabor amaro,
Appreſſis figam baſia mille labris.
Nec minus illa meos reditus optabit in horam,
Meque nimis longâ dicet abeſſe morâ.
Tunc illam miti placabis amice ſuſurro,
Promittens reditus approperare meos.
Sin fortè (in ventos raptum tamen auolet omen)
Fata mihi abſenti fila ſuprema legant.
Cum volet ad manes noſtris comes ire ſepulchris,
Crudeli inſontes vi cohibeto manus.
Si libet, & noſtræ flammas tibi ſumme iuuentæ,
Non animâ exutum me tuus anget amor.
Sume tibi & veterum fuerit quodcunq. librorum,
Et quæcunque meâ ſcripta notata manu.
At mea præproperi iuuenilia carmina torni,
Omnia tu rapidis trade cremanda focis.
Nunc vos ite procul curæ, meminiſſe futuri
Nil iuuat: huc cyathos, huc puer adde merum.

Ad Nicolaum Reuſnerum.

SIC deſiderio fruſtra tabeſcit inani
Hæmonis Hæmonii Laodamia viri.
Huic tamen aſſurgit paſſis vmbratilis vlnis
Quamuis captantes fallat imago manus.
Me neque vera tuæ tetigit pellacia frontis,
Nec mendax ſomnos attigit vmbra meos.
Quid mihi vobiſcum pueri, Miſenaq; tecum?
Contigit ille tibi, quem mihi nemo dedit.
Tantine ergo rudis fuerant exanima pubis,
Euentus caperent ne mea vota ſuos?

Iam tacita erectam tentabant gaudia mentem,
Cum legerem flaui littora curua Salæ.
Et licet exiguos Procyon ſæuiſſet in artus,
Et mea ſudatâ membra rigâſſet aquâ.
Exciderant omnes, tuleram quoſcunq; , labores,
Et ſi quid paſſus, non male paſſus eram.
Perrexi & puram ſumpſi de flumine lympham,
Et laui infectas rore madente genas,
Paulatim & linguâ, quo te lenire volebam
Affatu, cœpi præmeditante loqui,
Compoſitoq; ſinu, ductiſq; in leuia rugis,
Ad pulſas digitis mollibus aſto fores,
Cum percontanti de te procul vrbe profectum
Intrepido durus ianitor ore refert.
Falce nouâ tonſæ veluti labuntur ariſtæ,
Et folia vt primo frigore lapſa cadunt,
Mens cadit icta mihi, cadit & cum ſanguine vultus,
Chytræi è manibus littera & ipſa cadit
Quid facerem ? tacitam defigo in limine frontem,
Et propriam cœpi iure dolere vicem.
Per mea fata tuam mihi ſed contingere dextram
Felici coràm ſi licuiſſet aue,
Iuſſiſſes poſito, vellem quæcunq; pudore,
Diductâ in mitem reddere fronte ſinum.
Illic diſcuſſo per ludricra dicta rubore,
Quæſiſſem miſſis ſeria pauca iocis,
Rimatus bifidi diuina ſacraria collis,
Quo duce ſecretum ſic penetràris iter ?
Quis feſtinanti callem præiiſſet Apollo,
Quo tua tam dulci fonte leuata ſitis ?
Inuidiæ ſtimulis ſi non torqueris amaris,
Iam poſſem monitis certior eſſe tuis.
Non tibi quo parili ſperem contendere greſſu,
Aut animos vrat tanta libido meos,
Non cupit arcanam lauri mordere medullam

Co

Contenta ambeſo cortice noſtra fames.
Sed mihi ſi tenuis dentur libamina grani,
Ille mihi grani guſtus aceruus erit.
Iam,quia me nullos præſentem miſit in vſus,
Quod doleo, alloquii copia adempta tui,
Mille tuos verſo non magna mole libellos,
Sed magnæ netos mentis & artis acu.
Non ita cerati lucent imitamina vultus,
Sic referat faciem nulla tabella tuam,
Totus vt hic ipſo te ſtas depictus Apelle,
Viuus & ingenii dat ſimulachra color.
Huc agite, hic viridem iuuenes decerpite frondem,
Vt tetigi, certè laureus exit odor.
Quis ſcit an hinc titulum rapiam nomenque Poëtæ,
Atque vtinam! votis ſed dabo frena meis.
Parua mihi teneræ ſaterunt vmbracula myrti,
Æternis laurus te tegat alma comis.

Ad Laurentium Rodomannum.

ITe leues Elegi, celerem perferte ſalutem
A gelidis Balthes. hinc vbi dego, vadis,
Huc vbi vitiferas inter Sala lapſus arenas
Ambeſam leni murmure pulſat humum.
Iena Turingiacas interque celebrior vrbes,
Sidereo magnum deuocat axe Deum.
Qui me præſenti fouit Rodomannus amore,
Excipiet miti vos quoque credo, manu.
Sed matutinam turbare cauete Mineruam,
Totus in arcanis tunc ſolet eſſe libris,
Siue illi Latius, ſiue illi Graius Apollo
Subiiciat doctæ non leue mentis opus.
Prandia cùm feruent & adulti pocula Bacchi,
Hæc fuerit veſtris mollior hora iocis.
Dicite, digreſſus non immemor ille ſupremi,
De reditu quæret plurima quando meo,
Vt tres immenſes peregrinæ puluere terræ

Opplérim

Opplêrim laſſos, impediente pedes.
Seu ſtetit in cœli præruptus nubila vertex,
Sub cane quem nebulis multa repleuit hyems.
Traxit præcipitem ſiue addita vallis hiatum
Vtrunque, vt potuit, dicite, vicit iter.
Vicit & æſtiui flammantem ſideris æſtum,
Vicit & hibernæ frigora prima niuis.
Danubii ripas, Rhenique ſubiuit & Albis,
Sæpe famem ſenſit, ſæpe venire ſitim.
Quid pius Æneas, quid non catus egit Vlyſſes,
Per mare, per terras quanta tulêre mala?
Illa quoque in ventos non eſt operatus inanes,
Talis ei peperit commoda magna labor.
Omnigenum mores populorum vidit & vrbes.
Vidit & hic veterum tot monumenta virûm.
Quot feſtinanti torſit veſtigia plantâ,
Quot ſparſis humeros impluit imber aquis.
Quicquid agit pictis obſcurior vmbra tabellis,
Ipſi oculi certi ſunt in agendo duces.
Nunc vbi labuntur, benè nouit, & Iſter & Albis,
Et quantas voluat Rhenus & Iſter aquas,
Inprimis doctos venerans & dedita doctis
Luſtrauit præter torna Lycéa decem.
Sumſit honaratis conuiuia publica menſis,
Miſſa ſub hoſpitium publica vina bibit.
Iam dulceſcentis regreſſus ad ocia Muſæ
Ludit Apollineâ carmina blanda fide.
Interdum & iunctos inter memoranda ſodales
Cum viſi longæ differit acta viæ.
Sed quia noſtra carent viuacibus æquora lauris
Penè catenato ſemper operta gelu,
Antè Palatinos illum comitatus in hortos
Quadruplici inſigni nobilitatus eques,
Æterna iuſſit decerpere fronde coronam,
Cuius ei coràm ſponſor & auctor eras.

Ecqui

Ecquid honorato plaudens aſſurgis amico?
Optat; inoptatus te iuuet ire ſuos.
Hoc te REVſneros, quiq; eſt tuus incola, vatem;
Communi per nos poſcere voce iubet.
Fortè nouo fiet mox vt plaudatis honori,
Neſcimus, limen quis modò pulſet amor.
Hæc vbi porrectâ dixiſtis ſingula fronte,
Compoſitis, Elegi, claudite labra ſonis,
Ite, leues alâ peruertite remige ventos,
Reſponſi noſtrum iam quatit aura iecur.

Ad Martinum Marſtallerum poſt perfectam peregrinationem.

NOlis ſollicitas formidine rumpere noctes,
Sidereo feci milite tutus iter.
Gratantis potius plauſum meditare fauoris,
Lætus & in reditus dic bona verba meos.
Vina bibi tecum digreſſu mœſta ſupremo,
Vina redux veteri mutua more bibam.
Antè ſed æthereo patri ſoboiique parentis
Promiſſis ſoluam debita vota meis.
Nam modò, cum ſumptâ, circumdatus enſe, lacernâ,
Dixiſſem verbis vltima verba tuis,
Diſcidii præſens me contriſtabat imago,
Et labor & duræ tædia multa viæ.
Lentus eram, fortibuſq; ipſis me ſponte tenebam,
Solatus paruâ tempora longa morâ.
Quô miſer, inquibam, tendo? cur ſidera muto?
Quid iuuenem mediis cogit abire roſis?
Vt curſu cedant me ſoſpite cœpta ſecundo,
Commoda quanta mihi res tamen iſta feret?
Nunc Canis æſtiuos ignes, brumæq; pruinas,
Cumq; fame ardenten nunc tolerabo ſitim,
Nonne foret melius ventos audire cubantem,
Et ſomnos molli continuare toro?
At pudor eſt, iuuenis tacitis inglorius annis

Si piger

Si piger alatam non imitatur auem
Scilicet externi radiis nigreſcere ſolis,
Magnum fert nobis, iudice plebe, decus.
Hei mihi! quas dicunt ibi nubila tangere ſiluas,
Siluas quamque truces, quotque habitare feras?
Hiſcere præruptas quas ima in tartara valles,
Vallibus enaſci flumina quanta ferunt?
Hîc per ſaxa mihi quis pandet inhoſpita callem?
Quem comitem lateris, quemue tenebo ducem?
Christe per humanos puer explorate labores,
Tu comitem mecum fer, precor, ipſe pedem.
Tu potes in mediis dux eſſe ſalutifer vmbris,
Te duce ſuſceptum fecero ſaluus iter.
Iubila tum noſtris tibi quanta canentur in hortis,
Me diſcent ipſæ carmina vate roſæ.
Talibus oranti dictis valuaſque tenenti
Admotâ clemens annuit aure pater.
Senſi vel tenuem viſus ſentire ſuſurrum:
Felici, quò vis, i pede, tutus eris.
Tuta peregrinis poſui veſtigia terris,
In patrio tutum nunc lare pono pedem.
Sume lyram, votis Martine teneris iiſdem:
Communi debes ſoluere vota die.
Dicemus ſummumque patrem, natumq; parentis,
Quique per amborum numina numen habet,
Vt Deus hoc nitidi ſuſpenſum fornice cœli
Condiderit magnæ molis & artis opus.
Mox & inexhauſtum Christi dicemus amorem,
Inque cruentatum ſpicula fixa latus.
Sic iuuat & fas eſt hodiernam ducere lucem,
Debentur ſuperis prima, ſecunda mihi.
Nunc mecum ſacris accendito barbita plectris,
Craſtina feſtiuas lux dabit orta dapes.
Ebrius amplexæ te percontabor amicæ
In reditus, lachrimas, quotquot iêre meos.

Ipſe metus referens vitata pericula noſtri,
Scribam confectas in tua vina vias.

Ad Henricum Meibomium.

Legi miſſa tuis anagrammata culta tabellis:
Quàm noſtri eſt illic ingenioſus honos!
Legi & non minimum me, te cenſore, Poëtam:
Siccine, quodcunque eſt, fallitur omnis amans?
Quamuis arcanis animum pulſantia fibris
Condiderim tacito gaudia noſtra ſinu;
Non tamen abſtinuit pudibundæ purpura frontis:
Illa verecundas tinxit honeſta genas.
Iſta vel inductis præconia tolle lituris,
Vel tu Mulcibero redde cremanda ſeni.
Me tenui ſparſit natura puerpera guttâ,
Non bibit ex largo flumine noſtra ſitis,
Hoc potet toto depleto fonte Roſina,
Et Paullum præto lumine blanda notet.
Poſthius & culti proles rediuiua Secundi
Diuidat Aonio carmina tincta lacu.
Ante alios vectus *Reuſnerus* ouantibus alis
Bellerophonteo terga reclinet equo.
Tuque *Grutere* tui numeroſa pericula Belgæ
Clangentis famæ non ſine laude fleas.
Scilicet & faſtos viceſima proferat æſtas,
Illis *Chytræus* quos bene lauit aquis.
Nec minus emiſſæ niueæ ſaluete Columbæ,
Hoc poſuiſſe liquet vos quoque rore ſitim.
Accubet & magni *Rodomannus* alumnus Homeri,
Ille cui linguâ ſtillat vtraque liquor.
Sed quis te taceat? veteres reminiſcere luſus
Docte *Vterhoui*: palma ſuprema tua eſt.
Auſim nominibus ſi me ſubſcribere tantis,
Icarus Icariis fecero nomen aquis.
Men' vis *Meibomi* Zephyris debere ruinam?
Quæ mihi tranſcribis præmia, ſume tibi,

Ipſe

Ipſe cororatâ tu ſcribes carmina fronte,
Sufficient noſtris myrtea ſerta comis.
Optimus vt non ſum, (qui ſum te vate) Poëta:
Optimus vt quicquam credis, amicus ero.

Memoriæ Chriſtiani Mollert comitis mei in itinere, paucis diebus poſt reditum extincti.

QVid nos exterrent rabioſi murmura Nerei?
Cum fiat magnum gutta vel vna mare?
Tene Albim, te Danubium, te littora Rheni
Tranſgreſſum, exiguæ conficit hauſtus aquæ?
Iam mihi dicebas: ſic ſim maneamq; ſuperſtes,
Atq; vtinam reducem cernat vterque parens:
Sudores noſtris quantos debebo libellis,
Vt curas acuet priſtina flamma meas?
Muſis auroram, dabo ſera crepuſcula Muſis,
O quam noſtra celer tum via curſus erit!
Parca ſubaudiuit, vultumque retorta, redibis,
Dixit, erit reditus ſed mea præda tuus.
Heu ſic venturos anni vouet ante labores
Agricola, hunc mortis ſed domat ante labor.
Crudelis Lacheſis, tuq; illachrimabile lethum,
Immiti rapitis bis duo luſtra manu?
Eſt tamen in notis animam poſuiſſe lacertis,
Eſt aliquid ſacras inter obire preces,
Fleuit vbi manes ſciſſis turbata capillis,
Atq; oculos genitrix texit amica tuos.
At tu parce truci corrumpere lumina fletu
O mater, lachrimas fundere parce pater.
Nunc opus eſt animis, nunc vti pectore firmo,
Sentiat iratus nunc ſua frena dolor.
Qualia victuri carpſiſſes commoda nati,
Nolis in mentem mittat amarus amor.
Quid prodeſt, ſi nunc probitas te flenda remordet,
Quam penitus venis traxerat ille tuis?
Vt nunquam irarum flagrauerit igne rebelli,

No

Non in doctores ceperit arma ſuos?
Vtq; adeo vernis ſtudia amplexatus ab annis
Frugibus Aoniis iam benè paſtus erat?
Vt fuerit meſſi iam falx acuenda propinquæ,
Iamque humeros poſſet mole leuare tuos?
Iſto recordatus quid enim lucrabitur omnis,
In lachrimas quamuis flammeus iret amor?
Quin tu conuerſa meditaris idonea mente,
Ereptus quantis ceſſerit ille malis?
Sanguine non illo lunatos imbuet enſes,
Non ſtatuet capto lytra ſuperba Geta.
Non illum erratis inducet inutilis autor:
Non labem exemplo degenerante trahet.
Non illi imponet frons & fallacis amici
Fucus & in diram mellea verba necem.
Non metuet nudos mordentia frigora vultus,
Deſpicietq́, famem, deſpicietq́; ſitim
Velleſne (vt fati Deus in tua vota reſignet
Durum iter) illum iterum tanta ſubire mala,
Qui nunc igniculos liquidi depaſtus Olympi
Gaudia cum trino numine longa capit?
Quamuis & velles: erit hic optatus inanis:
Præcluſæ rigido ſtant Adamante viæ.
Non illinc ſuperas quiſquam poſcetur ad auras,
Flectuntur nullâ ferrea iura prece.
Nos magis in numerum non euitabile lethi
Ius vocat, huc omnis pallida turba ruit.
Quando tubæ extremę clangore remugiet æther,
Tunc repetent artus flamina quæque ſuos.
Tunc tibi reddentur rapti ſolamina nati
Sæclorum in nullos eripidenda dies.
Interea pateat venientibus obuia fatis
Acceptura nigros ianua noſtra rogos.
Dum loquor & luctus verbis conſolor amaros,
Me tabulis ſcribet craſtina fortè dies.

Paulo Meliſſo.

POëta princeps, cui Deus & pater
Phœbus, Poëtarum in melicum gregem
Ius omne cenſuræ reſignat,
Imperiiq́ue ſacrum tribunal.
Non ſic anhelant ſub Styge torridâ
Ætnæ furentis perpetuâ ſiti
Titanes, affixus nec Atlas
Ponderis aſtriferi columnis:
Ipſe æſtuaui pridem vt anhelitu
Indeſinente; nec caderem nece
Citante non luſtratus igne
Antè ſupercilii benigni
Ciuis Quiritum. nunc glacialibus
Progreſſus vndis, impiger æmulus
Ad tecta LIVI commeantum,
Sum propior lubitum tenenti.
Me nec niuoſi lucida montium
Cacuminati ad ſidera vertices
Deterruerunt, nec cauati
Penè ad auernicolas hiatus.
Tuli calentem flammam Hyperionis,
Tuli madentes Pleiadas imbribus,
Et lina ſudato liquore;
Et pluuia vuidulus procellâ.
Perire tantum, durus, in hoſpite
Sines laborum? pone quod arduæ
Curæ premebas, abdicatæ
Pone ſupercilium Mineruæ.
Debes amicis atque clientibus
Furtiua parui temporis otia:
Laborioſæ mox recurrent
Excubiæ, tetriciq́ue ſoles.
Iamiam ſolutos ianitor emouet
Nodos ſerarum: iam meditor gradum,

Iam

Iam verba, iam vultum loquentis,
Baſia iamque, pedumque flexus.

Carolo Vtenhouio.

DIſerte vates, gemma Coloniæ
Solis micantis lampade clarior,
Lunæue, fratris commodatam
Quum niueo bibit ore flammam.
Quem nec decoræ gloria patriæ,
Nec fundi auiti, nec timor hoſticus
Fregère, quin ſpretis propinquis
Egregius properâris exul.
Mentem retecto ſchiſmate liberam,
Cœliqueamorem, ſtemmatibus tuæ
Gentis vetuſtis, atque honori
Anteferenda putans relicto.
Hæc qui volanti ſcripturio manu
Exutus vdis vix etiam ocreis,
Quis? vnde? quo ſim gratioſus,
Quærere num ſatagis, patrono?
Ignotus adſum: Balthica patriam
Tethys inundat: quo procul ambitu
Veni, paludes & fluenta
Multa lauant bibulas arenas.
Narrare longum eſt: nec phialis ſinum,
Auriue lamnis, Iaſpide nec grauis
Quæ concupiſcis nullus, hoſpes
Gratior eſſe tibi allaboro.
Guſtâſſe primis Pierios lacus
Si quid labellis me iuuet: in tuas
Non anxius, non exigendus
Ingrediar peregrinus ædes.
O me beatum, ſi tenebras tuis
Vel raptim ocellis irradies meas,
Si Nata noſtræ inſtillet auri
Mella loquens vtriuſq; linguæ.

Hermanno Kirchnero.

VIdes vt Auſter rura perambulet
Nudata, nec iam ſit ſuus ilici
Vernans amictus, candidiſq;
Mane nouo rigeant pruinis
Terræ iacentes: ipſa ciconia
Iamiam futuri conſcia frigoris
Cum prole quæſiuit calentem
Poſthyemem reditura, mundum.
Quid nos moramur Sole ſub extero,
Montes niuales vdus Aquarius
Dum moliatur? fumum auiti
Quando erit vt videam tigilli?
Hæc dum ſilenti voce recogito,
Et iam relictâ tendo Coloniâ,
Compendio recto viarum
Ad roſeum rediturus ARnum.
Mi vellit aurem Phœbus & admonet:
Quamuis reuerti deproperes, tamen
Vicina Lani tranſiiſſe
Ante fluenta moræ puſillæ eſt.
Iuuabit orbem, colle ſub arduo
Heſſus dicauit quam mihi propriam
Vidiſſe, & audiuiſſe cygnos
Tot celebres vtriuſq; ripæ.
Adſum monenti morigerus Deo
Ignotus hoſpes: quis bonus ocyus
Reddit ſalutanti ſalutem
Incola? quis mihi geſtienti
Luſtrare, ripâ condidit inclyta
Illuſtre quicquid nobilis artifex,
Oſtendit index? quis vetuſti
Hiſtorias ſimul addit æui?
Tune es patrimæ gemma Viraginis,
Tunc ille es, olim quem bene cognitum

Nouem

Nouem puellis eſſe,rumor
Veridicus mihi nunciarat
Kirchnere? porro depereant nouem
Sic te puellæ, pœniteat mei
Ni te,futuro feriatus
Des faciles aditus amico,

Ad Chriſtum Saluatorem poſt Reditum.

V[illegible] flamma patris, neque vilibus agnite cunis,
Nec ſeptem gemmini tantus ſuper oſtia Nili
Quantus eras, quali reddam tibi iubila lingua?
Quas acuam citharas? qua figam altaria lauro?
Audiſti noſtra & ſuccedere vota dediſti:
Ipſe redux teſtis,ſaluæque in corpore vires,
Teque duce Harcynium nemus atq; [illegible]minantia cœlo
Victa fatigati perone cacumina tali,
Et vitata fames te ſanguinolenta ferarum
Cuſtode,& lapſus præruptí, & mille latronis
Inſidiæ,nullæq; admiſſæ in viſcera peſtes.
Debebo tibi cuncta pater, tua munera ſunto.
Porrò etiam dextro tua munera numine firma,
Adſis ô, ſi iuſta peto,& rege cœpta ſecundo
Flamine,quando vices atq; interrupta capeſſo
Officia, in curſum noſtro aſpirato labori:
Funde nouas neruis vires,da mentibus auram
Cœleſtem, mihi da cerebri,da munera vocis:
Da dociles diſcentum aures,da errea corda.
Sic iuuenes ducam ſtudiis inglorius annos,
Non cognoſcentem ſic obruet ante ſenecta,
Semper honore meo, ſemper celebrabere verſu.

In Fridericum VVilhelmum, Adminiſtratorem Electoratus Saxonici.

SEmper habet Saxo Fridericos: ſemper & ipſi
Propria promeritæ nomina laudis habent,
Strenuus,Admorſus,Placidus, cui nomina Belli,
Pacificus,Conſtans,cum Sapiente, Grauis.

Octo duces: quem ſed quem te Friderice minores,
Dicent? octo ducum nomina nonus habe,
Strenuus Admorſus, Placidus, Bellator, es vnus,
Pacificus, Conſtans, cum Sapiente, Grauis.

Dauidi Peifero, Cancellario Saxon.

PEiferus anne eſt ipſe Gerſtenbergius?
Naturæ vterq; flos: Promethidæ ſeges
Miraculoſa: dextra vterq; Saxonum:
Vterq; plebis Principumq; aulæque amor:
Suadæ medulla & hic & ille; munera
Paria parique gnauiter tractant ſtylo.
Vinariæ hic ſtella ille Dreſdæ, fulgurat;
Pollucis alter, alter inſtar Caſtoris.
Aſtræa vtrunque, vtrunque Apollo diligit;
Vates & hic & ille, amicus vatibus.
Quod ſi Columbas æſtimat Gerſtbergius,
Peiferus æſtimet Poema BRASCII.
Sic ſint gemelli: ſed gemelli an nos ſumus?
Ne comparatio gemella claudicet,
Taubmannus interim ſit ipſe Braſchius.

Matthæo Dreſſero,

VRbibus hic ternis, ternis ſuper æthera Diuis
Lis (neque non merito) te ſuper acris erat.
Ille mihi debet teneras, Erfordia, cunas,
Dixit & hanc lucem: nonne erit ergo meus?
Ille mihi debet primæ, Miſena, iuuentæ
Culturam dixit, nonne erit ergo meus?
Ille mihi debet perfectam, Lipſia, mentem,
Dixit, & ora viri; nonne erit ergo meus?
Scinduntur Diui: patriæ ſubſcribit Apollo,
Miſenæ Peitho, Lipſidi Mercurius.
Cum ſubito oſtenſo radiato Iupiter arcu
Motibus his, inquit, parcite, veſter erit.
Phœbe dabis medicum; dabis aurea Suada trilinguem.
Hiſtoricum & vatem Pleione nate dabis.

Erfor-

Erfordis medico, Miſena fruare trilingui,
Hiſtoricum & vatem Lipſia ſume tibi.
Conſenſere Dei: firmat Iouis omnia nutus
Vrbibus applaudunt numina terna tribus:
Mercurius, Phœbus, Peitho, Albis, Elyſter, Hiera,
Numina fluminibus flumina numinibus.

In Columbas Taubmanni.

PAſſim nunc, calor eſt vt huius æui
Pruritusque nouis volare pennis,
O quam ridiculæ volant columbæ?
Queis nec cor ſapit, vt probis columbis.
Nec collum nitet, vt probis columbis,
Nec roſtrum ſonat, vt probis columbis.
Nuper progenitæ ſed è cerebro
Taubmanni genitæ in modum Mineruæ,
O quàm legitimæ volant Columbæ?
Queis & cor ſapit, vt probis columbis,
Et collum nitet, vt probis columbis,
Et roſtrum ſonat, vt probis columbis.

Inuitatio columbarum.

HVc adeſte meæ, rogo, volucres,
Meæ deliciæ, recens voluptas.
Huc diuertite ſub meas feneſtras.
Non hic accipitris ferocis vngues,
Non felis rabiem, truceſue morſus,
Non imbres metuetis aut pruinas.
Hanc menſamque, ſinumq;, lectulumq;,
Veſtris vnguicolis nimis tenellis,
Puris, perlepidis, & hinc & illinc
Veſtro inire licebit arbitratu.
Vobis prandia noſtra cœnulæque
Vno eodem ſimul coquentur igni,
Vobis ſobria vina, iuſculumq;,
Vna, quando libet, bibentur vrna.
Vos & noſtra puella baſiabit

Plus, quam Lesbia paſſerem vel ipſum
Suis obruit oſculis Catullum.
Ad tot tamque bonas beatitates
Num venire piget, meæ volucres?

Nomen Pauli Meliſſi, quatuor Anagrammata, addita vnâ litera.

Paulus Meliſſus

Vllus ſum, apis es.
Mellis uſu paſtus,
Eſus mulſa pluis,
Muſa ſis vel plus.

O Edipe quæſo veni, ſed tanta in nomine Sphinx eſt,
Oedipe nil poteris; cana Sibylla veni.
Quid dat apis? mel dulce? quid hoc? liquentia Mulſa,
Quis dignus mulſo? Muſa vel Arcitens.
Paule nec *Vllus* ego, numero nec habendus in vllo
Sum, tu Germanis vnica & vna *Apis es*.
Liquerat imbelles tua vix infantia cunas,
Vſu iam *Mellis* cum bene *Paſtus* eras.
Hinc *Eſus* dulces & dulcia pocula libans
Ambroſiam ſpumas gutture, *Mulſa pluis*.
Iam quis eris? *vel plus*, vel *ſis* mihi *Muſa*. quid ergo,
Si plus? iam fies trinus Apollo mihi,

Parodia in Baſilidem Tyrannum Moſchum.

TYrannus ille quem videtis inferi,
Merus fuiſſe ait Tyrannidis pater
Neque vllius ferocientis imputum,
Nequiſſe præuenire, vel potentia
Abuti opus malis, vel artibus foret.
Et hoc paterna regna Moſchici ſoli,
Et oppida Aſtragenſium atque fertilis
Poloniæq; Lithuaniæque agros
Negat negare, & inclitam Liuoniam.

Vbi

Vbi iſte nunc Tyrannus vnus omnium,
Quot & fuère & vſque principes erunt,
Cluit perenne principum improbiſſimus.
Rutene fluminumq; Volga maxime,
Tibi hoc fuiſſe & eſſe cognitiſſimum
Ait Tyrannus, & tuos cadauere
Frequente funeraſſe dicit alueos,
Tui cruoris imbibiſſe riuulos.
Et inde tot truci innocontium greges
Neci dediſſe, ciuici vel exteri.
Vel vtriuſque militem efferum ſimul
Iuberet imbui fluore ſanguinis.
Neq; vlla vota principalibus Diis
Sibi eſſe facta, dum teneret impium
Tribunal illud ad nouiſſimum hunc diem.
Sed hæc prius fuere, nunc ſuperbia
Caret priore, ſeq; mancipat tibi
Hera en Proſerpina atque Here en Proſerpinæ.

In Natalem Chriſti.

TV quæ diffuſum pandis Latonia lumen,
Inter cœleſtes ambitioſa choros,
Et vos conſtantes nunquam variantia gyros
Vſque volubilibus ſidera lapſa rotis,
Siſtite, partus adeſt ſacer, huc defigite vultus,
Si potis eſt, fixo ſtet polus ipſe pede.
En Deus humanis alui compagibus exit,
Et Deus atque Dei nomine miſtus homo,
Ceu, matutini quem prouocat aura Fauoni,
Flos calice immiſſis prodit hiante comis,
Et qui ter magnum contorquet numine mundum,
Paſtoris parua vagit in æde puer,
Et cui nulla viri conſortia facta puellæ,
Ventre ſacrum genitrix innuba ponit onus,
Hæc pote ſi fieri poſitas vertentia leges,
Cur non defixo ſtet polus ipſe pede?

In Regulas Studiorum

Dauidis Chytræi.

HOc præ libello, quoſq; continet fauos,
Sim iudicii expers omnis vltro, aromatum
Arundinoſis quicquid è cannis fluit
Bene olentis Indi: quicquid aluеariis
Hyblæa ſtipat mellis artifex apis;
Quicquid miniſter & Deum apponit Ioui:
Ni nautea & fex & merum faſtidium eſt.
Ita hic palato nulla demitur fames
Semel incitato, ruminando ſed magis
Magiſque non potens ſui renaſcitur.
Priuſne dictionis agmen aureæ
Riui in modum fluentis abſq; murmure,
Seriesue collocata non ſine ordine,
Prudentiæue iudicantis calculus,
Vtilia diuidens ſuperuacaneis,
Capacitaſue capitis haud ſuperfluens
Omni repleta licet ſit ſcientia,
Me rapiat? hic myſten Dei; hic interpretem
Iuſtiniani; Hippocratem hic pene alterum;
Hic Rhetorem virtutis & morum arbitrum.
Polyhiſtorem, vatem; & quid vnam non vides
Iratraſſe frontem? ô vnicus partus Poli:
Terræ decus: mortalium ſol: Teutonum
Ocelle. tolle quicquid eſt voluminum.
Viues vel vno mi Chytræe perpetim,
Viuente, viues & magis iam mortuus.

Dauides Chytræus.

ἀνάγραμμα.

Duc ſydusætheri.

FVlgore luxit hactenus
Tuo, micante clarior,
Triformis orbis, æthere.

Mox (abſit hoc diu tamen)
Vinclis ſolutus terreis
Dux ſydus etheri. locum
Tibi remittit Heſperus.

Iohannes Godelmannus

ἀνάγραμ.

Ne non dignus es malo.

SEu tu conſiliis prudens depoſceris autor,
Seq; tibi credit Saxonis alta domus,
Seu dubias recti decidis acumine cauſas,
Teque cadit ſummo iudice lite reus,
Seu quodcunq; facis, ſeu es quodcunq; locutus,
Omnia natiua dexteritate fluunt.
Nec minus his ſurgit meritis pulcherrima merces,
Enſiferi primum principis almus amor,
Viq; ſolent, certi monumentum & pignus amoris,
Ditia inexhauſto munera prompta penu.
Adde decus procerum crebros & plebis honores,
Adde tibi natas plebis ab ore preces.
Sic fas: lingua tibi, bona mens, & pectus honeſti
Cum ſit amans: *ne non dignus es* ergo *Malo.*

In natalem Eraſmi *Filii Ioannis Poſtii.*

QVæ cunæ? Poſtii. quis circum plaudit? Amores.
Quænam obſtetricis munere functa? Venus
Vnde aqua luſtralis? Clario de fonte. quis hauſit?
Aonides. frontis quis decor? Hippolyti.
Quis mentis? patrius. quis fata edixit? Apollo.
Quæ fata? aut par hic, aut patre maior erit.
Creſce puer, mox & patrium conſcende veredum,
Huic tu non alius poſceris alter eques.

Eraſmus Poſtius

ἀνάγραμ.

Ramus es poſitus.

HIc Myrtilleti pulcherrimus adiacet hortus,
Qua Nicri Rhenus combibit auctus aquas,

Ves-

Vernantes flores, vernantes conſpicor herbas,
Tunc etiam his POSITVS RAMVS ES areolis?
Neccarides Nymphæ, fluuialem aſpergite rorem,
Hic ramus iamiam fertilis arbor erit.

Georgio Reichio. I. V. D aſſeſſori Cameræ Imperialis.

CLarus auus, clarus genitor, clariſſimus ipſe es,
Illuſtrat clarus te quoq; luce ſocer.
Saxo potens ſocerum, Themidos te Spira tribunal,
Grypſuualdis patrem, ſed Roſa clarat auum.
Nil niſi clara decent quoniam tua nomina Reichi,
Sit tibi cum nato clarus & ipſe nepos.
Vos eſtis, dum fata ſinunt, eritiſque perenne,
Sidera clara ſolo, ſidera clara polo.

Paradoxon.

SI quæ dulcia, bis decet reponi,
Biſue terue quaterue centieſue,
Noſtra guttura cur repente mutant?
Taubmanni lepidas nimis columbas,
Doctas, Iupiter, & laborioſas,
Legi à fronte volans ad vmbilicum:
Sed nolunt relegi; venuſtiores
Quamuis alitibus ſient Diones,
Et roſtris mera mulſa temulentis
Et pennis nitidum ferant metallum:
Quid ergo? ah puditum eſt enim fateri,
Quid? cur lumina læſa, pulchrioris
Obtutu Veneris dolent Mineruæ?

Friderico Taubmanno.

CArmina nulla mihi niſi quæ ſunt pura probantur,
Nec lita plebeiæ fecis olente luto.
Sed quæ Caſtalii manantia rore liquoris,
Fonte vetuſtatis depoſuere ſitim.
Qualia Pindarico teres accinit Appulus ore,
Imparibus princeps tuque Tibulle modis.

O mea

O mea ſi tali tinniret fiſtula bombo,
Parnaſſi ſemper numina montis amem.
Taubmanno licuit, cuius tam pura columbæ
E medio Aonii grana tulere iugi.
Saluete ô niueæ. mea maxima cura, volucres,
Adiunget miti vos Venus ipſa iugo.
Tuq; columbarum genitor pulcherrime ſalue,
Me vate à nullo vate ſecundus eris.

Adamo Hamelo Gryphſuualdio Coſlinum euntí.

CIrcumagor ventis aliumq; reuoluor in orbem
Iam toties, caros quamuis complexus amicos
Imbuerim lachrimis abitus teſtatus amaros,
Necdum etiam Veneris flammas neq; vulnera ſenſi,
Lotichii in morem ſolus iuuenilia ducens
Tempora, & optatæ thalamo deluſus amicæ,
Dicamine an ludens ſpem me exoptantis amicæ
Nunc vbi decretas ſedes, manſuraq; figo
Limina, ni Superis quid me prohibentibus obſtet,
Varneas ſubitus mihi nuncius aduolat vndas,
Aſcribi noſtræ fortunæ, & vaſa mouere
Te quoq;, Gryphiacis ſatagentem excedere ſiluis.
Indolui; non quo noſtris tua commoda votis
Euentura morer; non ſic in fœdera veni,
Nec mihi cor liuore madet felicis amici.
Proſpereas nec te venti nec fulmina turbent,
Nec lupa, nec crocitans inimico gutture coruus.
Sed quæ nunc Gryphum in ſiluis Philomela ſonabit,
Quæ nunc implebit ſiluas & ſidera cantu,
Cui dabit attonitos volucrum gens cetera plauſus?
Iamne vides Cirin tacitis ſuſpendere pennis
Se cœlo, & preſſa nequicquam ſtridere voce?
Mœſta ſedens ſpineta inter nihil hiſcit acanthis.
Ipſe etiam muſſat vicino in litore cygnus.
Vna modò exultat fringilla ignobilis ales,

Indi-

Indignum vacuis regnum ſumptura frutetis.
Perge tamen, placidi tibi ponant murmura venti,
Et nitidus denſis purgetur nubibus æther,
Et ſolem geminis aurora coronet elenchis.
Mox cum Perſantæ tranſis piſcoſa fluenta,
Et procul hinc ſacris Coſſmi aduolueris aris,
Reſpice, nec noſtri memores deponito curas,
Nos quoties poſitis aderunt encænia menſis,
Interdum roſeo cingentes tempora ſerto,
Abſentem bis ter de more bibemus ADAMVM.

Ioannes Poſtius ἀνάγραμ.

Potus es Aoniſin.

POſtquam barbaricos experta eſt Græcia faſces,
Fugerunt mites claſſica ſæua Deæ,
Delphica tum laurus pallentibus arida ramis,
Dum ſtetit attonitâ fons reuolutus aquâ.
Acceleremus, ait, quò fors nos ducit, Apollo:
Dixit; & ad Nicrum vaſa laremque mouet.
Quàm citò tam cultas eſt nacta colonia ſedes?
Quàm latè lauri iam volat almus odor?
Heidelberga viris, ſtudiiſque ſacerrima Phœbi,
Nympharum ſalue Pieridumque domus.
Ludis adhuc & te ficta ſub imagine celas,
Phœbus es, ô fruſtra Paule latere cupis.
Sed quem te faciam, quem te cultiſſime *Poſtii*?
Tu fons, tu dulcis *Potus es Aoniſin.*
Ex te Hippocrene ſtagnantibus effluit vndis,
In te reſtinguit turba nouena ſitim.
O mihi des tenuem labris contingere guttam:
Alter ero Phœbus, me modò gutta riget.

In Lycum.

DEum propago tu parens poëtarum
Homere, tuque haud impari gradu tendens
Nutrite Minci mollibus puer ripis,

Mortal

Mortalibus qui diſſiti procul turbis,
Nunc valle nectar ducitis beatorum,
Frequente ſublati ſacri gregis plauſu,
Ecquid quietem ſuſcitauit amborum
Aureſq́; , noſtris euolans locis rumor
Probri nefandi, quo nec improbus peius
Sceleratiuſue Zoilus quit effari,
Nec impudente ſcurra fronte Filiſtus.
Lycus ille, criſtas æmulas ferens cœlo,
Meros Platonas qui in labris gerit ſemper,
Cuius vorato rumpitur tumens venter
Nato Stageræ. qui dieſq́; noctesq́;
Seu ſerium minatur ardua mente,
Seu quid iocoſum: ſiue prandium ſumit,
Ientaculum, cœnam, cacatúe ſeu mingit,
Seu ſomniat, ſeu parturit vigil ſomnos,
Nil gloriante voce ni Sophos ructat,
Ipſoſq́; iam ſapientia Deos vincit:
Ille Lycus (at qualis ſit, ecquid audiſtis?)
Nihili poetas dixit, ô nefas grande!
O os ſceleſtum! ô ferreæ probrum linguæ.
In ius vocetur magni ad Æaci roſtra,
Totâ cohorte concita poetarum.
Ignes, catenas, eculeos, cruces, vncos
Huc expedite. quin luat reus pœnam.
An pœnitet conuitii Lyce? at ſerò.

Iohannes Blomius ἀνάγραμμ.

En tibi Almus honos.

QVo tua tam largo ſic fama repullulat imbre?
  Vnde tibi tanti nominis almus honos?
An quoniam priſcis inſignia condita ceris
  Miſſa per innumeri ſæcla tueris aui?
An tua tot flauæ quod rumpant horrea meſſes,
  Luciferos feſſis quot rapit annus equis?

An quia

An quia ciuiles cauſarum expendere caſus
Conſiliis defert regia plebſq; tuis?
Anne Periclea facit hoc facundia linguæ?
An variæ rerum cognitionis opes?
Siue quod in ſtudiis iuuenes exegeris annos,
Siue adeo, quod ſi nobilitatis apex?
Non illorum aliquid, tibi ſed ſunt omnia Blomi:
En ibi (quærendo quid moror?) *Almus honos.*

Iohannes Frederus.

ἀνάγραμμα.

Auis ferens Rhoden.

DVlcis, Auis ſublime Ferens modulamine cantus
Aoniam, Varni quam lauat vnda, Rhoden,
Seu tua ſidereos ad barbita flectere gyros,
Seu libuit brutis indere corda feris,
Sublimi plaudens regnat Iouis ales in æthra,
Flumineis humilis cygnus inerrat aquis.
Quamuis ſublimi regnet Iouis ales in æthera,
Tu mihi blandiſono gutture cygnus eris.

Ianus Gruterus.

ἀνάγραμμα.

An tu ver ſugis.

AN tu ver ſugis? ſic auguror, ipſa iuuentus
Veris Apollineis eſt tibi amicta comis.
Vernantes rutilant oculi, vernantibus exit
Sermo labris, pulchro vernat in ore decor,
Ceu roſa verna micat ceu candida lilia lucent,
Purpureas veſtit florida barba genas.
Nec minus ingenium verno frondeſcit in æuo,
Ingenii ſuperat membra venuſta viror.
Et ſimul hoc, ſimul ecce tibi de vere corollas
Dant Muſæ, Charites, Pallas, Apollo, Themis.
Vt fundat flores quoq; verna ſenecta, Grutero
Æſtas, autumnus, bruma quæ, parce meo.

Carolus Vtenouius ἀνάγραμ.

Vno ros viuus lacte.

OMnis lingua licet ſibi te peregrina reſoluat,
Et docto triplex regnet in ore Charis:
Hoc præſtat;nihili quod tingit egentia fuci
Candidior niuea pectora lacte nitor.
Illa alii laudent:ego nominis omina ſector,
Vno ros viuus lacte perennè fluis.

Martinus Cruſius ἀνάγραμ.

Satus murui Nicri.

CVlte Nicer,frontem ſpumantibus exire ripis,
Docta Meduſeum tolle *Tubinga* caput,
Dum ducet vita ſpirabile ab æthere lumen
Magnus Apollineæ *Cruſius* artis honos,
Nullius in nutum veniens tremefacta ruinæ,
Barbaries ripas nec teget vlla tuas.
Viuas æternùm *Cruſi*:tu nempe *Tubinga*,
Tu *ſatus* es *nicri murus* aheneus aquis.

Polycarpus Leiſerus ἀνάγραμ.

Si cæli ſupples rura.

TErrea ſupplebat centeno fœnore rura
Tharides olim:ſic Polycarpus erat.
Si cæli ſupples centeno fœnore *rura*,
Num Leiſere minus ſic Polycarpus eris?

Andreæ Herlicio,ſponſam domum ducenti.

NEc iam vltra exſpectes,Andrea,ſicut vbi annus
Percoxit mites æſtiuis ſolibus vuas,
Vinitor autumnum non fruſtra in frigora differt.
Dum veluti lentum Phœbo trahit vua colorem,
Æquales inter tractis virguncula neruis
Creſcit & ad thalami promiſſos tendit honores:
Tu tecum incuſas tardè creſcentia membra,
Et teneram nimium frontem,molleſq; genarum
Tactus,nec dum etiam natos ad corda tumores.

Vnaq; iam toto tibi lux ſit longior anno.
Fertur vt Iſacides, ſi quando ſole recenti
Deduxit paſtum miſſos ab ouilibus agnos,
Multa queri ſolitus deſponſæ tarda Rachelis
Póſt ſeptem demum matureſcentia meſſes,
Seruitii indigno connubia parta labore.
Infelix qui nequicquam per frigora & imbres,
Perq; niues noctiſq; vmbras ſudataq; lucis
Æſtiua ſpacia, emeritos quæſiuit amores,
Contactu & falſæ deceptus imagine nuptæ.
At nullæ inſidiæ veris tibi gaudia falſa
Supponent, neq; ſuſpectis fraus vlla latebris.
Margaris imo ſuis dabitur noſcenda papillis.
Quamuis obſcuræ texant vmbracula noctes.
Mitte queri: ceſſere moræ: matura puella eſt.
Iam ſcit quid ſit amor, iam viſcera militat intra
Illius & veris ſua ſigna præinſtruit armis:
Illa oblita domum, caramq; oblita parentem
Te petit, atq; ardet ſpirantibus ignibus vnum.
O quo te excipiet venientem in limine vultu?
Pone moram: patris non hic tibi ſeruus Abrami
Expectandus erit: dux & tibi pronubus ipſe
Margarin auſpiciis ducas in tecta ſecundis,
Dulcibus hic illam fidibus mulcebis, vt Orpheus
Saxaq; monticolaſq; feras demulſit & amnes.
At non tam fidibus Veneris quàm melle, volenti
Exhauſturus eris niueum dulcedine pectus.
Dii vos committant ſic, vt non arctius orbem
Mercurii ſtringat claudens Amathuſidos orbis,
Quotq; nitet ſtellis Helice dux altera nautis
Exultent totidem patris circum oſcula nati.
Forſitan exemplum recto de more ſecutus
Ipſe tuum primæ ventos captabo fauillæ,
Quæ mihi neſcio quâ lambit iam viſcera flammâ:
Præueniam ſuperos lachrimis: his cætera mitto.

Ad Iohannem Frederum in Natali illius.

HÆc ais eſſe tibi primordia condita lucis,
Natali dentur ſigna ſerena tuo.
Iam primum nitidis venias Aurora capillis:
Abſit, ineſt nebulis qui, malè gratus odor.
Abſint & queſtus & ductæ funere pompæ.
Nulla nec in lachrimis pignora mater humet.
Abſit & arguta volucris funeſta querela:
Lætitiæ votis ipſa ſit apta dies.
Dicitur & pateris virtus maduiſſe Catonis,
Tu quoq; Iane ſenes dilue fronte plicas.
Paulùm ludamus: viden' hanc de ceſpite caluam,
Cras talis noſtrûm forſitan alter erit.
Quin potiùs dulces mecum reminiſceris annos,
Et quod ſint cunis addita ſæcla tuis.
Hiskias potuit tactis iam forfice filis
Per ductas retrò cogere fata fores.
Nos vbi palluimus ſemel in numerumq; recepti:
Pandetur nulla ianua nigra prece.
Et lenti vino genium celebrare moramur?
Fallamus, lætis dum licet eſſe, diem.

In Chronicon Saxoniæ Dauidis Chytræi.

HIſtoriæ Amramides quantum pater ille vetuſtæ,
Thucydides quantum debet & Herodotus:
Saxoniæ tantum debet tibi maſcula virtus;
Auſpiciis illi, viuet & iſta tuis.
Fallor: plus debet: vitam huic das, reddis at illis:
Eſt, dare quam, vitam reſtituiſſe minus.

Eidem Dauidi Chytræo.

SIc eſt: nulla tibi neuerunt otia Parcæ,
Nec pigrum naſci nec voluere mori.
Tranſiſti cunas cœptis puerilibus infans,
Spirabas pectus iam iuuenile puer,
Ætatem iuuenis curæ præiêre viriles:
Cura viri, iuuenis flamma relicta ſeni.

Nec fallor:iuuenes buſtum ſpirabit odores,
Et viues Phœnix poſt tua fata tener.
Sic eſt:nulla tibi neuere obliuia Parcæ,
Naſci mortalem nec voluere mori.

Laurentius Rodomannus ἀνάγραμ.

Tu monens donaris lauru.
Donaris lauru non tumes.

TV tua iura *monens donaris* virgine *lauru*,
Scilicet & tacitus ſic tua iura mones,
Vt quamuis nullo frondeſcere tempora ramo,
Criſtatis comtum nec iuuet ire comis,
Te tamen in gemini pollentem carminis vſu
Non minimum vatem clamet vtrumq; melos.
Nunc meritum meritiq; tenes de more coronam,
Auſpiciis felix ſit precor iſta tuis.
Atq; erit:illæſos etenim quod ſeruat honores,
Donaris lauru non tamen inde *tumes*.

Antonius Mocerus, ἀνάγραμ.

Tu canorus Simeon.

EMicat ecce ſenex,cui flamma per ora coruſcat,
Cui ſubito attonitum palpitat igne iecur,
Vt tenuit preſſitq; Deum,labriſq; rigauit,
Vltima fatidicus iubila mittit olor,
Quàm flent dulcè ſenes ac ſtagna Cayſtria cygni,
Ciris vt arrectum mulcet vtrunq; polum.
Tu quoq; dulcè pari *Simeon* canis alter in æuo
Siue audis Ciris,ſiue *Canorus* olor.

Eraſmus Reutcius, ἀνάγραμ.

Vt ramus vireſces.

SIc tibi vitales naſcenti in luminis auras
Venturos cecinit Parca benigna dies,
Naſcere parue puer,tibi flammeus ardet Olympus,
Sæcula ſunt fuſis mollia nenda tuis.

Vtramus, cœli quem ventilat aura. *vireſces*
Ingenio, linguâ moribus, arte, bonis.
Dixit. & aſperſu ter inundans pumila membra
Fatidicis ſignat nomina dicta uotis.

Henricus Meibhomius, αὐάγραμ.

Hic humeris omne ſubi.

SEu res arcta tibi rigido quatit ægra flagello
Pectora, ſiue febris debile ficca latus,
Siue cremata domus rapidos conſedit in ignes,
Fulmineum úe ſeges ſenſit aduſta Iouem.
Seu à periuro ſimplex deceptus amico
Ringeris in famam ſpicula torta tuam.
Seu miſſa vxoris per flammas oſſa ſupremas
Legiſti in mœſtos, mœſtus & ipſe, ſinus.
Siue tuus magnum veneratus Apollo patronum
Ah nimis ingratas experiatur opes.
Poſt tua perpetua donabere fata quiete,
Hic humeris quicquid ſors tulit. *omne ſubi.*

Cornelius Martinus, αὐάγραμ.

Viſn' cor lumen artis?

ADuena Iuliadum veniens peregrinus in vrbem
Viſn' age *cor*, iunctum *Lumen* & *artis erit?*
Artis lumen erit Cornelins, *artis* & idem
Cor erit: hinc *lumen corq;* tibi rapis.
Quàm benè conueniunt & in vnà fronte morantur?
Quid ſine luce *cor* eſt, quid ſine corde oculus?

Salomon Frencelius, αὐάγραμ.

O fles nomine clarus?

O Bone Frenceli *fles*. cum ſis *nomine clarus?*
Cui res Turca ſuas ſuſtulit, ille fleat.
Vilis in algenti cui non eſt nummulus arcâ,
Qui diues ſolo eſt cimice, & ille fleat.
Poſt ſua conſtrictus ſceleratos terga lacertos,
Qui miſer ad furcam pallet, & ille fleat.

Scripturiens famæ qui fruſtra ſudat honeſtæ,
Qui ſua pingit aquis nomina,& ille fleat.
Excidit optatæ qui ſpe deriſus amicæ,
Alter habet cuius gaudia,& ille fleat.
Qui tua victuris inſcribis nomina chartis,
Cui mille vxoris baſia figit amor.
Conſcia mens recti,res quem ſolantur opimæ,
Gaude FRENCELI:non tibi flere licet.

Pro Iacobo Bordingo, Cancellario Megapolitano, cùm vxorem Lubeca Roſtochium deduceret.

Votum ad Chriſtum.

QVi fibris caſtos mortalibus inſeris ignes,
Mutati debet cui munera Cana liquoris,
Chriſte Deus, ſine quo nil poſſit Iuno vel Hymen,
Protege Bordingum,Bordingi protege nuptam.
Illa virum ſequitur flammis accenſa pudicis,
Anteferens claræ Varnea roſeta Lubecæ,
Hæc iam illi domus,hæc patria eſt,hi deinde penates;
Qualis poſthabitis cum fratre parentibus vltrò
Admonitu ſerui ſponſo ſe dedit Iſaco
Nata Bathuelis,vel qualis Abigail vnum
Spirat Dauiden defuncti oblita mariti,
Sponte nouos thalamos regemq; ſecuta vocantem.
Huc ades & noua te pariter ſub limina transfer,
Ingreſſamq; tuo veniens clementer obumbra
Numine:ſint procul inuiſæ cantamina ſagæ,
Coniugii & triſtes,furialia numina,peſtes.
O ſi completis reuoluti menſibus anni
Ilithyia aliquid fœcundo rore pararit,
Rideat interdum & patris quod dormiat vlnis.
Tunc tota in lætos ſe fundet patria plauſus,
VLRIcuſq; patri princeps & principis aula,
Littoraq; hinc Varni,ſimul illinc littora Trauæ,
Varnei nos & pariter plaudemus olores.
Qui fibris caſtos mortalibus inſeris ignes,

Mutati

Mutati debet cui munera Cana liquoris,
Chriſte Deus, ſine quo nil poſſit Iuno vel Hymen,
Protege Bordingum, Bordingi protege nuptam.

Ad Dauidem Chytræum de Poematis Nicolai Reuſneri.

CHytræe, ocelle, quotquot vſpiam eſt virûm
Nunc doctiorum, & quotquot antè euntibus
Fuere ſæclis ac erunt venientibus.
Meminiſtin' vt lecto Meliſſi carmine,
Afflatus aurulæ procaci ſpiritu
Geſtire & omnis ebrius poetico
Liquore, funditare verſus cœperim?
Enim meo ſolus queo niſu nihil,
Neque aridus vel pumicis duri rigor
Æquè vel exuſtæ eſt arenæ ſiccitas
Ego atque ſum, ſi nil opis conducerem
De proximo vt ſueuêre, queîs domi parum
Rei eſt: idem inſtiti improbâ nimis manu
Tentare furtum. cum modò arriperem lubens,
Tuâ lubente porrigente dexterâ,
Leorina venæ diuitis Poëmata.
Sed contigit, (verum hercle planè ediſſeram)
Vt copia obrutus famelicus magis
Hallucinante ſaltuatim lumine
Anceps oberrem, quæ prius, quæq. alterâ,
Quæ deinde raptem tertia vice: ita omnium
Cœleſtis ardet emicante ſtellulis
Nitore maieſtas vbiq: par ſibi.
Chytræe per Deûm fidem & mortalium.
Quæ dubia cœna eſt, cœna ſi non dubia ſunt
Leorina venæ diuitis Poëmata?

In Lycum.

DIxiſti nihili ridenti bile poëtas:
Non ego, te nihili tu facis ipſe Lyce.
Extollis rurſus, Sophiæ dicíſq; parentes:

Nunc ſapis, en barbam donat Apollo tibi.
Socratica primus regna dominator in arce,
Ah miſer, en dicunt ſic quoq; te fatuum?

In Ianulum.

DVm gemino addictus ſtudio Paphiæ atq; Mineruæ,
Ianulus, huic corpus conſecrat illi animum,
Præmia militiæ parat vtraq; Diua probatæ,
Hæc ſua quamprimum reddere & illa cupit.
Anticipat Pallas, iuuenumq; inſignit honore
Palladio. vidit Cypris & indoluit.
Et poſtrema licet, tamen hanc tibi conſecro myrtum,
Inquit, & applicuit myrtea ſerta comæ,
Militiæ duplicis duplex inſigne reportans
Ianulus emeritis mactus ouat ſpoliis.
Tempora nonne videtis vtrinq; vt ramus obumbret
Altera laureolus, altera myrteolus.

In inſignia nobilitatis Hameliorum.

QVidnam hoc? cæruleum clypeum geminamq; coro-
An cerno & galeam cornuaq; æqua polo? (nam.
Cerno equidem: ſed cur non hic & mater honoris
Anſeris ex alis eruta penna nitet?

In eadem.

SIue interſectæ præfulgens lamina peltæ,
Ardentis galeæ ſeu mihi viſus apex,
Siue duplex iactis aries in poſtera ramis,
Siue duplex regum dulce corona decus,
Nulla magis veſtram tulerint inſignia gentem,
Quàm quæ nominibus facta dedêre ſuis.
Cerne animans qualis toto ſtet vertice ſuprà,
Ceruicem vt deceant cornua flexa retrò.
Iactet vt in celeres pernicia crura rotatus,
Vt non imbelli prœlia fronte paret,
Portet vt argentum villis flauentibus album,
Aurea vt extremos integat vrna pedes.

Aude

Aude illi & ceruos, aude & conferre iuuencos,
Non aries ceruo, non cane peior erit.

In eadem.

VT foret æternus Phryxeæ portitor Helles,
Iam medio ſubitò terruit aſtra polo,
Vt gens Hamelidûm nitida efferretur in aſtra,
In terram è medio nunc redit ecce polo.
Alternare placet: dent illi ſcuta reuerſo
Veſtra, dabunt vobis ſidera clara locum.

In orationes Dauidis Herlicii de correctione Calendarii.

MVtua ciuili dum ſpumant arma cruore,
Iulius & rapido prœlia luſtrat æquo,
Debita nocturnis ſubducens tempora ſomnis,
Suſpendit vigili lumina bina polo.
HERLICIVS morbos conducto milite contra
Dum ſtudet, & medicâ pharmacâ miſcet æquâ
Noctibus attentos figens in ſidera vultus
Collòcat in metas annua clauſtra ſuas.
Maior vtroq; illo, ciues qui truncat & annum,
Hic anno eſt pariter ciuibus & medicus.

Iano Grutero.

Quid hi quinq; ſibi velint Phaleuci,
Quæris ſcire? tuos volunt Phaleucos
Doctos perlepidos, catos Phaleucos.
Quingentos tibi mitterem GRVTERE,
Ad quinos niſi nauſees Phaleucos.

In album eiuſdem.

BIs peccas; picam qui coniicis inter colores:
His niſi dulce, illi nil niſi triſte ſonat.
Quantùm garritu noſtro ringentur inepto!
Quantus confuſo me premet ore rubor!
Sed, puto, garritu nihil hoc ringentur inepto:
Non picæ ad ſtrepitum ſuauior audit olor?

In album Zachariæ Prantelii.

PVlle ſacer Veneris, Charitum mel, gemma Mineruæ,
Flos iuuenum, Phœbi cura, Themiſtos amor.
Dic mihi natales ſi fors reminiſcere cunas,
Quæ fuerit cunis ſtella benigna tuis,
Non tibi, non equidem rubicundo Marſpiter igne,
Tardigradus nocuit nec pater ille iouis.
Iupiter ipſe tibi, fulſitq; Amathuſia flamma,
Et cum Germana Sol & Atlantiades.
Inde manent totidem tibi adhuc cœleſtia dona,
Nobilitas, pectus, forma, Suada, ſales.
Salue meq; tuos inter ſacrato ſodales,
Cor animi Philio iam voueo omne Ioui.
Nonnunquam imparibus gliſcit ſacer ignis amicis,
Quò mage rara mihi, ſunt tibi plura bona.
Pulle ſacer Veneris, Charitum mel, gemma Mineruæ,
Flos iuuenum, Phœbi cura, Themiſtos amor.

In Album Valentini Acidalii.

QVin etiã hicce manes? maneo, inquis. at interim abire
Pergis: abire igitur nónne manere tibi eſt?
Quin, inquis, comes hinc mihi abis. Eo: ſed tamen iſtinc
Nuſquã abeo, ergo iſſe hinc nuſquam abiiſſe mihi eſt.
Mirer? nullus ego, nec tu mirare, puto. ánne
Me hicce manente manes? te hinc abeunte abeo.

In Album Laurentii Wolfii.

DIſtrahor ex oculis tibi mi plus vnice VVolfi:
Ex oculis, nuſquam diſtrahor ex animo.
Ex animi fibris etenim quî diſtrahar illi,
Cuius ego ſum animus, qui meus eſt animus?

Ad Adamum Hamelum in Natali Chriſti.

ADame tolle ocellulos
Nigrùm micantes: an vides
Igneum faculis polum
Miro ludere motu?

Cœ-

Ille ille taurus horridis
Cœlum laceſſens cornibus
Quàm repentè, ferus prius
Emiteſcere diſcit?
Miteſcit & canicula
Amicior mortalibus,
Nec iubam leo concutit
Cœli ſidera terrens.
Adame tolle ocellulos
Flauum virentes: en tibi
Vndique enitet vt cito
Terra & pontus & aër.
Conniuet aura murmurans
Auſtri furentis: humidum
Piſcium ſalientium
Caudis diſſilit æquor.
Terræ it beata fauſtitas,
Intuſque & extra geſtiens,
In ſonantia iubila
Ingens liquitur æther.
Ergóne nos ſilebimus?
Nox ô beata, nox boni
Tam ſalutiferi ferax
Quis te carmine dicet?
Adame ſume barbiton
Chriſti canentem cunulas:
Si negas: mihi barbiton
Huc cede & mihi plectrum.

Preces ad Chriſtum in morbo,
anno 1592.

CHriſte Deus, patris æternis enate medullis,
Qui vitas exire iubes mortalibus ægris,
Atque aliis idem vitales inſeris auras:
Reſpice me lentâ confectum viſcera tabe,
Et vix ſperantem nigros euadere manes.

Si pius

Si pius Hiſkias tenui diſcrimine lethi,
Se tam vicinæ potuit ſubducere morti,
Flens multâ & lachrimis humectans ſtrata profuſis,
Cerne etiam noſtro fuſas è corde querelas,
Quas tibi mane nouo damus & tibi veſpere ſero,
Nec triſtes vnquam decedunt pectore curæ.
Non merui, ſcio, te mitem: me ventre parentis
Lapſum vagitus primi fecêre nocentem,
Et, memini mala multa puer propiorq; iuuentæ
Commiſi: quæ deprenſo nunc intima cordis
Rodunt, & iuſtas inclamant ſoluere pœnas.
At veniam indulge, tali meq; eripe noxæ,
Non, vbi ſub gelidum moriens conceſſero buſtum,
Te potero nomenque tuum laudeſq; ſonare:
Nunc etiam exiguæ ſaltem trieterida vitæ
Impleui nouies, mediâne repentè iuuentâ
Succumbam, à duro ceu flos ſucciſus aratro?

Iohanni Weſſelo. Philoſophiæ Magiſtro.

MOllibus Herodoti manantia bella labellis
Haurit Thucydides etiam puer, inde liqueſcit
Motibus arcanis animi, lachrimiſque madere
Incipit: ergo ait ille, tibi de prole parenti
Felici grator: quam tu melioribus abdens
Hiſtoriæ ſtudiis, fidis committe magiſtris.
Quid quem non dormire ſinit Marathonia pugna,
Ardenteſque acuit ſtimulos, & in æmula raptat
Accenſum ſtudia alterius conſpectus honoris?
Nec iam oculis ambit ſiccis aliena trophæa,
Miltiati donec maiore æquatus honore eſt,
Sedaruntque illi flammas, Salaminia propter
Rura, coloratæ millenis cædibus vndæ,
Perſarum extinctæq; minæ, Xerxeſq; fugatus,
Vſque adeo pulchrâ parti virtute decóris
Ardet inextinctus fibris mortalibus ignis.

Iane quid exultas meriti iam præmia nactus?
Tu quoque fleuiſti, cum te matercula cunis
Exoluit, miſcens mellitis oſcula cruſtis,
Amotis velles vt ſeria quærere puppis,
Litterulas tenues lallare & grammata leui
Inſculpta in ligno. fleuiſti haud vt malè nati,
Limina quos valuaſq; vltra diſpellere matres
Coguntur, longè vt vicinia rauca reclamet.
Aſt amor expreſſit lacrimas natiuus honeſti,
Et iam maiores curſu ſuperare cupido.
O quoties nullam tibi ſera crepuſcula noctem,
Debita nec ſomnis fecerunt ſidera ſomnos,
Multa reuoluenti tacitumque cubile docenti
Lapſæ præteritos actus luciſque futuræ!
Dum cœli erubuit flauenti porta colore,
Et lucem rimis immiſit hiantibus, at te
Priuarunt nullo dilucula prima ſopore.
Nunc ergo merita hæc neglecti præmia ſomni.
Sæpius & ſpretæ cœnæ ventriſque crepantis,
Ploratuſque adeo antiqui vdarumque genarum
En tibi Apollineâ fragrantia præmia lauro,
Quæ vel Miltiadis poſſint æquare trophæum,
Vel nati laudes & fortia geſta Neoclis.

Henrico Heshuſio Superint. Hildeſienſi Doctori Theologiæ renunc.

HIc ſimilem patri grauidâ de mole leuatum,
Te mater cunis dulce locauit onus,
Hîc pia cepiſti veteris purgamina culpæ,
Chytræo ſacrâ teſte rigatus aquâ.
Hîc tua depoſuit primos infantia luſus,
Cum teneris Sophiæ cruſtula nacta cibis,
Hîc tua nunc velat Doctorea tempora mitra,
Omnia fortunæ ſint, precor, illa tibi.
Omnia Roſtochium dedit illa: ſed omnia nondum
Cur non hîc viuis vir moreriſque ſenex?

Eidem.

Eidem.

FRontem cum grauitate ſic venuſtam,
Linguam non ſine mente ſic diſertam,
Mentem cum pietate ſic politam,
Et quæ cætera Dii tibi dederunt
Certatim bona, quæque iam tibi dant,
Quo pinget mea Muſa penicillo,
HESHVSI? cupio ſed indiſertam
Diues materia obruit Camenam.
Quid ſi eſſem vel HOMERVS? imo dicam
Verbo, ſi ſinis, vnico. Patriſſas,

De eodem ad vrbem
Hildeſiam.

HIldeſie Martis victrix animoſa ducũq;,
Illæſum ſeruans per fera bella caput:
Hildeſie pacis cultrix ſtudioſa, Deûmque,
Doctorum genitrix ingenioſa virûm,
Pande fores, date vos plauſus, date lilia ciues,
Dicere tam feſto fas bona verba die.
Quo properat mannis Heros intrare reuerſis,
Quantus non ierat: nunc age pande fores.

In Bibliothecam Pappi.

HIc pluteos cerno nec Franca nec Itala tellus
Certet eis, cedat Sequana, cedat Arar.
Et quæ compoſuit victoris dextera Syllæ,
Et Ptolemeæa pulpita facta manu.
Admiréꝛne magis nitidum ſplendoris honorem,
Singula tantillâ quo ſine labe micant?
An mage me diues trahat & diuerſa ſupellex,
Milliaque è variis ſcripta petita locis?
An digeſta ſuis cognata volumina metis,
Ordine nec nullo ceu rude iacta chaos?
Felix Pappe quidem tali ditate tabernâ,
Sed magis, vnguiculis cuncta quod illa tenes.

Iohannes

Iohanni Simonio Poeſeos Profeſſori.

TAubmanni vt volucres ſapiant, gemituſq; Tobiæ,
Atq; vter ad guſtum ſit mage, Iane, rogas.
Cultus vterq; fluit, puroq; nitentior amne,
Fonte poetarum ponit vterq; ſitim.
Huic multum ſurgit plus ſurgit acuminis illi,
Aemulus vtriq; eſt, non ſine felle, lepos.
Nil deeſt, nil ſupereſt, ſibi par decurrit vbiq;,
Verbaq; collectis tornat vterq; rotis.
Alter natiuas trahit in ſua carmina Muſas,
Alter ſudoris plus habet atq, moræ.
Hæc hodie: quæ deinde rogas, maiore ſenatu,
Plus vter ad guſtum, cras tibi, Iane, canam.

Paulo Meliſſo, lauream donanti.

MELISSE laurum tolle: myrtus ſat mihi.

Petro Lindebergio, Poetæ cultiſſimo.

LINDEberge quid audiſti? quæ factio ſolum
Me contra, quantis fulminet ira minis?
Meuius hic polypo damnatus, Fannius hirco,
Scortillis Aiax, quiſque age quartus erat?
Indixére mihi quatienti bella tumultu:
Cantat ab inſidiis claſſica dira Lycus.
Quid faciam? dem terga? quid ah cultiſſime? neſcis?
Si volo, mors cunctis vnus Iambus erit.

Nicolao Weſſelo iuueni doctiſſimo.

WEſſele, cum Maronis arduam tubam
Tam bucculento ſufflet ore Meuius,
Se cultiorem Deliâ, ſe Cynthiâ,
Sibi olens in aurem dicat ipſi Fannius,
Horatianæ vendicator audiat
Lyræ Balenus, Bilbilim Aiax prouocet,
Terentiano vterque ſcurrâ nequior,
Quieſcis? ille Cypridos nepotule,
Phœbi medulla, Gratiarum floſcule,
Ignis Iuuentæ, inquam, quieſcis, abditus

Ael in-

Vel inuidendo Harpocrati ſilentio?
O ſi iuuentæ ſuſcitatus ſpiritu
Tibiq; patriæq; debitum excites iubar,
Hiſque improbis os obſtruas Thraſonibus!
Niſi facis, ohe meque teque verſibus
Quando cacatis enicare deſinent
Aiax, Balenus, Meuius cum Fannio.

Ad Viuidianum.

SCribere multa iubes, & longa volumina laudas.
Conſiliúmne ſequar Viuidiane tuum?
Prima mihi calami faciet iactura dolorem:
Altera chartarum tertia lucis erit.
Faſtidit ſpiſſas operoſa libraria moles,
Succinctas recipit: malim vter eſſe, rogas?
Ipſe leuis lector, longumque exoſus aceruum,
Pagina, ſubſiſtes, vix vbi verſa tibi.
Adde quod haud blattæ de me ieiuna querétur,
Eſt cui pingueſcat plus ſatis vnde, fames.
Ne tibi ſim, blattiſúe typiſue, mihiúe moleſtus,
Scribere pauca iube, ſcribere multa veta.

Hymnus in Chriſtum Saluatorem.

O Mihi Palladio mentem depurget aceto,
Et dolet arguta cote Minerua iecur,
Non ego Pergameas armis emoliar arces,
Aut Tyrios ducam per noua caſtra Deos.
Non auſos primo conuellere cærula remo,
Virgineiſuè canam furta patrata dolis.
Nec dominæ duras mentitæ eblandiar aures,
Aut celebratorum munera lauta ducum.
Chriſte, tuis primum procumbere niterer aris,
A te principium, tu mihi meta fores.
Nam canerem duplices q; ortus, dextramq; potentem
Atq; inſtauratæ dulce ſalutis opus.
Poſthabitos ſuperûmq; choros, patrioſq; penates
Et maieſtatis ſceptra repoſta tuæ.

Luſtra

Luſtratamq; hominis veri ſub imagine terram,
Atq; ſalutiferæ membra parata neci.
Aligerum rutilis venientem deſuper alis
Inque puellarem reddita dona ſinum
Conceptuſque nouos atque incrementa per auram
Æthercam intacti nobile ventris onus,
Et iam nataleſque humiles caſtamque parentem
Dicam, & quæ cunis riſerit aula tuis,
Aula fatigatis non ignorata iuuencis,
Si quando ſtabulis dura coëgit hyems.
Dicam & Gangaridum neges, Nabathæaque dona,
Quæque per inſolitum ſtella cucurrit iter,
Paſtorumque hymnos fœti & munuſcula ruris,
Cumque hedera canis limina picta roſis.
Nec ſileam regiſque minas gladiique tremorem,
Primo mutatos exilioque lares
Vtque onus excipiens raptim matercula carum
Per ſuſpecta cito fugerit arua pede,
Quamque exultarit vitreo ſub flumine Nilus.
Vt tremula aduentu luſerit vnda tuo.
Quantoſque interea Bethle perpeſſa tumultus:
O furor, ô ferro fuſe tenelle cruor!
At mox inſidiis poſitus modus: abiice rurſus
Dic metum: iam te patria tuta vocat.
I puer, & Nazaræa tibi cape nomina fatis,
Sic patri placitum: tu Nazaræus eris.
Perſequar & voto luſtrata altaria cenſu,
Atque initas templi lege iubente fores,
Sollicitos matris reditus, luctuſque timentis,
Hauſtaque perculſis gaudia luminibus.
Te verò implentem canos pietate magiſtros
Annos emenſum poſt duo luſtra duos.
Mox mihi dicetur iuuenis, cui pulpita littus,
Oſtrea cui victus ſetaque veſtis erat.
Ille etiam nondum lapſus compagine matris

Mouit in aduentum præuia ſigna tuum,
Quem nunc æterna fatorum lege coactus
Candida luſtrali tempora rore lauat
Dum pater altifremam quatiens cum murmure nubem
Te magno ſobolem ſuccinit ore ſuam.
Hinc loquar ingreſſus exordiaque illa laborum
Et mundo attonitis geſta tuente oculis.
Ecce merum bibitur liquido de fonte reuulſum,
Intumet & ſumptis viribus ipſe latex.
Ægra reſaneſcunt infractis corpora morbis,
Lethiferæ tactu terga dedere febres,
Iamque Elephas, iamque exceſſit ſubterflua tabes,
Fæmineus ceſſat ſanguinis ire fluor.
Aſt alibi affixos ſtratis natalibus artus
Vinctaque neruorum compede crura lenas,
Audent pernici pedibus contendere ceruo,
Tam citò torpentes dedicêre moras.
Quem cæcum terris natura puerpera miſit,
Aſpiceret nunquam ſolis vt acre iubar
Iuſſiſtique aperire oculos nubemque fugaſti,
O non mortalis conditionis opus.
Euinctæ extemplo ſoluêre ſilentia linguæ,
Impulit & ſubitus tempora ſurda ſonor.
Inuiſæ vmbrarum diræ, ſæuiſſima peſtis
Imperiis quoties intremuêre tuis?
Rupiſti mortis leges & ahenea iura,
Sub pede torſiſti Cerbereumque canem.
An non & miros per rura virentia paſtus
Septenas panum, dixero reliquias?
Piſcibus vndantes fluctus merſaſque carinas
Ni properam velles ſuppoſuiſſe manum?
Aut qualis vector Solymæ te miſerit vrbi,
Qualia per vicos cantica perque vias,
Diſcubitus quales conuiuiaque vltima menſæ,
Quo commiſcueris pocula ſancta mero,

Iamq;

Iamq; crucem duroſque obitus lachrymaſque tuorum,
Illaque ſacrilegis baſia fixa labris,
Euulſos,ſpinis conſertaque tegmina crines,
Militis & fœdas tempora paſſa manus.
Septenaſque,crucis monumenta celebria, voces,
Poſtremamque anima iam fugiente, ſitim.
Sanguineque,& liquida manantia vulnera lympha,
Dum gelidum ſtricto panditur enſe latus.
Mox & in exequias iret lachrymabile carmen
Et ſtreperet poſito nænia mœſta rogo.
Sic animam magni Herois caligine merſam?
Scilicet hoc factis emeruiſſe meis.
Vtque expirantem mœrens aſpexerit æther,
Viſus & inferni congemuiſſe fragor.
Vt timor attonitum ſubitus tremefecerit orbem,
Ne nox obtuſum conderet vna diem,
Quando nefas fugitque oculis curſuſque retorſit
Sol & pallidulis lurida luna genis.
Fleuerit vt ſolitis Iordanes auctior vndis
Pulla creatorem fleuerit herba ſuum.
Et iuxtà ruptis turbata è fronte capillis
Clamârit nimium ſidera ſæua parens.
Hinc tamen euentu penſans lugubria læto
Mutaris quaterem cymbala grata ſonis.
Nam quis io motus tumuli perrumpit operta,
Concuſſumque ima ſede relaxat humum?
En niuei cinctus, en lucida forma virorum:
Quàm citò cœleſti clauſtra reuulſa manu?
Anné etiam reddit, quas terra recondidit, vmbras?
Ite animæ lectæ. lucis adite domos.
At tu dux vitæ ſublimi accingere plauſu
Iamque triumphales murice conde rotas.
Quod mihi ſi liceat comitatibus ire remiſtum
Lætus cantantes inter ouabo choros.
Nec tantùm hoc: quin tempus erit, modò talia cures,

 Quo

Quo tibi te ſolido marmore templa ſacrem.
Auratis ſtabit victoria preſſa columnis,
Teque ſub inferno prælia geſta duce.
Illic labentes deducam anfractibus amnes,
Fictaque cælatis vrna liqueſcet aquis.
Aufugietque metu ripáſque relinquet inertes
Cocyti verſo gurgite nigra palus.
At diadema tibi claro radiabit ab auro
Floreſcenſque auro fulgura fundet apex.
In medio mihi victor eris, circumque iacebunt
Corpora mœrentum ſupplice fuſa genu.
Ipſe triumphato ducetur in agmine Pluto
Infami vinctus colla retorta ſude.
Atque hic innumeras acies, Acheruſa monſtra,
Nodoſo inuoluens ære catena trahet,
Ibunt Eumenides deiecto in Tartara vultu,
Perpetuam metuent guttura trina famem
Mors expiranti ſimilis ferrugine facta
Vix exarmata cuſpide tela geret.
Contriſtantem argento puro electroque niteſcet
Plebs pia, vexilli ſigna ſecuta tui.
Flammea quos inter rutileſcere caſtra iubebo
Et veris plauſus aſſimilare modis.
Ipſe quoque applaudam. viuo & ſuper inſequar ore;
Accendent viuos nablia iuncta ſonos.
Qualiter ingentem meritis impleueris orbem.
O quam continuus vox mea cantus erit!
Tu mundi rerumque ſimul cum patre repertor
Quæ tuus & patris ſpiritus intus agit
Per te centiguos cœlum ſinuatur in orbes,
Et redit ad leges noxque dieſque ſuas.
Enſe rebellantes fortiſſime deiicis hoſtes
Tu formidando numine bella geris.
Te tremuit Pharii gens indurata Canopi
Flebilis innumeris obruta funeribus.

Quid

Quid quod nigranti nebulæ te obnubis æmicta,
Nocturnoque iterum clarus in igne micas
Horridaque iniectis compeſcis flumina frenis
Sidereque in pronum præcipitata iubes.
Vtque iubes, refluo inuoluis curruſque viroſque
Turbine, diductas cum mare reddit aquas.
Te dicente ignis mediis fornacibus alget,
Amittit vires ignis & vnda ſuas.
Vuida propellunt ſcopuloſæ flumina cautes,
Et ſedeat querulam ſaxea rima ſitim.
Arcanus ſoli codex noſtræque ſalutis
Sponte recluſa tibi ſacra ſigilla patent.
Ad ſolium lecti expectant tua iuſſa miniſtri,
Stant ſerie longâ corpora mille patrum.
Te dominum venerata cohors tibi prona recumbit,
Te verum ingeminans vox ſonat vna Deum
Maxima te tellus recinit, te lucidus axis,
Te brutæ pecudes æquoreumque ſalum
Salue certa ſalus hominum, patris vnica proles,
Nec tu primitias ſperne benigna rudes
Dumque tibi poſtes delubri & limina condam,
En mea prompta tibi pectora parua domus.

In Natalem Chriſti.

CHriſtiane tolle ocellulos
Nigrùm micantes: an vides
Igneum faculis polum
Miro ludere motu?
Ille ille taurus horridis
Cœlum laceſſens cornibus
Quàm repentè, ferus prius,
Emiteſcere diſcit?
Miteſcit & canicula
Amicior mortalibus,
Nec iubam leo concutit
Cœli ſidera terrens.

Chriſtiane tolle ocellulos
Flauùm virentes: en tibi
Vndiq; enitet vt cito
Terra & pontus & aer.
Conniuet aura murmurans
Auſtri furentis: humidum
Piſcium ſalientium
Caudis diſſilit æquor.
Terræ it beata fauſtitas,
Intuſq; & extra geſtiens,
In ſonantia iubila
Ingens liquitur æther.
Ergóne nos ſilebimus?
Nox ô beata nox boni
Tam ſalutiferi ferax
Quis te carmine dicet?
Chriſtiane ſume barbiton
Chriſti canentem cunulas:
Si negas: mihi barbiton
Huc cede & mihi plectrum.

In nomen Acidalii.

VIx te naturæ laxatum carcere cœco
Lucina æthereis hauſtibus imbuerat:
Nectareo tenerum mox luſtras Iuppiter imbre,
Muſæ Caſtalio purificant latice.
At Venus, haut ſatis hoc, tacitis immurmurat auris:
Tu quoque tu noſtro aſpergine lautus eris.
Et ſimul infantem leni complexa ſuſurro
Obſtetricantis ſurripit è manibus,
Fontis Acidalii ponens iuxta alma fluenta,
Quà in medio Charitum ludit amicus Amor.
Heic tibi blandidulosque oculos, & ſæpta labrorum,
Molliculaſque manus, molliculoſque pedes
Abluit aſperſu vndarum, internoſque receſſus
Irrigat, & ſuccum ſtillat in ima animi.

Stillat

Stillat in ima animi: & meus ergo vocaberis, inquit,
Matris Acidaliæ fœtus Acidalius.
Nomineque ut notus noſtro, ſic ipſa viciſſim
Nomineq; & genio mox ero nota tuo.
Applauſere cohors Charitum, nomenq; iterarunt,
Viuat Acidalius, viuat Acidalius.
Fallor an hic patris fuſus tinnitus in aures
Indidit inde tibi nomen Acidalii!

In opus Inſcriptionum Veterum Iani Gruteri.

VOs ad Romuleam qui ſic contenditis urbem,
Qui petitis celeri Gallica rura pede.
Et quibus Hiſpanam curæ eſt inuiſere terram
Et quibus Almanni iugera lata ſoli:
Ruiq; ultra Heſperii Gades pomœria mundi,
Euphratenq; ultra deproperatis iter,
Diſcere magnorum monumenta antiqua Quiritum;
Hæc quoniam vobis vnica cauſa viæ eſt,
Si qua vetuſtatem & Martis fugere tumultus,
Si qua ſitu & tenebris exeruere caput,
Nunc ſatis eſt: illum iuuenes compeſcite curſum:
Vnam præ multis præſtat inire viam.
Quæ petitis toto orbe vagi; locus offeret vnus,
Heic vbi Muſæi iura Gruterus habet.
Atlas antiqui IANE imperterrite ſecli,
Tantæ tunc potes condere molis opus?
In quo concludas trifidum diſperſa per orbem
Cerni millenis quæ ſolita ante locis?
Magnificos victorum arcus, vaſtasq; columnas.
Cum cippis tumulos, cum ſtatuis tabulas,
A te deuictum dicet ſe Smetius, à te
Lipſius, & quiſquis tale quid auſus erat.
Huc igitur vertatis iter, iuuenilia corda:
Pro toto vobis orbe GRVTERVS erit.

Dauidis Chytræi Epitaphium.

IN quem contulerant largi ſua munera Diui
Præclaras cornu cælite mentis opes.
Ingenio Archyta: memori tu Cyre cerebro:
Tu Plato cui dulci gutture victus eras.
Omnia qui norat reliqui quæ ſingula ſolus;
Quæ mare,quæ tellus, quæ ſimul aſtra tenent.
Qui nocuit nulli,potuit quibus,adfuit ultrò:
Nullius irriſor,nullius hoſtis erat.
Vrbes quem magnæ,magni cum Cæſare reges;
Docti atque indocti quem coluere duces.
Qui meritis orbem,qui fama æquauit Olympum;
Qui ſi quis vita perpete dignus erat:
Exigua magnus iacet hac Chytræus in urna:
Dices denaſci iam quoque poſſe Deos.

Defunctus loquitur.

ME procul Arctoæ Brakenheimũ à murmure Balthes
VVirtenbergiaco nutrit alitque ſolo:
Mox adii natus nondum duo luſtra Tubingam
Laureolam Sophiæ clara Tubinga dedit.
Ætatem indagas? annis ſex adiice denos.
Laurea honoratum me VVitebergæ capit,
Clara Lutherano tum nomine clara Philippo:
Illi carus, hinc prolis adinſtar eram.
Munia doctoris mox ad præclara, Lyceum
Roſtochii,natum bis duo luſtra, vocat
Me Varnus iuuenem:decies me quinque per annos
Doctorem:Varnus vidit obire ſenem.
Hæc dixiſſe ſat eſt:nam noſti cætera: vel ſi
Non noſti:ſaxum; vel modo natus eris,

De eodem.

CHytræus niueos letho cum clauſit ocellos
Cygneique ſenis conticuere ſoni
Percita ferali Varnea Academia luctu
Complodit que manus dilaceratque genas.

Me mi-

Me miſeram! exclamat, quo nunc auriga, paterq;?
Quis ducet currus? quis reget inde meos?
Mente animi extincta qui vivam? me ſimul una
Me ferte atq; unum condite ſub tumulum.
Dixit & arreptum condens ſub viſcera ferrum,
Tecum, inquit, vixi, tecum obeamq; libens.

Adhuc.

SI commune bonum eſt, qui non ſibi naſcitur uni,
Non uni vivit, non moriturq; ſibi.
Si commune bonum eſt, cuius doctrina peritos
Conſtituit iuuenes, conſtituitque ſenes.
Si commune bonum eſt, qui ſolibus addidit umbras,
Spargeret vt dotes per loca plura ſuas.
Si commune bonum eſt: templis ludiſq; locandis
Conſilio formam qui ſapiente præit,
Si commune bonum eſt, qui non modo præcipit ipſe,
Sed præceptores voce libriſque facit.
Ni commune bonum dici mereare, Chytræe;
(Non equidem metuo dicere) diſpeream,

De Modeſtia Chytræi.

OMnia Chytræus, nihil & cognouerat idem,
Nil doctus, quamuis omnia doctus erat.
Non credis? quin & medio feruore rigebit,
Inquis, & in media flamma caleſcet aqua.
Audi age: quin illud, nil ſcire, memento, quod olim
Socratices dicunt iſſe rediſſe labris.
Sunt qui nil aliis norint, ſibi cuncta: Chytræus
Cognorat reliquis omnia, nilque ſibi.

Ad exteros & famam.

VOs qui Teutonicis procul hinc habitatis in agris,
Longius & ſi quos diſſita nutrit humus.
Obliquus vobis ſeu rectus ſurgat Olympus
Quotquot Chytræi candidus urit amor.
Quæ vos ſæpe viri mortem mentita fefellit
Nunc veros dicet pallida fama rogos.

Fama quid ah properas? pernices ſiſte quadrigas.
Nuncius auditur ſat citò qui malus eſt.

De eodem.

NI mihi ſimplicitas imponat credula; nemo
Chytræi in mœſto funere lætus erit,
Si tamen nullus erit mundi in quocunq; receſſu
Qui capiat tacito gaudia tecta ſinu:
Imprecor huic tantos crudeli in corde dolores,
Eumenidum quantos triga ciere potis.
Quantos Caucaſeo perfert ſub monte Prometheus,
Vultuream paſcens ſanguine vivus auem:
Olim Agmemnonius quantos perſenſit Oreſtes,
Viſcera maternis plena gerens furiis.
Quantos Alcides lethali exhauſit in Oetâ:
Damnatis quantos atra Gehenna parat.
Hæc & plura precor: donec de morte Chytræi
Deponat tacito gaudia tecta ſinu.

Adhuc.

FElicem cenſet iuuenis Pelleus Achillem,
Præco cui inuentus magnus Homerus erat.
At modò laudatum multis dum cerno Chytræum,
Certatimq; omnes ſacra ſuprema ferunt,
Præcones, fallit niſi menſura, beatos,
Vt quoque vel proſit mortuus, ipſe facit.
Nam quod laudis habet, meritis virtutis adeptus
Quis non emerito poſt ſua fata daret?
Si quis at ignotus fuit hactenus: ille Chytræum
Laudet, laudati nomine notus erit.
O quis enim hos inter Lyſippos habebitur? aut quis
Pinget Apelleis funera tanta notis?

Idem.

DVm reliqui condunt prælonga encomia vates,
Atq; oratores: iſta ego pauca dedi,
Plura daturus eram, tardet niſi flebile vulnus,
Heu nimis ad vivum quo mihi pectus hiat.

Atq;

Atq; utinam rapidos quod contra Alceſtidis orſus
  Reddidit Euripides: hoc queat eſſe meum?
Verum abſit; neq; enim tantum iuueniliter optem:
  Sat mihi, ſancte tuos ſi modò obibo rogos,
Sancte *Chytrae* tuos tantillo carmine manes
  Placem ſat felix carminis auctor ero.
Et nunc Diue vale dum Muſæ & Apollo manebunt,
  Saxoniæ & Varni tu remanebis amor.

Ioannis Ludouici Braſſicani
Tubingenſis.

Carmen ὁδοιπορικὸν Pannonicum ad Ioachimum Camerarium.

ALtricem egreſſi te deductore Tubingam,
Illo Menſigium uſq; die peruenimus ægre,
Errabunda peragrantes loca non ſine damno.
Hinc ego dulce ſodalitium matremq; relictum,
Quæ deſiderio noſtri nunc ægra tabeſcit,
Mecum animo repetens curis diſtringor acerbis
Colloquio tamen affinis recreatus amœni,
Forte ſequebatur noſtri qui principis aulam,
Hanc læthan ſumpſi haud Bachi ſine munere noctem.
Sole recens orto bellis comitatus amicis,
Iucunda vice ſermonum tria millia fermè
Repſimus ignoranter ad Vlmæ mœnia fortis.
Quo ſimul ac ventum veteres complector amicos
Præcipue Frecthum quo non humanior alter
Poſt homines natos mihi viſus & aptior alter
Seu populo in medio ſummi mandata parentis
Exponat, faciat ſeu verba frequente Senatu.
Vlmæ ſubſtitimus triduo aduerſantibus Auſtris,
Inde nihil ventos tempeſtatemq; morati,
Gintzburgam feſſi ſub lumina prima venimus.

Inte-

Interea ſed damna loci quæ fecimus audi:
Vix è conſpectu prouectos protinus ater
Corripuit turbo ripæq; alliſit iniquæ.
Ecce autem infidæ credentes corpora lymphæ,
Conſcenſis iterum ratibus;miſerabile viſu,
Obſtantes per prona ruens vis fluminis aufert
In truncos,ibi nil clauus valuereque remi.
Ipſeq; iam dubius vitæq; viæq, magiſter
Teſtatus pallore animum diis cætera mandat.
Sed nos ancipiti ex caſu ſeruauit Ieſus,
Illius auxilium ſol?us & implorantes.
Hoc iter immenſi tanto diſcrimine Lanno
Poſtridie pranſi diſcedimus inde Tulingæ,
Eſtettæq; alacres allabimur amne ſecundo
Adnixi remis,donec nox incubat atra
Danubio expoſiti tandem per amœna vireta
Vicinam pedibus villam propteramus, ibi omnes
Hoſpitio accepti mediocri mane ſub ipſum
Nauibus impoſiti Verdam contendimus,inde
Ieiuni & ſtomacho miſerum latrante profecti
Neuburgum aſſequimur pranſique recedimus illinc,
Poſt tergum vento nauim impellente ſecundo.
Dux Ingolſtadio ſiſtit nos quarta,vbi floret
Nobile gymnaſium Muſis atque artibus auctum.
Præcipue vero hoc ſtudiis operata iuuentus
Legum,Zuichemo ſub præceptore frequentat
In gurguſtiolo vectores ipſe relinquo,
Zuichemi primum per contaturus ad ædes.
Quo nacto cœnam condicere iuſſus ad horam,
Præſto cum ſociis belliſque ſodalibus adſum.
Qui tum ſermones,quæ gaudia, quique cachinni
Archados ingenium dum deridemus aſelli?
Vix aurora ſuos dum pulchra oſtenderat ortus,
Inde loci portu digreſſi, carmina læti
Ingeminant nautæ diis immortalibus omnes

Rite

Rite ſecundarent curſus ædeſque referrent
Quenque ſuas, flabris horreſcere lenibus Iſter
Primum, mox adeo vis ventorum ingruere atra
Conſilium vt fuerit feſſas ſubducere naues.
Deinde vbi prima fides fluuio, ponentibus Auſtris
Vitigeros inter colles vbi creſcit acetum,
Nec magis excutiens lachrymas nec acerbius vſquam
Prouehimur raptim victu facilem vſque Celhaymam.
Pinguibus hic paſtus turdis pinguiq; ferina
Demittor cubitum, per noctem largiter omnes
Inuitant miſeri ſeſe per mutua nautæ.
Mollibus è plumis vix corpora pigra leuantes,
Nauta iubet demptis mox ſoluere funibus oram.
Sicq Ratiſponam peruentum ſoſpite curſu.
Publicus hoſpitio me accepit ſcriba benigno,
Vſus amicitiæ cum quo mihi plurimus, illa
Donec abit nauis biduum ſubſiſtimus vrbe.
Contigerat ſummum ſol flagrantiſſimus axem,
Cum primum portu diſcedimus, hic ego ſæui
Impatiens æſtus paruo tibicine fultam,
Vt mos eſt, ſtoream ſubeo ſolusq; recumbo,
Neſcio quid meditans, meditantem faſce ſuperbo
Vinoſus nebulo petit & ſtoream occupat æque,
Eſſe ſibi ac mihi confectam diſcrimine nullo
Affirmans, ne quid turbæ ſequeretur iniquo
Imperitans ſtomacho. temulenti cedo furori,
Ne tamen audacem patientia noſtra vocaret,
In rabiem ulterius verbiſq infectus amaris
Vt maledicendi finem faceretq; bibendi,
Mox vbi Straubingam peruentum, defero nomen
Inſani ganeonis, vt audiit præſes ineptum
Multa indignantem deferri in vincula mandat.
Mane iterum cute curata contendere vires
Incipiunt nautæ. celeri volat incita tractu
Nauis ad oppiduli donec nox multa vetuſti

Auget

Auget Danubium paruo qua flumine Vilſa
Difficiles aditu ripas appellere ſuadet.
Mane expectantes donec ſol aureus atras
Diſcuteret nebulas nonam ientamur ad horam.
Tandem vbi prima fuit ſoluendi oblata facultas,
Saxoſum per iter pauidis loca cognita nautis
Proripimur,medioq; die vel circiter vrbem
Qua duo miſcentur patientia flumina naues
Danubio attigimus,dudum mihi cognitus hoſpes
Turgentes mox paſtillos intercute farto
Apponit, comites lactucis paſcit & offa.
Vix bene cœnatum, cum protinus auocor ægre
Nobilis accitu cuiuſdam qui mihi cauſam
Neſcio quam longis verborum ambagibus uſus
Obtruſit,ſociis vix redditus hoſpitioque
Concurſus tota fit in urbe. Incendia clamant
Pro ſe quiſq;,ruit certatim effuſa virum vis
Siphonaſq; alii expediunt,haſtilibus hamas
Præfixas alii,vel iniquo pondere ſcalas.
Hinc vtres,hinc lingua volant ſurſumq́; deorſumq;
Inclamat fer aquas fer aquas,vicinia tota
Improuiſa ſui medio bachatur in igne,
Conflagrata domus tandem finem atq; quietem
Impoſuit feſſis, ego conſternatus acerbo
Caſu, hanc inſomnem duxi noctem propè totam.
Tandem inter multo veſtitos abiete montes
Ocyus incedit vento ratis vſa ferenti.
Hic ego præterita neglectum nocte ſoporem
Compenſare volens,penitus ſecurus aquarum
Gurgite corripior vix experrectus ab alto,
Nil adeo eſt hominum cautum ſatis,o cyus omnes
Exiluere manus inter riſumq; metumque
Tendentes miſero,peruentum ad mœnia Linzii eſt
Nocte ſub illuſtri,confectis millibus octo
Et ſuper hoſpitio acceptum nidoque priore

Auo-

Auocat ad cœnam me doctus præſul opimam,
Claudius hic Regis comitatu forte relicto
Improuiſus adeſt ſtudio alta ſilentia quærens,
Propoſitoq; operi finem, communicat omnes
Syncere mecum curas animiq; dolores.
Lux erat Auguſti fugientis vltima ſole
Læta coruſcanti, qua pergimus inde Viennam
Mutatis ratibus, comitum affluxere catervæ
Diuerſo genere ex hominum, pleriq; ſolebant
Fortunam experti talorum intetprete iactu
Ludere, nonnulli crebris certare culullis.
Lendigenæq; pedes, prætextaq; furfure ceruix
Exercent alios, multæq; in corpore ſordes,
Nonnullos obſcœna Venus turpesq; loquelæ
Oblectare, meum miſere iecur vrere inepti
Sermones hominum, quos inter Rabula quidam
Auguſta herois facie, ſermone nefandó,
Moribus obſcœnis, vitioq; notatus in omni,
Obtrectator iners, periurus, ſpurcus adulter
Fabellas facili vulgo perſuadet aniles.
Hos inter comites inuiſos atq; moleſtos
Danubii rapimur per præcipites cataractas.
Hic Mœandreo conuoluitur unda recurſu
Ingenteſq; iterat ſinuoſo vortice flexus.
Parte alia ſcopulos inter vis fluminis altos
Circumfuſa ruit ſonituq; ingentia miſcet
Murmura & obiecta caneſcit fracta potenti.
Haud mora, dextrorſum iam præterlabimur arces
Rupibus impoſitas late ſplendentibus, Ipſii
Mœnia proſpectu ſignantes parua, telones
Nos vbi publicus hoſpitio ſuſcepit amico,
Percipitante die vix ſoluimus inde fragranti
Proluti vino, facili delabimur Iſtro.
Noctis ad obſcurum donec peruenimus illuc,
Hiſpani qua tota fuit penus atq; ſupellex

Mili-

Militis interclusa metu, nil præter acerbum
Affertur vinum & priduani fecala iuris.
Indico bellum ſtomacho noctemque per illam
Straminea effultus capio vix ſtibade ſomnum,
Deque via feſſus vento & vexatus & imbri.
 Hinc decedentes cœlo albeſcente Stainum
Ante expectatum peruenimus. oppidulo iſto
Auſtriaco lenique mero recreatus, amara
Curarum fomenta adimo, reduciq; Viennam
Gaudia amicorum ſpe iam præſumo futura.
Quod ſupereſt grauidis per conſita vitibus arua
Perpetuatur iter. iam vertice Cæcius alto
Incipit apparere procul, turritaque templa
Cœnobii, diui monumentum inſigne Lupoldi.
Inde Viennenſis prolabimur vrbis auentes,
Alta ſalutantes ſacræ pinnacula turris.
Quo ſimul ac ventum, ſtudiis me reddo & amicis.
Vt via longa ſuum ſic cepit Epiſtola finem.

PÆAN LYRICVS de victoria CAROLI AVGVSTI, & FERDINANDI fratris.

QVæ fauſta regum dicere prœlia,
Victos & hoſtes, Calliope, ſoles?
 Nunc voce vocaliq; plectro,
  Dic age, dic celebres triumphos.
Aſſueta quales, qualibus es modis
Cantare laudes Sceptrigero Ioui,
 Et Diis periclo liberatis
  Cœlitibus pueriſque Divûm.
Quando inſolentes Iuppiter impetus
Tellure natorum ipſe Gigantium
 Compreſſit, expertus DEORVM
  Auxilium atque manus fideles.
Sic multichordem, Diua, age Barbiton
Impelle dextro pectine, & inclitas

Victo-

Victorias dic principum ore
Quo potes vſq; potes ſonoro
Dic vt ſuperbi contuderit minas
Et Cæſar Heſſi contuderit manus,
Ipſumq; ſaxoſum ſonantem
Militibus ſuperant Albim:
Dic at rebelles Imperii ordines
Et ſentientes hoſtica ſubditos,
Moráq; victrice, atq; lento
Marte coërcuerit Dynaſtas.
Vt fœderatarum ac ſocialium
Mox ciuitatum fregerit impetus,
Atq; inſtitrices vt tabernas
Impoſito attenuarit ære.
Dic Ferdinandi regis in omnibus
Rebus, Fidemq; & propoſitum tenax
Ludoſq; Fortunæ procaces
Fortem animum tolerare Suetum
Dic vt bibentes Albidos integrum
Fontem Bohemos fregerit, & nouas
Res molientes inde paucos
Supplicio abſtulerit benigno
Diuina res eſt imperium à Deo
Solo tributum principibus piis,
Contaminandum nec furore
Seditionibus aut ſceleſtis.
Teſtis gigantum vana tumentium
Præceps ruina ac exitium graue,
Olim viam affectare cœlo
Turpe, DEVM patriæ appetentum.
Teſtis caduco fulmine Veiovis
Deiectus Oſſæ Porphyrion iugis
Et tectus Ætnæâ Typhœeus
Mole, leves vomit ore flammas.
Deditq; pœnas ſtultitiæ graues

Centena iactans brachia Briareus
Et trux Echion, & Damaſtor
Encelatusque, Gyges & Ibas.
Exempla victæ clara ſuperbiæ
Extant Deorum, ne quis vt antea
Irritet iras, & potentum
Speret opes, rapiatque ſceptra
Idemque caſtus Bellerophon docet,
Minerua frænum cui licet aureum
Donaſſet atque artem domandi
Præpetis egregiam Caballi.
Auſus quietas Cœlicolûm domos
Tentare, præceps alite Pegaſo
Excuſſus, admiſſi inſolentis
Præmia digna tuliſſe fertur.
Vides vt omnes omniparens parens
Natura miro res agat ordine
Diſcorſque concordi rotatu
Temperet atque gubernet orbem.
Sic dura veri cedit hyems nouo
Et cœca Solem nox fugit obuium,
Minus nec indignatur aſtrum
Cedere ſideribus ſupremis.
Brutiſque vis eſt hæc animantibus
Innata, reges ſentiat vt ſuos
Regina lex eſt vt minores
Viribus editior gubernet.
Scriptura Reges difficiles licet,
Duroſve quamuis Sacra coli iubet.
Nec non magiſtratus feroces
Scripta profana docent ferendos.
Regum neceſſe eſt imperium pati,
Duroque corpus ſubdere calcari
Nec calcitrare aduerſus acres,
Sed ſtimulos bene ferre fas eſt.

Quin imo clemens imperium magis
Miteſque iuſſus rite veremini
Et Regis, Auguſtique fratris
Legitimas tolerate habenas
Obtemperandi Principibus ſuis
Præſens Voluntas, alma parens bonæ
Felicitatis eſt, & vxor
Ipſa ſalutiferi tonantis.
Licente rurſus deterius nihil
Vitâ; hæc & vrbes & diruit domos
Et milites quamuis feroces
Terga fugæ dare fœda cogit.
Atq; ipſe Princeps, Ipſe DEVS DEVM
Magno Deorum nomine principes
Dignatur, infernatis ipſos
Conſtituat Dominos vt orbis.
Ecquando præſens ſubſidium magis
Senſiſtis. Aut quis iuſtius imperat?
Virtute quàm qui præſtat, & qui
Conſiliis opibusque pollet:
Diuina cui mens, cui ſapientia
Regina virtutum, atque Modeſtia eſt;
Quem Fortitudo, temperanſque
Ingenium ingenuuſq; Candor.
Ornantque dotes, quas nihil attinet,
Compendioſo includere carmini
Multique lucentes in vnis
Principibus velut vniones
Quis imminentes dexterius Scythas
Auertet? Aut quis prælia tutius
Capeſſet, Hiſpano, Italoque
Milite, Teutonicoque fretus?
Quis vera nobis ſacra fidelius
Recteque factis iuſtificam Fidem

Componet? & leges paternas
Aut patriæ decus arrogabit:
Quam certa regum progenies duo
Totius orbis lucida ſidera
Quâ Ferdinandus, Carolus qua
Claſſe potens, & equis vterq;.
Nec pulchra multorum dominatio eſt,
Princeps ſit vnus, vel potius duo
Regnanto, Germaniq; Fratres
Auſpiciis dominantor æquis.
Quo Diua pergis? deſine grandium
Non hæc iocoſæ conueniunt Lyræ
Sed orſa ſub quercu hac vel illa,
Mox repetes leuiore pinu.

Sigiſmundo Libero Baroni in Heberſtein, &c.

Cvi mittam breue muneri poëma,
Ab incude recens mea profectum
Sigiſmunde? Tibi, qui ineptiarum
Admirator es vnicus mearum.
Delectant alios ioci procaces;
Infamis placet areæ quibuſdam
Ludus, & ſua tædii leuandi
Cuiuis eſt ratio. At tibi omne tempus,
Quod eſt publica ab occupatione
Relictum, teritur venuſtiorum
Scriptorum aut, Baro, lectione vatum.
Ergo dum vacat à tuis negotiis,
Et voles male collocare tempus,
Aut vitare meridiationem,
Iſtud perlegito meum poëma,
Atq; æqui facias boniq; quæſo!

Phœnix ſiue luctus Auſtriæ ob mortem D. Annæ Quiritum, Pannonum, ac Bohemorum Reginæ.

Prima cicatricem vix duxit plaga ſupremam.
Vulnere cum ferior ſanguinolenta novo.

Nec

Nec defleta modis ſatis eſt mihi filia dignis,
Cùm mater lacrymas poſtulat ipſa nouas
Non ita conſternata fui, nec territa damno,
Seu mihi quod peſtis ſeu mihi Turca dedit:
Quàm modo reginæ me mors perculſit acerba
Mors mihi flebilibus teſtificanda modis.
Indulgere iuuat lacrymis nec turpe putabo:
Plangere fœmineâ triſtia corda manu.
Hoc fatale mihi eſt vexari fluctibus atris,
Nec tamen aduerſis ſuccubuiſſe malis
Sic tolerata mihi vix eſt tolerabilis hoſtis,
Omnia graſſantis per mea membra manus?
Sic tolerata lues vix eſt tolerabilis, atq;
Sæua peregrini militis ira mihi.
Sicq; locuſtarum vis ingluuiesq; nocentum
Vix toleranda, tamen diſſimulata mihi!
Nec tamen ad lacrymas conuerſa, leuesq; querelas
Officiisq; egi non aliena meis.
Nunc animi eſt erepta mihi ſententia conſtans,
Vix tueor partes nunc malè firma meas;
Quoſq; animo gemitus compreſſi mœſta virili,
Principis expreſſit mors mihi ſæua meæ.
Heu quid ago infelix, fatiſq; exercita diris,
Acceſſit noſtris vis cumuluſq; malis.
Ad Scythicum conuerſa polum, ſeptemq; Triones
Cur inhibes ſævas mors violenta manus?
Collimanda tibi ſunt iſthac ſpicula, namq;
Vxor erat ſtygio diginior illa Iove.
Ecquid in inuiſas non ſumis dira novercas
Tela: Quid inuiſas non rapis ipſa ſocrus?
Vixerit Aonidum ſic illaudatus Homero
Therſites, viuat ſic ſibi quiſq; malus.
Omne capax rapit vrna caput diſcrimine nullo,
Nec refert fuerit ater an albus homo.
Omnia diſſimili ſimilis Proſerpina fato

Eripit humanum nil miſerata genus.
Nec, mihi crede, aliquid mortalibus immortale,
Hac ſumus in ſola conditione pares.
Cætera DI meliora tibi, Regina, dedere:
Quæ ſermone libet commemorare breui.
Interea lacrymæ ceſſate, graueſque querelæ,
Et vacet à gemitu fœmina virque pio.
Arceſſenda procul mihi ſunt exordia rerum
Et ſeries regum longa petenda procul.
Hinc abauos, atauoſq; placet, claroſq; parentes,
Et placet à matris ducere ſtirpe genus.
Gedemiræ antiquo deducta Megiſtane proles,
Vna fuit Olgird, altera Keſtud erat:
Olgirdæ ſoboles eſt maſculina Iagello,
Qui ſacro ablutus poſtea rore fuit.
Atque VVladislaus mutato nomine dictus,
Sarmatiæ tenuit ditia regna diu.
Filius huic Caſimirus erat, rex impiger armis
Qui latè patriam rexit & auxit humum
Cui plures natæ, cui ſexus maſculus hæres
Sarmatiæ ſummam qui tenuere diu.
Mentio digna ſuo de natis tempore fiet,
Natarum ſeries ſed referenda prius.
Per quas affini coniuncta Alemania vinclo,
Quam lambit tumidis Rhenus & Iſter aquis.
Anna Boleslai eſt Pomerani principis vxor,
Barbara Saxoniæ nupta puella Duci.
Regulus Helduigin Boiorum magnus habebat,
Vnde Palatinæ lamina multa domus.
Legnitio Eliſabetha duci deducta marito,
Huic genti lumen contulit atque decus,
Vni nomen erat Sophia, quæ nupta Dynaſtæ
Brandenburgenſi, prole beata fuit.
Cæſaris optandi cui cura eſt credita genti,
Plena hæc Principibus præſulibuſque domus.

Ad fra

Ad fratres redeo clariſſima lumina mundi,
Præcipue ad patrem Pannonis Anna tuum.
Pannoniæ huic vltro regnum dotale Beatrix,
(Grande Beatricis nomen & omen habes.)
Obtulit,& regni procerum officioſa voluntas,
Ah quantum eſt illo regnum habuiſſe modo!
Rurſus Alexandra eſt Olgirdæ filia nupta,
Maſſouiæ quondam,dux Semouite,tibi.
Ex quibus Erneſti Cimburgis edita coniux,
Fridricum Imperii protulit alma caput.
Hinc ſocer,hinc proſocer leuir,hinc charuſq; maritus
Plurimaq; hinc ſoboles, quod bene vertat, adeſt.
Nec tibi Moſcouiæ gens inficianda niualis,
Ex hoc nobilitas eſt quoque clara loco.
Keſtudes etenim Olgirdæ germanus in illam
Inſertus gentem multa tropæa tulit.
Hoc patre Vitoldas dux eſt procreatus, & illo
Lituaniæ Princeps tempore magnus erat.
Vnica nî fallor,cui filia tradita Moſco,
Et deſponſa duci vixit Anaſtaſia.
Ambo hinc Baſilii diuerſo tempore & inde
Ioannes vario tempore vterque fuit.
Sarmaticum affini non ſolum limite,verum
Sanguinis attingis proximitate genus.
Nec vitio frater dabitur,qui dulce putauit,
Pro patriâ,in patriâ,cum patriâque mori.
Triſte rudimentum belli, Rex induit arma
Arma tyrocinio non ſatis apta ſuo.
Cedite nam Decii, procul inde faceſſite Curti
Rex horum laudes clarus & huius habet.
Nec laus Eliſabethæ auiæ reticenda paternæ
Quâ non nobilior fœmina nata fuit.
Illi Cæſar auus,proauuſq;,abauuſq;, atauuſque,
Pannoniæ frater rex fuit atque parens.
Sarmatiæ coniux rector,ſex ordine nati

Succedunt, tenet hæc nunc quoq; regna nepos
Coniuge quid potius dicam, vel patre mariti?
Sarcina vix humeris hæc ſatis apta meis.
De quibus eſt dixiſſe nihil, quàm dicere pauca,
Forſitan & ſatius conticuiſſe fuit.
Alter ad occaſum populos regit, alter ad ortum,
Et fermè ambobus paret vterq; polus.
Hoc ſatis eſt dixiſſe mihi, ſed dicere plura
Alterius fuerit grande laboris opus.
Nec capit hos ſuccincta breuiſq; anguſtia chartæ,
Quorum regificas vix capit orbis opes.
Immemor incepti triſtiſq; oblita decori
Ad natos venio Sarmatis Anna tuos.
Hic mihi lætitiæ veniam da Diua licentem,
Erumpunt toto gaudia corde mihi.
Non poſſum gemitus ſimulare graueſq; querelas,
Sit licet incepto res aliena meo.
Tollite ferales lugubria ſigna cupreſſus,
Atq; parentales exequiæ itę procul.
Nectite victrices circum mea tempora laurus,
Vix memini, ſi quid flebile paſſa fui.
Vſque adeo generis ſpes inclita, maſcula proles
Auſtriacæ columen me fouet atq; domus.
Vos patrui auſpiciis victricia ſigna ſecuti,
Aſſerite afflictam gnauiter Hungariam.
Conatus equidem nihil hos remorabitur vnquam,
Interno impendet nullus ab hoſte timor.
Suppoſitas cineri prunas flammaſq; doloſo
Extinxit veſter patruus atq; pater.
Fallor? An à læuâ felici lapſa volatu
Confirmat volucris vota preceſq; meas.
E diuerticulo repetendus ſermo, nec extra
Propoſiti metas ire ſinendus erit.
Quid referam natas & fœminæum comitatum,
Atq; puellares numina vera choros?

Vix totidem ancillæ reginis ſæpe fuêre
  Aluo reginæ quod prodiere tua.
Atq; alias agitat regnandi dira libido;
  Nota,ſed exemplis res odioſa datis.
Sollicitat belli nonnullas cura gerendi,
  Præcipue regnum quo muliebre loci eſt.
Fauſtinas aliæ referant,matremq; Neronis,
  Eſt quoq; cui placeat trux Cleopatra nimis.
At tibi nulla fuit regnandi,nulla minandi,
  Nulla extorquendi ſæua libido fuit,
Quamuis dotalis ſublatæ ad culmina regni,
  Conditione fuit mens moderata pari.
Tu telas,non tela,nec arma cruenta,nec arces
  Non profecturis ictibus oppoſitas,
Sed bona tranquillæ curaſti commoda pacis,
  Irarum fugitans atq; quietis amans.
Regibus vxores tot reginiſq; maritos,
  Atq; orbi Dominos te generaſſe ſat eſt.
Imperitent aliæ præter muliebre decorum,
  Te penſis famulas non oneraſſe pudet,
Adde ſupra dictis maternæ ſtemmata ſtirpis
  Addeq; Gandalitos clara tropæa domus.
Principe Gandalio tua prodita Vaſcone mater,
  Complures habuit virgo pudica procos.
Illa VVladislao tandem deſponſa marito,
  Tranſegit vitæ tempora læta ſuæ.
Tertius exierat ſeſqui & milleſimus annus
  Biſq; decem,Iunii treſq; fuere dies.
Quando ope Lucinæ Genetyllidos implorata,
  Anna parens natu eſt exhilarata tuo.
Impoſita eſt capiti matris,de more,corona,
  Bis denis vitam menſibus ante tuam.
Buda fuit natale ſolum,ſed Rhetia natrix,
  Qua fremit Alpinis turgidus Oenus aquis,
Cæſaris ſic ſtudio eſt educta ſororia tecum

Nubilis eſt donec vtraque facta viro.
Iam me virtutum vix enumerabilis ordo,
Atque vrget meriti gratia multa tui.
Quid primum mediumve loquar? quæ in fine locabo?
Ornamenta tuæ rara pudicitiæ?
Ambiguam faciunt & copia & optio mentem.
Nunc placet hæc virtus, nunc placet illa magis.
Ac velut in prato conſidens virgo virenti
Qua fons muſcoſo proſilit è lapide,
Nunc varios molli decerpit pollice flores,
Aut Narciſſe tuos, aut Hyacinthe tuos.
Candida luteolis nunc iungit lilia calthis,
Lilia puniceis micta papaueribus.
Nunc violas, cythiſos, thyma nunc fragrantia carpit,
Purpureas tenero nunc ſecat vngue roſas.
Attamen in dubio eſt, non illud, nec magis illud
Eligit & numero copia maior adeſt.
Nec quod præponat, nec quod poſtponat, in arcto
Hæret, & optatis ambigit ipſa ſuis.
Interea vt dulci ſertum mittatur amico
Efficit, vt folio verſicolore ſiet.
Sic mihi per medias & eunti res, & ituro,
Corporis, aut animi, fortuitique boni.
Anna tuæ nullo dotes, ſunt ordine dictæ,
Attamen hæc vnus ſingula faſcis habet.
Non bene principium poſito reperitur in orbe
Nec finem ductus circulus vllus habet.
Sic tua continuo virtus ſtat in ordine certa,
Quæ nullum finem principiumque tenet.
Digna tamen ſpecies regno fuit iſta tenendo,
Rege fuit dignus corporis iſte decor,
Multus in ore lepos, in corpore multa venuſtas,
Maieſtas oculis & reuerenda tuis.
Matronale decus fuco procul atque colore,
Qualia mentitus inficit ora color.

Multiferi vites laudantur palmitis, & qui
Depoſitum multo fœnore reddit ager.
Et ſterilis veteri culpata eſt fœmina lege,
Fertilitas ſummo ſemper honore fuit.
Pappia priuatis fuit & Poppæa timori,
Dicta maritandis lex fuit ordinibus.
Omniparens natura ſuum de germine nomen
Ducit & à fœtu dicitur ipſa ſuo.
Et tu Cæſaridum mater Regumq́ue Ducumq́ue
Egregiam laudem fertilitatis habes.
Nam tua ter quinâ lætata eſt Regia prole,
Imo ego ter quinâ prole beata feror.
Atq; vtinam ſterilis quam ſic fœcunda fuiſſes,
Iam fueras partâ prole beata ſatis.
Nec moriens regina mihi damnoſa fuiſſes,
Interitu tantum quod foret abſque tuo.
Namque aliam pro te moriens regina dediſti,
Nata tuam interea vixerit illa vicem
Ac veluti Phœnix de morte renaſcitur ipſa,
Atque ipſam ſeſe dum parit, ipſa perit.
Sic tu cùm viuam ſobolem moritura relinquis,
Immortalis eris morte renata tua.
Pertinet ad laudes pietas tua cognita diuis,
Notaque pro populo ſunt pia vota tuo.
Te veniente die, te decedente precantem,
Certa fides ſacris inuigilaſſe libris
Acceptam precibus refero votiſque ſalutem,
Quicquid id eſt quod ſum ſum pietate tuâ.
Ah quoties ſtricto molitus acinace plagam,
Turca tuâ nocuit nil mihi abactus ope.
Ah quoties dubii euaſi diſcrimina martis,
Ploratu ad ſuperos Anna ſequeſtre tuo.
Sic tuus inſidias coniunx dominuſque latentes,
Atque hoc vitauit certa pericla modo.
Imperii rebus dum conſulis, & vagus illac,

Nunc

Nubilis c
Iam me vir
Atque vr
Quid primu
Ornamen
Ambiguam
Nunc pla
Ac velut in
Qua fons
Nunc vario
Aut Narc
Candida lut
Lilia pun
Nunc viola
Purpurea
Attamen in
Eligit & n
Nec quod pr
Hæret,&
Interea vt d
Efficit,vt
Sic mihi pe
Corporis
Anna tuæ n
Attamen
Non bene p
Nec fine
Sic tua co
Quæ nu
Digna tam
Rege fu
Multus in
Maieſta
Matronal
Qualia

Vt breuius dicam Reginæ Epicedion Annæ,
Virtutum eſt iſto ſub tumulo cumulus.
Vos autem extinctæ poſtremos reddite honores,
Grataque legitimis ſoluite iuſta modis.

Legationes D. Sigiſmundi Liberi Baronis in Heberſtein, &c.

OCcaſus, mediuſque dies, ſeptentrio, & ortus,
Sunt peragrata ſolo, ſunt peragrata ſalo.
Principibus mandata fero, dum maxima regum,
Vectus equo, rheda, ſiue rota, atque rate.
Ladiuicum ad regem miſſo, Solymumque Tyrannum
Perluſtrata rota eſt Pannonia atque rate.
Cæſaris orator ad regem Maxmiliani
In Daniam celeri ſum quoque vectus equo.
Auſtriacæ miſſu regionis per mare ſæuum
Heſperiæ mihi ſunt regna petita rate.
Sauromatas eadem vexit me rheda ad vtroſque
Per niue conſperſas inuiolata vias.

PASCHASII BRISMANNI

De Iano Douſa.

AVdiit Aonidum turba admirante Dearum
Duſa, arte ingenii carmina fuſa tui:
Carmina ſelectis æquantia flumen Iambis:
Miratuſque: Deæ, cedite Phœbus ait:
Duſa mihi Muſa eſt: ſunt Muſica Duſica Muſæ
Quondam Heliconiades ſint modo Duſiades.

Ad eundem.

Cantantem audierat te Iambos, Duſa, Meduſa:
Anguineoque ſtupens hos dedit ore ſonos:
Cedite Nereides; Duſæ vos cedite Muſæ:
Vincit enim puro carmine Duſa Deas.
Ipſa ego quin animos etiam ſæuiſſima pono,
Carmine mulſa tuo, Duſa, Meduſa feros.

Eidem.

Eidem.

Quò mage, Iane, putos puros tu condis Iambos,
Purior hoc animus candidiorque tibi eſt.
Et neque pes, neque mens tibi claudicat: integer ipſe
Totus es. hoc titulo, Duſa, quid integrius?

Ad eundem.

Tete ego ſi ſpecto: quidquid laudabile in orbe eſt,
Corporis atque animi dotibus exſuperas.
Si dextram: dextra præſtas inuictus Achillem,
Si carmen: præſtas carmine Mæonidem.
Spirantemque nihil præter diuina Maronem.
Specto lyram? Calaber Flaccus es ipſe lyra.
Specto elegos? æquat tua Muſa, ô Duſa, Tibullum:
Inuidet & cunis Sulmo ea dona tuis.
Eloquio Cicerona refers, grauitate Catonem:
Grandia & ipſe facis, grandia & ipſe canis.
Et tua geſta ſenem referunt prudentia Ianum,
Magnaque magnanimum pectora, Duſa, ducem.
Quidquid in orbe decus ſummum nomenque meretur,
Ante retro ſpectans Ianus id vnus habet.

Eidem.

Grata, Tibulle, quidem, tua Grata, Catulle, Camœna eſt:
Et ſi præterea qui coluere lyram.
Sed tua, Duſa, tamen longè eſt gratiſſima Muſa:
Præ Lyricis aliis, quod ſapit, vnus habes.
Namque alii alternis deducunt carmen Iambis:
Sed Duſæ Muſæ iambica pura canunt.

Ad Leidam vrbem.

Leida decus Batauûm, tibi cur ſua candida Læda
Tyndaridum genitrix nomina ferre dedit?
An quia Cygnæis recubans velut illa ſub alis,
Dilecto meruit oſcula ferre Ioui?
Sic tu formoſis das & capis oſcula Cygnis,
Inque tuo recubat, pro Ioue, Apollo ſinu?
Oſcula ſancta! beate ſinus! quo dulce fouetur
Cantans Lædæus nobile carmen Olor.

Læda, tibi hinc alius ſurget cum Caſtore Pollux,
Qui claro ſuperet lumine Tyndaridas.

De eadem.

Leidam Palladias Phœbus iam fecit Athenas;
Duzam illic vatum conſtituitque Ducem.
I nunc & Batauas contemne ſuperbius aures:
Iam ipſo Helicone ſalis plus Bataua auris habet.

Ioh. Poſthio de nato filiolo.

Dum quereris ſine prole torum, pater orbe, frequentes,
Incuſaſque graues dulci in amore moras:
Millecuplo Lucina moram penſauit amore,
Blanda tibi vt natum Poſthiroſma dedit.
Nil differre nocet: ſtant lucra in amore moranti:
Fallere, quiſquis ais, Triſte in amore moræ.

Eraſmulo Poſthiolo.

Læta & fæta nouo Lucina ſuperbit Eraſmo,
Quem vati egregio Poſthiroſma dedit.
Auguſto ſate menſe, puer auguſtule, creſce:
Flore, viue diu blandule Poſthiole.
Viue diu: geminoſque tibi duo ſidera Eraſmos
Elige, poſt patrem quos imitere tuum.
Horum alter Sturmerus erit, qui ſolus honori
Sufficit vt poſſis calcar habere tuo.
Alter magnus erit, ſeſe ipſo maior, Eraſmus,
Ille decus gentis Roterodama tuæ.
His certes; victura diu laus cedet in æuum,
Spes patris & matris, blandule Poſthiole.

Matri & Patri.

Poſthiolam luxit Charitum pia turba Marillam:
Aſtra dabant fletus: terra bibit lacrimas.
Nunc Poſthi genitor, genitrixque Roſina ſecundo
Fetu abigis fletus, longè abigis lacrimas.
Gratia blanda, Roſina tibi, tibi gratia Poſthi,
Qui terram, & Charitum numen & aſtra beas.

Talia

Talia ſæpe feras, ô Poſthi, germina: tales
Poſtmodò ſæpe ferat culta Roſina roſas.

Ad Poſthium.

Corporis abſumptas reddis medicamine vires;
Dulce canens, animi nubila voce fugas.
Sic Phœbo es ſimilis, Poſthi cultiſſime: per te
Corporis atque animi reſtituuntur opes.

In eiuſdem Parerga Poetica.

Dum medica & melica clariſſimus arte, perenne
Victurum nuper conderet auctor opus;
Creſcenti vatis vatum Deus augur honori
Applaudens: noſtri his verè, ait, inſtar habes.
Nam melos aut canit, aut defleta reducit ab vmbris
Corpora; homo Diuûm munus vtroque gerit.

In Poſthii Veredum.

Ventum eſt quò properas: iam ſiſte, reſiſte, Verede:
Te decurſa colunt, ſidera, terra, mare.

De eodem Poſthio & Fr. Modio.

Poſthius & Modius duo Francidos inclita terræ
Sidera deuinctum me ſibi iure tenent.
Me quod amant ornantque ſuis recreantque Camœnis,
Ære ego me nexum prædéue diſſoluam?
Haud è re: res, æs, præs, nexu haud liberat iſto
Me vnquam: æternum, ego ſic debitor eſſe velim.
Sæpius appellent modò nomina. nomina nomen,
Ni id fiat, fiunt optima ſæpe malum.

De vrbe Argentinâ.

Vrbem Latini te vocant Argenteam:
Cur non magis, velut mereris, auream?
Doctos amas, doctos foues, doctos facis:
Doctos propagas orbem & exterum procul.
Hoc aureum munus mage eſt quàm argenteum.

In Nouantiquas Lectiones Fr. Modii.

Scinditur incertum ſtudia in contraria vulgus:
Antiqua noſcere hunc iuuat:

Ille nouis inhiat, ſtudioque reperta fideli
Recens, in vnum colligit.
Nemo repertus erat, ſtudio qui anteiret vtroque,
Vtriſque qui faceret ſatis.
Franciſcum Francis Modium modò Diua ſenilis
Dedit ingenii Muſa iuuenem:
Quo monſtrante viam Nouitas Antiqua reperta eſt,
Noua & reperta Antiquitas.
Hunc lege, ſi quis amas antiqua. hunc, ſi qua nouorum
Eſt cura. iuuenum vel ſenum
Nullus erit, iuuenem hunc ſtudio qui anteibit vtroque,
Qui vtriſque ſic faciet ſatis.

CASPARIS BRVSCHII EGRANI.

Parenti ſuo Ioanni Bruſchio.

QVi de maieſtate Dei patris omnipotentis
Ambigit, aut dubitat Numen ineſſe polo,
Diuerſos videat vultus hominumque figuras;
His mage diuerſum dicet in orbe nihil.
Si centum videas totidem cum millibus ora;
Vix cernes ſimili facta tenore duo,
In quibus os ori bene correſpondeat, aut ſit
Non vel frons tantum diſpare nota modo.
Hæc oris ratio diuerſo condita vultu,
Teſtatur quantus ſit pater ille Deus.
Tot formas etenim tam diuerſaſque figuras,
Artifici poterit pingere nemo manu.
Viueret imò ſi Cous fortaſſis Apelles,
Id præſtare ſuâ non tamen arte queat.
Et quia tanta Dei patris eſt vis atque poteſtas,
Perpetuæ debet laudis honore cani.
Hinc bene me, genitor, pietatem hortaris ad iſtam,
Quâ nec erit regi gratior vlla Deo.

Valentino Clerlioni.

Fide Deo, quicunque cupis bene viuere: quidquid
Vitaque fert animo fac patiente feras.
Nil adeo aduerſum eſt. quod non patientia frangat:
Hæc etiam Stygias vincere poſſet aquas.
At nemo eſt adeò fatis immerſus iniquis,
Quem reuocare Dei non queat alta manus.

In ſymbolum Mich. Baumani: Faueant qui volunt.

Quid moror hunc mundum? diuino ſemine natus
Cùm mihi protector ſit pater ille Deus.
Qui volet, ille meis faueat ſucceſſibus, opto:
Qui nequit, is ſocius deſinat eſſe meus.
Nulla poteſt homini maior fortuna venire,
Quam ſi clementem poſſit habere Deum.

Fortuna in cribro: in gratiam Eobani Heſſi.

Eſt fortuna mihi in ſpatioſo plurima cribro,
Atque adeò denſa, vt vix penetrare queat.
Sed te, Diua, precor dubio quæ vulueris orbe,
Qua magis inconſtans nil videt ille Deus,
Vt facili tranſire ſinas pede peſſima quæque,
Quæ vitam poſſint lædere fata meam.
E contrà, ſupereſſe ſinas bona plurima, quæ ſint
Vitæ ornamentum grande decuſque meæ.
Si fautrix rerum fueris, Fortuna, mearum,
Si fueris cœptis non inimica meis:
Polliceor iuuenem forti tibi corpore fortem:
In thalamis tecum dormiet ille tuis.

Spes mea Chriſtus.

Speret hic in vires robuſti corporis, alter
In multas & opes diuitiaſque graues.
Speret in Heroes qui vult quoq; cunq; duceſq;:
Me ſola in Chriſtum ſpes alat atque fides.

Breuia, & bona.

Vt breuitate nihil ſuccinctâ eſt pulcrius vſquam,
Sic breuia inprimis, ſic bona cuncta colo.

Sic breue carmen amo quadam dulcedine præſtans:
Dulcia nam breuibus ſemper ineſſe ſolent.

Muſa integra.

Fraudibus inuidiaque vacant domicilia Phœbi:
Sed non candore & dexteritate vacant.
Quiſquis Apollineas circumfert mente ſorores,
Pectore candorem verſat & ille ſuo:
Ille quibuslibet ingenio ſuccurrit aperto,
Subuenit integris, commodat atque bonis.
Qui ſpernit Phœbi monumenta, bitumine certè
Nigrius Illyrico pectus & inguen habet.

Noli altum ſapere.

Si ſapis, & verè ſapientis nomine gaudes,
Sis contenta humili, cara Thalia, pede.
Alta nocent, nimiumque nocent: ſublimia ſemper
Omnibus omnia ſunt vſque referta malis.
Quiſquis amas requiem, mediocria dilige: paruis
Aurea pax; magnis factio rebus ineſt.

Conſcientia res optima.

Qui bene conſcius eſt ſibi, feliciſſimus ille eſt;
Nec linguæ metuit dira venena malæ.
At quæ peccati ſibimet mens conſcia praui eſt;
Et timet, & miſeris angitur illa modis.
Non igitur cupio theſauros vberiores,
Non mihi Pactoli cuncta metalla peto.
Diues ego ſat ſum, ſi ſit mea conſcia recti
Mens ſibi, nullius & conſcia dextra mali.

Symbolum auctoris: *Naſci, pati, mori.*

Naſcimur, & patimur, morimur quoque ſcilicet iſte
Rebus in humanis ordo perennis erit.

Aliter.

Naſcuntur tumida mortales matris in aluo;
Hos quoque nonnunquam mors rapit ante diem.
Sed quas tranſigimus viuendo ſcilicet horas,
Ærumnas plenis cernimus atque malis.

Nubilis eſt donec vtraque facta viro.
Iam me virtutum vix enumerabilis ordo,
Atque vrget meriti gratia multa tui.
Quid primum mediumve loquar? quæ in fine locabo?
Ornamenta tuæ rara pudicitiæ?
Ambiguam faciunt & copia & optio mentem.
Nunc placet hæc virtus, nunc placet illa magis.
Ac velut in prato conſidens virgo virenti
Qua fons muſcoſo proſilit è lapide,
Nunc varios molli decerpit pollice flores,
Aut Narciſſe tuos, aut Hyacinthe tuos.
Candida luteolis nunc iungit lilia calthis,
Lilia puniceis micta papaueribus.
Nunc violas, cythiſos, thyma nunc fragrantia carpit,
Purpureas tenero nunc ſecat vngue roſas.
Attamen in dubio eſt, non illud, nec magis illud
Eligit & numero copia maior adeſt.
Nec quod præponat, nec quod poſtponat, in arcto
Hæret, & optatis ambigit ipſa ſuis.
Interea vt dulci ſertum mittatur amico
Efficit, vt folio verſicolore ſiet.
Sic mihi per medias & eunti res, & ituro,
Corporis, aut animi, fortuitique boni.
Anna tuæ nullo dotes, ſunt ordine dictæ,
Attamen hæc vnus ſingula faſcis habet.
Non bene principium poſito reperitur in orbe
Nec finem ductus circulus vllus habet.
Sic tua continuo virtus ſtat in ordine certa,
Quæ nullum finem principiumque tenet.
Digna tamen ſpecies regno fuit iſta tenendo,
Rege fuit dignus corporis iſte decor,
Multus in ore lepos, in corpore multa venuſtas,
Maieſtas oculis & reuerenda tuis.
Matronale decus fuco procul atque colore,
Qualia mentitus inficit ora color.

Multi

Multiferi vites laudantur palmitis, & qui
Depoſitum multo fœnore reddit ager.
Et ſterilis veteri culpata eſt fœmina lege,
Fertilitas ſummo ſemper honore fuit.
Pappia priuatis fuit & Poppæa timori,
Dicta maritandis lex fuit ordinibus.
Omniparens natura ſuum de germine nomen
Ducit & à fœtu dicitur ipſa ſuo.
Et tu Cæſaridum mater Regumque Ducumque
Egregiam laudem fertilitatis habes.
Nam tua ter quinâ lætata eſt Regia prole,
Imo ego ter quinâ prole beata feror.
Atq; vtinam ſterilis quam ſic fœcunda fuiſſes,
Iam fueras partâ prole beata ſatis.
Nec moriens regina mihi damnoſa fuiſſes,
Interitu tantum quod foret abſque tuo.
Namque aliam pro te moriens regina dediſti,
Nata tuam interea vixerit illa vicem
Ac veluti Phœnix de morte renaſcitur ipſa,
Atque ipſam ſeſe dum parit, ipſa perit.
Sic tu cùm viuam ſobolem moritura relinquis,
Immortalis eris morte renata tua.
Pertinet ad laudes pietas tua cognita diuis,
Notaque pro populo ſunt pia vota tuo.
Te veniente die, te decedente precantem,
Certa fides ſacris inuigilaſſe libris
Acceptam precibus refero votiſque ſalutem,
Quicquid id eſt quod ſum ſum pietate tuâ.
Ah quoties ſtricto molitus acinace plagam,
Turca tuâ nocuit nil mihi abactus ope.
Ah quoties dubii euaſi diſcrimina martis,
Ploratu ad ſuperos Anna ſequeſtre tuo.
Sic tuus inſidias coniunx dominuſque latentes,
Atque hoc vitauit certa pericla modo.
Imperii rebus dum conſulis, & vagus illac,

Nunc

Nunc hac ſuſpectis itque reditq; viis.
Vel dum vectus equo ſalebras perq; invia terqua
Obuius horribili non timet ire feræ
Dii ſuperi noſtrum ſeruate ante omnia regem,
Vitaq; principibus gloria ſitq; meis.
Non ſuperos tantum ſed flectere docta fuiſti
Humanos etiam ſupplice voce Ioues.
Ah quoties meritæ feciſti ignoſcere culpæ,
Commotum iuſtâ cum ratione virum.
Pro miſeris nullas oratrix paſſa repulſas,
Nec pro ſupplicibus ambitioſa reis,
Regia ſic fratrem, ſic placat Iuno maritum
Iam iam miſſurum tela triſulca Iouem.
Sic complexa trucem mollit venus alma Gradiuum,
Atq; iras reprimit delitioſa graues.
Carcens atq; aliquis tetro ſqualore, ſituq;
Et preſſus manicis compedibuſq; diu.
Quærit opem Regina tuam defuncta preceſq;,
Atq; operam expectat nunc quoq; Diua tuam.
Dotibus ingenii fueras quoq; prædita multis,
Quas ingens fuerit enumeraſſe labor.
Nec ſocialis amor mihi commemoranda fideſq;
Non erga dominum mutua cura tuum.
Frigora nec glacies, non æſtus ſolſtitiales,
Non nix, non pluuiæ, non lutulenta via.
Non grauis autumnus, non nimbi, non grauis Auſter
Quæque æſtas oculis pulnerulenta nocet.
Te Domino auulsére, nec auulsére marito,
Abſtraxére viro fata ſed atra tuo.
Non mihi Penelopes ſtudium, non iactet amorem.
In laudes ſemper Græcia prona ſuas.
Nec tibi præſtiterit regi deſponſa Pheræo
Viua maritali quæ tumulata rogo eſt.
Hactenus eſt ſeries rerum libata tuarum
Qua pote luce fuit, qua breuitate pote.

Sed breuius dicam Reginæ Epicedion Annæ,
Virtutum eſt iſto ſub tumulo cumulus.
Vos autem extinctæ poſtremos reddite honores,
Grataque legitimis ſoluite iuſta modis.

Legationes D. Sigiſmundi Liberi Baronis in Heberſtein, &c.

OCcaſus, mediuſque dies, ſeptentrio, & ortus,
Sunt peagrata ſolo, ſunt peagrata ſalo.
Principibus mandata fero, dum maxima regum,
Vectus equo, rheda, ſiue rota, atque rate.
Luduicum ad regem miſſo, Solymumque Tyrannum
Perluſtrata rota eſt Pannonia atque rate.
Cæſaris orator ad regem Maxmiliani
In Daniam celeri ſum quoque vectus equo.
Auſtriacæ miſſu regionis per mare ſæuum
Heſperiæ mihi ſunt regna petita rate.
Sauromatas eadem vexit me rheda ad vtroſque
Per niue conſperſas inuiolata vias.

PASCHASII BRISMANNI

De Iano Douſa.

AVdiit Aonidum turba admirante Dearum
Duſa, arte ingenii carmina fuſa tui:
Carmina ſelectis æquantia flumen Iambis:
Miratuſque: Deæ, cedite Phœbus ait:
Duſa mihi Muſa eſt: ſunt Muſica Duſica Muſæ
Quondam Heliconiades ſint modò Duſiades.

Ad eundem.

Cantantem audierat te Iambos, Duſa, Meduſa:
Anguineoque ſtupens hos dedit ore ſonos:
Cedite Nereides; Duſæ vos cedite Muſæ:
Vincit enim puro carmine Duſa Deas.
Ipſa ego quin animos etiam ſæuiſſima pono,
Carmine mulſa tuo, Duſa, Meduſa feros.

Eidem.

Eidem.

Quò mage, Iane, putos puros tu condis Iambos,
Purior hoc animus candidiorque tibi eſt.
Et neque pes, neque mens tibi claudicat: integer ipſe
Totus es. hoc titulo, Duſa, quid integrius?

Ad eundem.

Tete ego ſi ſpecto: quidquid laudabile in orbe eſt,
Corporis atque animi dotibus exſuperas.
Si dextram: dextra præſtas inuictus Achillem,
Si carmen: præſtas carmine Mæonidem.
Spirantemque nihil præter diuina Maronem.
Specto lyram? Calaber Flaccus es ipſe lyra.
Specto elegos? æquat tua Muſa, ô Duſa, Tibullum:
Inuidet & cunis Sulmo ea dona tuis.
Eloquio Cicerona refers, grauitate Catonem:
Grandia & ipſe facis, grandia & ipſe canis.
Et tua geſta ſenem referunt prudentia Ianum,
Magnaque magnanimum pectora, Duſa, ducem.
Quidquid in orbe decus ſummum nomenque meretur,
Ante retro ſpectans Ianus id vnus habe[t].

Eidem.

Grata, Tibulle, quidem, tua Grata, Catulle, Camœna eſt:
Et ſi præterea qui coluere lyram.
Sed tua, Duſa, tamen longè eſt gratiſſima Muſa:
Præ Lyricis aliis, quod ſapit, vnus habes.
Namque alii alternis deducunt carmen Iambis:
Sed Duſæ Muſæ iambica pura canunt.

Ad Leidam vrbem.

Leida decus Batauûm, tibi cur ſua candida Læda
Tyndaridum genitrix nomina ferre dedit?
An quia Cygnæis recubans velut illa ſub alis,
Dilecto meruit oſcula ferre Ioui?
Sic du formoſis das & capis oſcula Cygnis,
Inque tuo recubat, pro Ioue, Apollo ſinu?
Oſcula ſancta! beate ſinus! quo dulce fouetur
Cantans Lædæus nobile carmen Olor.

Læda, tibi hinc alius ſurget cum Caſtore Pollux,
Qui claro ſuperet lumine Tyndaridas.

De eadem.

Leidam Palladias Phœbus iam fecit Athenas;
Duzam illic vatum conſtituitque Ducem.
I nunc & Batauas contemne ſuperbius aures:
Iam ipſo Helicone ſalis plus Bataua auris habet.

Ioh. Poſthio de nato filiolo.

Dum quereris ſine prole torum, pater orbe, frequentes,
Incuſaſque graues dulci in amore moras:
Millecuplo Lucina moram penſauit amore,
Blanda tibi vt natum Poſthiroſma dedit.
Nil differre nocet: ſtant lucra in amore moranti:
Fallere, quiſquis ais, Triſte in amore moræ.

Eraſmulo Poſthiolo.

Læta & fæta nouo Lucina ſuperbit Eraſmo,
Quem vati egregio Poſthiroſma dedit.
Auguſto ſate menſe, puer auguſtule, creſce:
Flore, viue diu blandule Poſthiole.
Viue diu: geminoſque tibi duo ſidera Eraſmos
Elige, poſt patrem quos imitere tuum.
Horum alter Sturmerus erit, qui ſolus honori
Sufficit vt poſſis calcar habere tuo.
Alter magnus erit, ſeſe ipſo maior, Eraſmus,
Ille decus gentis Roterodama tuæ.
His certes; victura diu laus cedet in æuum,
Spes patris & matris, blandule Poſthiole,

Matri & Patri.

Poſthiolam luxit Charitum pia turba Marillam:
Aſtra dabant fletus: terra bibit lacrimas.
Nunc Poſthi genitor, genitrixque Roſina ſecundo
Fetu abigis fletus, longè abigis lacrimas.
Gratia blanda, Roſina tibi, tibi gratia Poſthi,
Qui terram, & Charitum numen & aſtra beas.

Talia

Talia ſæpe feras, ô Poſthi, germina: tales
Poſtmodò ſæpe ferat culta Roſina roſas.

Ad Poſthium.

Corporis abſumptas reddis medicamine vires;
Dulce canens, animi nubila voce fugas.
Sic Phœbo es ſimilis, Poſthi cultiſſime: per te
Corporis atque animi reſtituuntur opes.

In eiuſdem Parerga Poetica.

Dum medica & melica clariſſimus arte, perenne
Victurum nuper conderet auctor opus;
Creſcenti vatis vatum Deus augur honori
Applaudens: noſtri his verè, ait, inſtar habes.
Nam melos aut canit, aut defleta reducit ab vmbris
Corpora; homo Diuûm munus vtroque gerit.

In Poſthii Veredum.

Ventum eſt quò properas: iam ſiſte, reſiſte, Verede:
Te decurſa colunt, ſidera, terra, mare.

De eodem Poſthio & Fr. Modio.

Poſthius & Modius duo Francidos inclita terræ
Sidera deuinctum me ſibi iure tenent.
Me quod amant ornantque ſuis recreantque Camœnis,
Ære ego me nexum prædéue diſſoluam?
Haud è re: res, æs, præs, nexu haud liberat iſto
Me vnquam: æternum, ego ſic debitor eſſe velim.
Sæpius appellent modò nomina. nomina nomen,
Ni id fiat, fiunt optima ſæpe malum.

De vrbe Argentinâ.

Vrbem Latini te vocant Argenteam:
Cur non magis, velut mereris, auream?
Doctos amas, doctos foues, doctos facis:
Doctos propagas orbem & exterum procul.
Hoc aureum munus mage eſt quàm argenteum.

In Nouantiquas Lectiones Fr. Modii.

Scinditur incertum ſtudia in contraria vulgus:
Antiqua noſcere hunc iuuat:

Ille

Ille nouis inhiat, ſtudioque reperta fideli
Recens, in vnum colligit.
Nemo repertus erat, ſtudio qui anteiret vtroque,
Vtriſque qui faceret ſatis.
Franciſcum Francis Modium modò Diua ſenilis
Dedit ingenii Muſa iuuenem:
Quo monſtrante viam Nouitas Antiqua reperta eſt,
Noua & reperta Antiquitas.
Hunc lege, ſi quis amas antiqua. hunc, ſi qua nouorum
Eſt cura. iuuenum vel ſenum
Nullus erit, iuuenem hunc ſtudio qui anteibit vtroque,
Qui vtriſque ſic faciet ſatis.

CASPARIS BRVSCHII EGRANI.

Parenti ſuo Ioanni Bruſchio.

QVi de maieſtate Dei patris omnipotentis
Ambigit, aut dubitat Numen ineſſe polo,
Diuerſos videat vultus hominumque figuras;
His mage diuerſum dicet in orbe nihil.
Si centum videas totidem cum millibus ora;
Vix cernes ſimili facta tenore duo;
In quibus os ori bene correſpondeat, aut ſit
Non vel frons tantum diſpare nota modo.
Hæc oris ratio diuerſo condita vultu,
Teſtatur quantus ſit pater ille Deus.
Tot formas etenim tam diuerſaſque figuras,
Artifici poterit pingere nemo manu.
Viueret imò ſi Cous fortaſſis Apelles,
Id præſtare ſuâ non tamen arte queat.
Et quia tanta Dei patris eſt vis atque poteſtas,
Perpetuæ debet laudis honore cani.
Hinc bene me, genitor, pietatem hortaris ad iſtam,
Quâ neceerit regi gratior vlla Deo.

Valentino Clerlioni.

Fide Deo, quicunque cupis bene viuere: quidquid
Vitaque fert animo fac patiente feras.
Nil adeo aduerſum eſt, quod non patientia frangat:
Hæc etiam Stygias vincere poſſet aquas.
At nemo eſt adeò fatis immerſus iniquis,
Quem reuocare Dei non queat alta manus.

In ſymbolum Mich. Baumani: Faueant qui volunt.

Quid moror hunc mundum? diuino ſemine natus
Cùm mihi protector ſit pater ille Deus.
Qui volet, ille meis faueat ſucceſſibus, opto:
Qui nequit, is ſocius deſinat eſſe meus.
Nulla poteſt homini maior fortuna venire,
Quam ſi clementem poſſit habere Deum.

Fortuna in cribro in gratiam Eobani Heſſi.

Eſt fortuna mihi in ſpatioſo plurima cribro,
Atque adeò denſa, vt vix penetrare queat.
Sed te, Diua, precor dubio quæ vulueris orbe,
Qua magis inconſtans nil videt ille Deus,
Vt facili tranſire ſinas pede peſſima quæque,
Quæ vitam poſſint lædere fata meam.
E contrà, ſupereſſe ſinas bona plurima, quæ ſint
Vitæ ornamentum grande decuſque meæ.
Si fautrix rerum fueris, Fortuna, mearum,
Si fueris cœptis non inimica meis:
Polliceor iuuenem forti tibi corpore fortem:
In thalamis tecum dormiet ille tuis.

Spes mea Chriſtus.

Speret hic in vires robuſti corporis, alter
In multas & opes diuitiaſque graues.
Speret in Heroes qui vult quoq; cunq; duceſq;:
Me ſola in Chriſtum ſpes alat atque fides.

Breuia, & bona.

Vt breuitate nihil ſuccinctâ eſt pulcrius vſquam,
Sic breuia inprimis, ſic bona cuncta colo.

Sic breue carmen amo quadam dulcedine præſtans:
Dulcia nam breuibus ſemper ineſſe ſolent.

Muſa integra.

Fraudibus inuidiaque vacant domicilia Phœbi:
Sed non candore & dexteritate vacant.
Quiſquis Apollineas circumfert mente ſorores,
Pectore candorem verſat & ille ſuo:
Ille quibuslibet ingenio ſuccurrit aperto,
Subuenit integris, commodat atque bonis.
Qui ſpernit Phœbi monumenta, bitumine certè
Nigrius Illyrico pectus & inguen habet.

Noli altum ſapere.

Si ſapis, & verè ſapientis nomine gaudes,
Sis contenta humili, cara Thalia pede.
Alta nocent, nimiumque nocent. ſublimia ſemper
Omnibus omnia ſunt vſque referta malis.
Quiſquis amas requiem, mediocria dilige: paruis
Aurea pax; magnis factio rebus ineſt.

Conſcientia res optima.

Qui bene conſcius eſt ſibi, feliciſſimus ille eſt;
Nec linguæ metuit dira venena malæ.
At quæ peccati ſibimet mens conſcia praui eſt;
Et timet, & miſeris angitur illa modis.
Non igitur cupio theſauros vberiores,
Non mihi Pactoli cuncta metalla peto.
Diues ego ſat ſum, ſi ſit mea conſcia recti
Mens ſibi, nullius & conſcia dextra mali.

Symbolum auctoris: *Naſci, pati, mori.*

Naſcimur, & patimur, morimur quoque ſcilicet iſte
Rebus in humanis ordo perennis erit.

Aliter.

Naſcuntur tumida mortales matris in aluo;
Hos quoque nonnunquam mors rapit ante diem.
Sed quas tranſigimus viuendo ſcilicet horas,
Ærumnas plenis cernimus atque malis.

De eodem.

Naſci principium eſt: ſic mors eſt terminus æui:
Quod medium eſt, id erit mille pericla pati.

De amore.

Principium cunctorum amor eſt & lerna malorum,
Siue ſit is longus, ſiue ſit ille breuis.

De XII. ſignis Zodiaci, ac ceruiſia Vratislauienſi ſcops vocata, iocus Georgii Ioach. Rhetici.

Nobilis in veteri iacet vrbs regione Quadorum,
Sidere ſub gelido, Parrhaſis Vrſa, tuo.
Hæc quia Sarmaticis paullò eſt vicinior oris,
Forte Vratislauio à Principe nomen habet:
Mœnibus ac munita polos tangentibus altos,
Nulli vrbi cedit, Teutonis ora, tuæ.
Illic grata Ceres fieri ſolet; horrea poſtquàm
Ac lupulum puræ miſcuit humor aquæ.
Non eſt Saxoniæ liquor aptior: omnibus horis
Arctoo quæ cum ſidere ſicca, ſitit.
Iſta Ceres, *Aries* turba appellatur ab omni;
Atque aptum à ſigno principe nomen habet.
Nam velut ille trahens animalia plurima poſt ſe,
Zodiacum in ſupera conficit arce ſuum:
Sic liquor humano ſolet ille in corpore totum
Zodiacum rectè conſtituiſſe ſuum.
Nam velut ille laceſſitus ferit vndique cornu,
Monſtrat & aduerſa prælia fronte minax:
Primus & in toto ſignorum hoc ordine ſecum
Arripit arbitrio cetera ſigna ſuo:
Sic etiam illa Ceres hominis rapit omnia membra,
Sauciat atque manus, ſauciat atque pedes:
Atque omnes ſenſus, oculos perſtringit & aures;
Ne faciant munus peſque manuſque ſuum.
A velut hunc ſequitur metuendo corpore Taurus,
Fronte hirſuta Hyadas humida ſigna gerens:
Sic quos illa Ceres nimis abluit intus, vbique

In tauros etiam degenerare ſolent.
Fronte petunt, veluti duplici fera beſtia cornu,
Et quos contingunt aſpiciuntque viros.
Atque Hyades veluti pluuias inducere largas,
Quæ ſunt in Tauri ſidera fronte, ſolent:
Sic etiam tandem pluuios effundit & imbres,
Quem taurum ſemel hic efficit ipſe liquor.
Cumque ita fronte petit quoſcunque vir ebrius ille,
Tum facilè rixas excitat ille graues:
Dum vocat hos aſinos, alio illos nomine ſtultos,
Atque alios aliis intonat vſque modis:
Donec & in barbam crineſque ipſi inuolat alter,
Qui quoque non adeò ſobrietate valet.
Tum ſic noſter habet poſt tauri ſigna furentis
Zodiacus geminos Tyndaridaſque ſuos.
Dumque illi duo ſe per mutua vulnera lædunt,
Inuoluunt auidas crinibus vſque manus;
Et nunc ſeſe illuc, nunc huc in puluere verſant,
Et verrunt totis veſtibus omne ſolum:
Dicere te poteris cancrum vidiſſe rubentem:
Namque ea retrogada eſt plurima imago feræ.
Hos vbi percipit & clamores atque tumultus
Qui Cererem talem vendit in æde ſua;
Aduolat ille citus, vaginaque eripit enſem
Corripit aut auida grandia ſcamna manu:
Dirimit hac lites, animo iubet eſſe benigno;
Irarumque iubet ponere quidquid adeſt.
Potores addit rixoſos neutiquam amare
Se, ſed concordi qui pietate bibant:
Se Paci ac Cereri, non iræ odiiſue malorum,
Vel ſua Mauorti tecta ſacraſſe truci:
Hos altercantes qui ſic compeſcuit ambos
Hunc rectè Libycam dixeris eſſe feram.
Hæc feruentia erunt Nemeæi ſigna Leonis,
Vicinus quibus & Seirius eſſe ſolet.

Hunc ætate grauem tali & ſermone timendum,
Iam metuit toto pectore vterque virum.
Ergo ſilent atque arrectis ſtant auribus ambo,
Et redit ad menſas ebria turba ſuas.
Pax fit vbique, domum complentque ſilentia totam.
Paxque hæc Aſtreæ virginis ora notat;
Quæ Saturni habitans pacatas tempore terras,
Cœleſtes adiit ſub Ioue pulſa lares.
Hoſpitis audita iam duricieque miniſque,
Ac ſermone graui pergit vterque domum.
Dumque per amplarum ſpatiatur ſtrata viarum
Alter, & auguſti per ſpatia ampla fori,
Nunc his, nunc illis inclinans partibus, ædes
Nunc has, nunc illas denotat eſſe ſuas.
Si tot haberet & is, quot nutu denotat; eſſet
Roma vetus, Craſſo ditior ille tuo.
Hunc igitur Libram ſi dixeris eſſe bilancem,
Iudicium poterit carpere nemo tuum.
Hic longos vbi poſt curſus ſua tecta ſubintrat,
Ac recipit dominum regia parua ſuum:
Ingreditur penetrale domus, titubanſque ſubinde
Fabula fit pueris riſus & ille ſuis.
Vxor Arachnæas diducens ſedula lanas,
Hauſerat inſipidas ſobria ſemper aquas.
Vix etiam ſe pane domi bene pauerat atro,
Auxerat & paruæ commoda parua domus.
Hæc vbi conſpexit temulenti ſigna mariti,
Vocibus hunc lacerat protinus illa ſuis.
Ac tractat duris nimium ſermonibus ipſum;
Iam taurum, mox & clamitat eſſe ſuem.
Iam furem dicit, modò latronemque procumque:
Nuncque hos nunc illos increpat ore Deos.
Scorpius hac certè dominatur in ordinis arce,
Ac niſi me fallit mens mea, ſceptra tenet.
Ille furoris ita impatiens, vt plenus Iacchi

Ac

Ac Cereris donis atque utriuſque Dei;
Corripit ex digitis vetulæ quæ proxima ſedit
Lanificæ, fortem Palladiamque colum,
Coniugis hanc mox impingit latrantis in ora
Concutiens faciem, concutiensque caput.
Semimariſque colum hanc ſi dixeris eſſe ſagittam
Herois, puto te dicere vera nimis.
Tandem ubi pertæſum eſt rixarum, ultricis & iræ,
Claudicat ad thalami bos penetrale ſui.
Dumque fores humiles erecta fronte ſubintrat,
Incutit aduerſis poſtibus ecce caput.
Moxque iterum nunc huic lateri nunc incidit illi;
Ipſis parietibus prælia ſæua mouens.
Et quanquam dudum caput omni parte laboret,
Cogitur illud adhuc vulnera ferre tamen.
Idque genus belli, gemini poſt ſigna tyranni,
Zodiaco in noſtro ſic capricornus erit.
Ædem ubi ſe deinceps ſponda propiore locauit,
Mollibus & plumis ſus adoperto iacet:
Epotos crudoſque eructans ore liquores,
Euomit & potus, euomit atque cibos:
Vdus ita ingentes effundit Aquarius amnes;
Zodiacus finem ſic prope noſter habet.
Fluctibus ille ſuis toto & circundatus amne
Iam natat in mediis Piſcis auarus aquis.
Finis adeſt operi: feſſo date vina poetæ.
Vt Solis madidus diſcat & ille viam.
Id cupida verſato manu noctesque dieſque
Tempore quiſquis amas noſcere ſigna breui,
Sedulus & verſato merum verſato Lyæum,
Nataque Eleuſinas ſæpius udus aquas.
Sic ipſo fies Hyperione promptior olim,
Ac celerem hac vinces commoditate Deum.
Ille duodenis percurrit menſibus illud
Immenſum ſpatium, quod Iouis aula capit.

Tu poteris quocunq; die hos implere labores;
Atque ita zodiacum conſtituiſſe tuum.

E Salomonis capite V.

Si ſitis; è propriis haurito fontibus undam;
Eque tuis riuis quod cupis,omne pete.
Non aliena ferox rape; ſed ſua cuique relinque,
Ac fundi donis vtere rite tui.
At fontes prodire foras patiere,per vrbis
Vt partes aliquis rivulus ire ſolet.
Tu tamen illorum dominus ſis ſolus & illos
Conſeruans natis redde deinde tuis.

In febrim,in gratiam VVolfg. Suboli.

TArtarea prognata lues ſede, invida febris
Quæ vexas docti membra tenella viri:
Quæ tantum tibi iuris atrox permiſit Erynnis?
Aut unde acceſſit te nouus ille furor?
Vt quoq; Muſarum & Phœbi populeris amicos,
Atq; in Diis ſimiles tela inimica feras?
An quia nos omnis vexat,nunc mundus ob iſtud
Exemplum tibi idem poſſe licere putas?
Falleris ô: nam nec tali nos fine creati,
Tellurem nec in hanc condita turba ſumus.
Præterea qui cœlorum decus alta gubernat
Sidera,nos oculis adſpicit ille ſuis.
Illi ipſi cui nos curæ ſumus omnibus horis,
Mox dignas pœnas veſtra libido dabit.
Vos,quibus humanum genus eſt data cura premendi
Quorum hæc eſt munus carnificina ferox;
Debetis ſontes urgere doloribus iſtis.
Et quorum plena eſt impia vita dolis
Non quos & pietas commendat & inclita virtus,
Aut ars diſſimiles non ſinit eſſe Deo.
Tu quoque,ſæva tuum ſi vis præſtare fideli
Conatu,ad quod tu condita es officium;
Cur non ignauum potius quem vulnere tali

Affic

Afficis? eximiis parcis & arte viris?
Cur Euangelii non tam crudeliter hoſtes
Affligis, telis excruciasque tuis?
Aut cur non aliquem furioſa mente Tyrannum
Ad pœnas tales ſuppliciumque rapis?
Cur non fœdantes diuini dogmata verbi,
Indoctos monachos pontificeſque premis?
Et laceros illos, qui tot lacerare prophetas
Sunt auſi rapido fulminis enſe ſui?
Cur non Biſtonii premis agmina ſæua Tyranni,
Aut quæ rura ferox pinguia Gallus arat?
Heic exercendi poteras ſat habere doloris
Materiæ: ad pœnas vix ſatis una fores.
Illic præclare certe exerceberis, amplam
Illic materiem laudis habere potes.
Si vis officium præſtare fideliter ergo,
Ad quod es è ſtygio nata profecta lacu:
I mox Pontificiſq; ſubi conclaue: iacebit
Totus in aurato forſitan ille toro.
Aut pete Biſtonium, licet eſt via longa, tyrannum:
Forte is Pannonibus iam noua bella mouet.
Hos irata tuo compeſce dolore furores,
Hunc quantum potes ad Tartara ſæua rape.
Sic qui te nunc deteſtatur, amabit Olympus;
Et quæ terra fugit, te quoq; terra colet.
A caro nunc ergo mihi diſcede Syboto,
Nec preme doctiloqui corpus & oſſa viri.
Parce piis Muſis: ſi non vis parcere nobis;
Parce Deo clario, Theſpiadumque choro
Et ne læde Deos, ſi cetera lædere tentas
Omnia; ſi tantum te iuuat iſte furor.
Quod ſi Pontifices, ſi Turcica caſtra Getaſque
Vaſtabis telis frigoribuſque tuis;
Ceſſabiſque malis urgere laboribus illos
Quos Muſæ & Phœbus, caſtaq; Pallas amant;

 Tum

Tum memores pro te ſuperos orabimus ipſos,
Ne deſinit unquam frigora ſæua tibi.
Vtq; hiemes totas in Turcica fundere poſſis
Caſtra, & in Auſoniæ tecta ſuperba feræ.

In Symbolum Ioh. Modeſtini Kitzingii.

Euentus rerum Regi committe Deorum.
Tu fac interea munus ubique tuum.
Ipſe pater ſuperum, cœli qui templa gubernat,
Solus is in dextra hos verſat habetq. ſua!

Tandem vincet veritas.

Quamuis multa ſubit non parua pericula verum,
Cogitur & magnis cedere ſæpe malis;
Id tamen ut palmæ ſe ſtirps, licet obruta, tollit,
Tandem etiam fauſtum tollet in aſtra caput.
Stabit & integro certè ſub iudice vnicet;
Atque erit æterno filia cara Patri.

De eadem re.

Exul in terris licet erret ipſa
Veritas, ſummo Dea nata cœlo;
Attamen victrix erit illa tandem
Iudice Chriſto.
Vanitas autem, licet audiatur
Vndique, & toto dominetur orbe;
Hæc velut fumus tamen interibit
Vindice Chriſto.

Diuina agricultura.

Ruſticus vt mandat gelidæ ſua ſemina terræ.
Et tandem fructus percipit inde bonos:
Sic nos proiicit & gelidam telluris in aluum,
Qui regit hæc nutu corpora noſtra ſuo?
In cineres illic miſeros cœnumque ſoluti,
Incipimus tandem creſcere vere nouo.
Pars læta dulces pendemus in arbore fructus,
Et ſumus æterno dulcia poma Deo.

Pars etiam perit, ac terræ ſuccumbit in antris:
Hæc eſt Tartareis debita turba focis.

HVLRICHI BVCHNERI

Ioannes Georgius, Comes Solmæus.
Anagrammate.
Sic oles magno genio ſuaues mores.

HErbida ceu croceis viridaria floribus halant,
Et cerebri mulcent ſenſili odere tholos:
Sic & *oles magno* genio, comes inclite, *mores,*
Suaues, quos charitum temperat alma trias.
His Muſæ afflatæ vernant, viret innuba Pallas.
Floreſcit pietas, ſurgit honora Themis.
Addo quod Eutrapeli mereas, & nomina Frugi:
Semideus coleris ciuibus inde tuis.
Eſto quod eſſe licet! monſtra virtute Catones
Ipſa etiam quod alat Teutonis ora ſuos.

Fridericus Comes Leorſteinius.
Anagrammate.
Eſto flos viridis; Numine creſce.

Natus es & genere & virtute ad maxima quæuis,
Seu mores ſpectem ſeu iuuenile iubar.
Eſto quod es! *viridis* iuuenum *flos, Numine creſce:*
Et poſt te multos linque relinque ſenes.
Doctrinæ teneros quiſquis bene ſubiicit annos,
Ille ſenex olim ſuſpiciendus erit.

Albertus Comes Hoenloius,
Anagrammate.
Hoſtem Sedulo labore vinces.

Te ſimul ac vidi, dicebam, hic factus ad unguem eſt,
Nil quod in hoc Momus carpere poſſit habet.
Dulcis amor populi es, Patris oblectatio, matris
Delicium, Procerum gloria, cura Dei.
Hoc duce magnus eris quondam auſu Martis & artis:

Hos

Hoc duce in Eunomies clarus eriſque foro.
Sedulo in hoc *hoſtem vinces,* Alberte, *labore,*
Si quis erit, veluti plurimus eſſe ſolet.
Nil moueare igitur: nihil eſt quod agentibus obſtet,
Ante oculos quibus eſt, portus & aura, Deus.

Ianus Douſa; Anagrammate, *ſanus audio.*

Si quis ob ingenuas audit bene, & eminet artes,
Tu bene qui dicas *audio ſanus* erit.
Non ſolum loquor hoc: loquitur Germania mecum
Dedita quæ Muſis plaudit ouatq; tuis
Surgendum merito eſt, qui plurima commoda præſ
Siue ſit is natus, ſiue ſit ille parens.

Ægidius Hunius. Anagram. *Digna vehis viſu.*

Dum tua ſcripta lego, dio madefacta lepore;
Aio ait & mecum qui tua ſcripta legit.
Digna vehis viſu noſtras commercia ad oras:
Quem decoret laute dignus es auctus honos.
Seras ad uſque volat doctorum fama virorum:
Nec contenta vno eſt gloria vera loco.

David Chytræus. Anagram. *Vah ſidera ducit.*

Amphion ſcopulos, Delphinas fertur Arion,
Et ſiluas Orpheus traxe tenore lyræ.
Vah! mera figmenta hæc. Chytræus *ſidera ducit*
Eloquio, & mulcet Numina ſancta polo.
Quò potiora igitur ſacra ſunt reputanda profanis;
Hoc ille ingenio maior & arte vir eſt.
Candide perge ſenex, diuina recludere ſcripta!
Te manet ampla ſolo gloria, vita polo.

Mauritius Hellingius. Anagram. *Nihil melius, argutius*

Edita dum pieta legeret tua ſcripta, reducta
In certos quibus eſt Biblica triga locos;
Vt *melius nihil* eſt, ita nil *argutius*, inquit,
Hac opera. æternum candide vive ſenex.
Poſterior cura eſt ardentior uſque priori:
Felix qui ſenium devouet omne Deo.

Ioannes VVielandus, Anagram *In ſenio valde nauus.*
item, *Non viuas ſine laude.*

Te quia culta tuæ commendat gratia linguæ;
Linguæ egomet faueo: comprimo labra tenax.
Attamen eloquitur mihi nominis omen, & inquit:
In ſenio valde nauus es arte ſenex.
Non igitur *viuas ſine laude* ſenilibus annis:
Laude ſenectutem qui polit ille ſapit.

Iacobus Iordanus. Angr. *Carus audio bonis.*

Tam lepidè accurare meum quod ego audeo penſum,
Inde viris *carus audio* amorque, *bonis.*
Quin etiam pietas, cui ſunt mea munia cordi,
Molliter in gremio me fouet æqua ſuo.
Lætor io! mecum faciles Altorpia plauſus
Edit, honoratis clara frequenſq; viris.
Carior haud cumulus fului queat eſſe metalli,
Quàm mihi ſinceræ ſint Pietatis opes.

Sebaſtianus Notnagelius. Anagr. *Satis bona Luna genitus es.*

QVod te Iehoua maximus,
Facili tuetur Numine;
Legitque præconem ſuo
Vigilem atque idoneum gregi;
Pietas tua inſignis facit,
Sebaſtiane candide.
Quod te Camenarum chorus
Veneratur, ardet, expetit;
Virtus meretur hoc tua,
Et erudita humanitas.
Quod Gratiæ te diligunt,
Largaque copia beant
Opum adfatim adfluentium,
Hoc officii facit tui
Cura vigil atque induſtria.
Dextro profectò es Hercule

Viuas

Viuas in auras editus
Sed & explicante nomine
Luna es ſatis genitus bona.
Age vive! ſpartam quam tibi
Tribuere fata, orna impiger.
Sic quod precor, finem dein
Portabis hac ſperabilem
Tellure, nimirum polo
Animæ ſalutem lucido.

Philippus VViltnerus, Anagramma. *Tu pure pius plus nihil.*

Nuper vt audierat Pietas te dogmata Chriſti
Tractare in ſolido, culte Philippe; ſolo:
Extemplo dixit, ſalue mihi candide præco:
Tu pure pius es: *plus nihil* addo; ſat eſt
Poſſe placere homine res magna eſt, dignaque laud
Dignior & maior poſſe placere Deo.

Ianus Gruterus. Anagram. *Tu gnarus vir es.*

Mnemoſynes monumenta tuæ dum viuida luſtro,
Queis pulſas roſei Solis utramq; domum:
Tu gnarus vir es, aio: fauent tibi ſidere fauſto
Muſa, Charis, Melete, Pallas, Apollo, Themis.
Numina virtutem pariunt hæc tanta: nec ipſa
Cultores virtus deſerit orbe ſuos.
Non decet obſcuris vitam exercere ſub umbris,
Qui poſt extremos vult ſupereſſe rogos.

Ioan. Baptiſta Eiſenus, Anagram. *Sapiens bona vitæ ſentis.*

Numina bis tria te cumularunt dotibus amplis;
Suada, Dice, Virtus, Muſa, Minerua, Charis.
Imbuit eloquii madido te flumine Suada.
Monſtrauit duplex ius tibi caſta Dice.
Splendorem generis tribuit tibi maſcula Virtus.
Artibus ingenuis te ſtata Muſa beat.
Iudicium patrima tibi dedit acre virago.

Conciliat ſummis te Charis æqua viris.
Hinc *ſapiens vitæ bona* quæ ſint congrua *ſentis.*
Quis quæſo ſenſus certior eſſe queat?

Ioannes Rupeltus. Anagr. *O plane vir diuinus es.*

QVod colis Eunomien tam forte pectore vindex,
Qua mihi, qua Muſis laude vehendus eris?
O vir diuinus plane es, plane entheus, inquam, es;
Quod probat eloquii prodiga vena tui.
Perge tuo auxilio inſeruire boniſq; piiſque:
Sic te perpetuo ſeruet ametque Deus.

Michael Neander. Anagr. *In lance hederam.* item: *Herile, nec damna.*

Magna fuit quondam Clariæ reuerentia turbæ;
Ceſſeruntque animi fulua talenta bonis.
Nunc in lance hederam, Critolae, examina, & algam:
Vltra tibi potior ſit grauiorue refer.
Ah fruſtra! Muſis mulas liquet eſſe priores;
Vſque adeo rarus nobilis artis honos.
Sed tu dura alacer, nec *herile*, vir optime, *damna.*
Hoc decus! eſt aliquod viuere poſt cineres.

Ioan. Georgius Mutelius. Anagr. *Ingenii tuo Sole ſurget Muſa.*

Et titulos genitoris habes, & es æmulus artis
Ipſius, arte pari, ſedulitate pari.
Illius vt ſupereſt poſt fata vicaria Muſa:
Quam nutrit Pietas, quam fouet alma Themis:
Sole tuo ingenii ſic *ſurget* poſtuma *Muſa,*
In patriæ proceres officioſa tuæ.
I nunc turba rudis, tibi præmia quære caduca:
Supremos neſcit ſola Thalia rogos.

Fridericus VVeccomannus. Anagr. *Sum ſine fuco: cur inducaris?*

Odi palpones peiores angue bilingues:
Nec fictis capior futilibusue iocis.
Sum ſine fuco atro: *cur inducare* loquelis

Quæ-

Queſo meis? cordi congrua lingua meo eſt.
Hei mihi, quàm rarus facit hoc! hoc perpero in orb
Vix bene cui credas vnus & alter erit.

Georgius Corberius. Anagr. *Ego ſub curis erigor.*

Haud ſecus impoſito ceu pondere preſſa reſurgit
Victriceſque grauat florida palma comas:
Sic *ego ſub curis* exercitus *erigor* atris,
Et fretus Chriſti numine, victor ouo.
Quæ prior aut potior victoria poſſit haberi,
Quàm duce quæ tali certa trophæa refert?

Ioannes VVeidnerus. Angr. *En vero ſenſu diuina.*

En vero ſenſu diuina oracula tradis,
Et niueo plenum pectus amore geris
Hoc olor, hoc Venetus color, hoc vincla aurea adun
Quæ menti & genti congrua ſigna tuæ.
Sparge notas meritas, triplices extende nitores:
Sic laurus vireat iugiter apta tibi.

Marcus Heidenus. Anagr. *Huic Ardens Muſa.*

Nomen vt Heideni trutinauerat arte Lycophron:
Ardens huic Muſa eſt dixit, & obticuit

Ioannes Lozius. Anagr. *Natus ſine Zoilo.*

Quis quæſo inuidiæ eſt ab ore tutus?
Quis *natus ſine Zoilo* moleſto?
In ſacros furit hic fremitq; Manes,
Virorum illa premit teritq; ſortem;
Ecquid reris vtrique ineſſe mentis?
Quidue vterque lucri reportat? audi.
Pro ſale huic anima eſt, minus putreſcat
Ne fors; illa ſuum exedit medullam
Tabeſcitq;, merenda nonne bella?

Ioannes Tagius. Anagr. *Otia, nugæ ſine.*

Hæc tria Theſpiadum ſenſim remorantur alumno
Turpis, iners, cæcus, crapula ſomnus, amor.
Hæc tria commendant illos & honoribus ornant,

Sc

Sobria,naua,piæ, vita, *minerua.* preces,
Otia blanda fuge,& *ſine nugas*, quiſquis ab imis
Sedibus ad ſummos niteris ire gradus.

Michael Iuſtus. Anagr. *Hic valet Muſis.*

Vt quando Hermoglyphus ſculpturus membra deaſtri
Archetypi,è lignis millibus apta legat.
Haud ſecus eſt teneræ ratio illi ætatis habenda,
Qui ſtudiis habilem conciliare velit.
Hic valet ante alios, *Muſis* & natus ad vnguem eſt,
Cui memori ingenium ſuſcitat aure calor.
Iuſte,tibi dictum eſt: olim hæc meminiſſe iuuabit.
Nominis imple omen denique iuſtus eris.

HERMANNI BVSCHII
MONASTERIENSIS

Hypanticon Dn. *Georgio Comiti Palatino, Spiram, pontificiæ dignitatis ſuæ ſedem intraturo.*

ITe procul tetricæ, procul hinc diſcedite curæ,
Nec mea ſollicito peruellite pectora morſu:
Dum noua iuſtitiæ ſtudia,& noua gaudia famæ
Ingero,& illuſtres attorno carmine laudes,
Ore fuit quas ipſa ſuo dignata profari
Concilio coram virtutum Diua vocato:
Cùm nuper generis ſoboles, & ſanguinis alti,
è Palatina princeps Georgius aula,
Diues auis,animiq́ue bonis,florensq́ue iuuenta,
Aſcitus clero præſul,populoq́ue Nemetum,
(Optimus ille quidem)foret ingreſſurus in vrbem
Feſta pace ſuam,vocitant quam nomine Spiram.
Tu mihi,tu quæſo faueas mens enthea vatum,
Aſpiresq́ue operi præſens, cernendaq́ue dones
Numina,quæ nullis fas ſit vidiſſe profanis.
Tempus erat,grauidus quo tandem fine ſub ipſo
Deficit autumnus, Titanq́ue exire biformis

Phillyridæ ſignum meditans, hyemale propinquī
Reſpicit hoſpitium Capricorni, frigora brumæ
Iam noua ſpargentis primùm, cœloque rigentis,
Quo facit Andreæ populus ſtata ſacra quotannis,
Et lux exacti rediit poſtrema Nouembris;
Cùm dilucebat primo Pallantias ortu,
Heſperiaſque ruit tangens nox humida metas
Aërii montis, de cunctis nomen habentis
Cœlitibus celſo cuius ſub vertice pugnas
Ridentem hoſtiles, Ludouicus poſſidet arcem
Imperii Elector, genus alto à ſanguine regum,
Doctaque Cecropiam colit Heidelberga Mineruam:
Aſtræa inſedit tumulum, comitata ſororum
Agmine viſendo, ſacris non abſque Camœnis,
Quas ſibi virtutes gaudent adiungere teſtes:
Et per eas operum vitam proferre ſub æuum,
Nec monumenta ſuæ laudis concedere morti.
Poſt has, cuſtodes aderant & Numina ruris,
Nympharumq; greges, quas vel vaga flumina portant,
Neccarus, & triplici piſcoſus gurgite Rhenus,
Vel fontes liquidi, montanaque protegit vmbra,
Secretique lacus paſcunt, ſyluæque comantes,
Prataque & innumeris halantes floribus horti.
Ante ipſam, æthereæ radiabat imago ſtateræ,
Suſpendens ſimiles, æquato pondere, lances;
Lances de fului ductas ſplendore metalli:
Haſtaque iudicium trutinæ quæ examinat æquum,
Incorruptibili tota ex adamante refulſit.
Hoc vno extemplo ridebant omnia vultu,
Quaque oculos retulit, vernabat terra, ſolumque
Sub pedibus pariens animabat mille colores;
Quæque ſtetit triſtis, detonſaque frondibus arbos,
Incœpit patulis ſubitò reuireſcere ramis,
Lucorumque nouas blandè ſubtexere ſcænas.
Spirabant nulli flatus Aquilonis, & Auſtri,

Sed tantùm liquidi genitabilis aura Fauoni
Molliit aërias inſeſſi verticis oras?
Nec conſuetus odor. ſed qualem ſpirat Hidaſpes,
Aut Ganges, violentus aquis: ſed aromate felix
Sentitur, proque hyberna niue gramina rorem
Ambroſium madefacta bibunt, ſtellataque guttis
Herba viret, foliiſque oculi paſſim omnibus hærent
Irrigui, roſeoque dies tepet orta ſereno:
Hæc igitur Dea mirandi tam plena vigoris,
Recta genis, excelſa humeris, reuerenda ſeueris
Luminibus, veſtita albis ſacra tempora vittis,
Atque habitu longè mortali auguſtior ore,
Ad circumſtanteis tandem ſic orſa profatur:
Virtutes, dictiſque aperit placida ora futuris:
Mentibus agnatæ Diuûm, cœloque profectæ,
Propoſitique mei ſociæ, charæque ſorores,
Strennua quæ audetis vitiis certamina mecum
Inferre, & ſontes animis depellere peſtes,
Queis ſine, res cunctas hominum, maleſuada libido
Perpetuò iactat: veluti ſuper æquora puppim
Hinc Boreas rapit, hinc fluctu trahit humidus Auſter.
Illa gemit, dubioque metu ſuſpenſa, per vndas
Ludibrium pelagi quatitur, deprenſaq; portum
Nuſquàm exoptatum. tranquilla vel oſtia ſperat:
Haud aliter verſat iactatque humana libido
Omnia, ni mecum vos occurratis, adactam
Compreſſamque iugo, & vinclis ſubigatis ouantem.
Pro nihilo leges reputat; ius faſque Deorum
Obterit, & rigidis funeſtat ſecula bellis,
Fœderaque & pacem ſceleratis fraudibus arcet
Paullatim à terris, & toto ſummouet orbe.
Arma fremunt paſſim, feruent & cuncta pudendis
Plena latrociniis. nullum ſine peſte, metuque
Ceſſat iter, via nulla vacat. graſſatur vbique
Spartacus aſſiliens, audax Viriatus vbique

Imminet armatus:non vnus conficit vrbem
Antæus,raptorúe Cacus,Scironúe cruentus:
Intra ipſas portas,& mœnia vbiq; latrones.
In medio violenta foro vis opprimit æquum,
Nullus honor recti,videt irridetq; tribunal
Improbitas ſcelerum totiſq; licentia velis
Nauigat,intenditq; ſinus gauiſa ſecundos,
At contra moreſq; probos,ſanctumq; pudorem,
Antiquamq́; fidem,nec vilia pignora quondam
Ingenuas artes,per quas regnumq; ducumq́;
Maieſtas olim ſe commendare ſolebat;
Haud ſecus,ac ſceptri lata ditione potentis
Mœrere,& triſti ſpretas incedere vultu,
Nec toleranda queri:fœdos ſua præmia ſcurras,
Cornicines mimos,ambubaiaſque tenere:
Muſarumque locum vitiis ceſſiſſe profanis,
Ignotum nulli rerum experientia linquit.
Ipſa Palatinæ,decus indelebile,famæ
Vt mihi ſolicitæ primis Georgion annis
Non minus illuſtrem meritis quam ſanguine clarum,
Scitis adoptarim,proprium virtutis alumnum
Inq́ue ſinu, & noſtris tener vt reptauerit vlnis
Infans,ſubq́ue meis creſcens adoleuerit olim
Præceptis,moresq́ue meos generoſus,& artes
Imbiberit totus,curisq́ue aſſueuerit aptis,
Vrbibus & populis felici pace regendis.
Hunc igitur,miſſo fatis ad amica Philippo
Sidera & orbata dilecto præſule Spira,
Atque interregni,non apto tempore,longi
Impatiente nouo pro antiſtite forte legendo
Adiicerent animum,cùm primo ex ordine patrum
Canonici,toto deuincti pectore nobis
Ante omnes quos iure probo,quos laudibus orno
Iure meis,quibus eſt veſtri nec amantius olim
Quicquam,nec Superûm ſacræ obſeruantius aræ:

Munc

Munere pro magno cupidis conceſſimus vnum
Argumentum ingens noſtri pulcherrimi in illos
Iudicii,& ſemper manſuri pignus honoris,
Quod dedimus noſtris imbutum moribus,& quem
Arctius vlla ſuum quàm mater,amamus alumnum;
Supra annos,ſupraque fidem grauitate verendum;
Supra omnes ætate pares probitate micantem:
Quo non Arctois Cimbrorum à finibus, vſque
Ad gelidas Alpes,& latum fluctibus Iſtrum,
Celtarumque domos,& flauos crine Britannos,
Aut ſupereſt nobis,aut viuit charior alter.
Delitias noſtras nemo hunc dubitauerit eſſe,
Qui ſatis exterius,ſatis & cognouerit intus,
Quas iuuenis vel mente gerat,vel corpore dotes.
Si cui forma placet; quid nam reprehendat in iſto
Vultu,qui pulchro ſidus velut enitet ore?
Si genus,& proauos miratur? ſanguinis huius
Auctores aliquando ſacri ſublime tulerunt
Imperii culmen: ſolio,ſceptroque potiti
Cæſareo,Auguſti quondam meruere vocari.
Si mite ingenium laudas? non mitior iſto
Ipſe Titus. grauitas capiat non tetrica ſi quem?
Hic poterit dici noſtri Germanicus æui.
Si quem conſilium? prudentia Neſtore digna
Hoc habitat pectus,caſtæ ſub flore iuuentæ.
Non tamen inde tumet,non inde ſibi arrogat vnquàm
Aut ſtatuit quicquàm dubiis de rebus agendum
Solus,per ſe etiam quamuis ſapit omnia recte:
(Nec certe minimam parit iſta modeſtia laudem)
Nec temerè admiſſis iuuenilibus vtitur vnquàm
Conſiliis; quæ res magnis ſæpe attulit vna
Imperiis peſtem: teſtis Salomone creatus,
Cui de bis ſenis tribubus vix vna remanſit,
Deſerto,reliquis alium pro rege ſecutis,
Legitimo; tantum potuit iuuenile mouere.

Conſilium aduerſi. ſed ſi qua negotia nutant,
Reiicit ad doctos, & longa ætate peritos
Maturosque ſenes: tali adſiſtente Senatu
Exacto cunctas librat moderamine cauſas.
Inter prima colit verum, nec gratior eſt vox
Auribus illius, quàm ſacri conſcia veri.
Non etiam quicquàm contra vehementius idem
Perfida falſidici quàm crimina reſpuit oris.
Quare mendaces famulos, ſeruosque bilingues
Palponesque leues, delatoresque peroſus
Eiicit, & ſancta longè pius arcet ab aula.
In quo nimirum primum ſibi conſulit ipſe,
Dum cauet hos colubros; inſontum deinde ſaluti
Proſpicit, & paci laudando prouidet aſtu.
Namque vnum ſtudium (ſi rem reputemus) iniquus
Hoc delator habet placidam turbare quietem
Criminibus falſis, ſuſpectaque reddere cuncta
Simplicibus dominis: nec fraudem aduertere gnaris
Donec in immeritos ciues, populumque fidelem
Non ſecus, ac iuſtos odio graſſentur in hoſtes.
Ah læui, miſerique, quibus tam credula mens eſt,
Vt clandeſtinis habeant, ſine teſte, ſuſurris
Vſque fidem, Stygiæque adament mendacia linguæ!
Quam labem quicunque parum cauere, ſiniſtro
Naturæ vitio, ſæui plerunque tyranni
Euaſere palàm reges, crudeliter vſi
Viribus, exilio, vinclis, & cæde ſuorum
Funeſti, ſalui cunctis vixere timendi,
Extincti contra fœdo rumore premendi:
Vt Caius, lacerans equitum cum ſanguine Patres:
Infandusque Nero, fratris, matrisque peremptor,
Et ſancti Senecæ, meriti meliora magiſtri.
Vt qui caluitie deformis & impius auſis
Vltimus exanguem concidit Flauius orbem:
Quique fuit monſtrum, nec vero nomine dictus
Com

Commodus, infandæ Mirmillo auguſtus arenæ,
Victoriſque Nigri proles truculenta, Seueri,
Gallica cui nomen veſtis Caracalla nouauit.
Cauſa mali tanti plerunque eſt impia fului
Cura ſitiſque auri: nam quem ſemel improba vinxit
Arripuitque ſibi nummi cultura profani,
Et nunquàm explendi ſerpens contagio fiſci;
Is delatori cuicunque improuidus aurem
Commodat indignæ cœcus dulcedine prædæ.
Vnde etiam hæc noſtri dictis accedit alumni
Laudibus, & magnorum heroum æquanda decori
Regalis virtus, quod non modò pectore tetram
Odit auaritiam toto, longeque repellit:
Sed quod eam laudem, quæ ſit contraria, quæque
Aduerſa imprimis huic ſordi fronte reſiſtit,
Ambit præcipuè, miroque affectat amore,
A bene quæ nomen faciendo vendicat vna
Virtutem; tanto claram magis omnibus illam,
Quanto deterior vitiis eſt omnibus vna
Peſtis auaritiæ, curuis hamata Celeno
Vnguibus, ore inhians, contactuque omnia fœdans:
Cui nulla eſt præter lucrum, prædamque voluptas.
Nam licet æs riuis, pleniſque canalibus illi
Influat, & rutili lymphis lucentibus amnes:
Nil tamen huic ſatis eſt, nulloque expletur ab auro:
Haud magis atq; furens ſtipulis arentibus ignis,
Aut pontus ſatiatur aquis, aut noxia morbis
Stella Canis lethum lachrymis, Mars cædibus, Orcus
Manibus adductis, ſemperque recentibus vmbris.
Hæc vbi regna tenet Furiarum maxima, nullum
Eſt ibi virtuti precium: ius, faſque, pudorque
Pelluntur porrò: molli clementia vultu
Reſpicere oppreſſos ſolita, & ſuccurrere egenis,
Ignorata latet gemitu teſtata dolorem
Arcetur probitas: & mens ſibi conſcia recti,

Nullum robur habet: vigilant,audentque, tenentque
Omnia,fraus,aſtus,dolus,impoſtura,rapinæ.
Vis pro iure potens,& pro ratione libido,
Naribus atque oculis prædam rimantur acutis
Vulturis in morem Stygii, qui immanis obunco
Hepar init roſtro Tityi,requieq; negata,
Aſſidue quamuis epulas ſecat ore cruentas,
Impaſtus tamen vſque manet.nec deſinit vnquam
Miteſcente fame.fœcundas carpere fibras.
Sic vbi auaritiæ ſcelus inſatiabile & ignis
Sæuior incubuit laniena vulturis atri,
Compilat paſſim pauidos diſcrimine nullo
Agricolas,ſpoliatque inuenta fraude gementes:
Aſperior lachrymis, miſerorum iraſcitur vltrò
Suppliciis,ſpernitque preces,domus orba nec ipſam
Tutatur viduam,vetulum non cana ſenectus,
Pupillum non iura tegunt,infirma vel ætas
Arreptum non paupertas defendit egentem.
Sudores hæc alterius,longosque labores
Hydra vorat Lernæ,vulgoque oſtentat ademptas
Pauperibus feralis opes: hinc vellera Serum,
Hinc ebur,hinc citri,laqueataque tecta parantur.
Hinc thorus Aſſyrio precioſus ſternitur oſtro:
Hinc emitur luxus peregrino adſcitus ab orbe,
Vnguentumque halans,exotericique ſapores.
Hinc nitidi paſcuntur equi,numeroſaque ſeruit
Turba domi: creſcit cenſus ſic tempore paruo,
Emergitque cito: gemmis operitur & auro,
Qui nuper pannoſus erat,modicusque latebat,
Nunc proceres inter primos ſpectantibus adſtat.
Sic prædæ cedit ſub Principe pauper auaro,
Qui rapit & miluos pariter docet eſſe miniſtros.
Non feret hic noſter quenquàm (ſcio) talia de ſe
Iure queri,nec præfectis volet iſta licere
Vllis ipſe ſuis: nullius gratia noti,

Nec fauor audebit per vim triſtare colonum,
Vel minimum de plebe virum: differre tyranno
Scit tantum regem, quantum paſtoris amici
Vota feri diſtant ab iniqua mente latronis.
Ille ouibus molles herbas nec pabula parcè
Sufficit, & curam dilecto impendit ouili.
Hic ſæuus rapuiſſe gregem, non paſcere quærit.
Ille arcet; ſtruit inſidias iſte; ille fouendo
Pingue facit, nitidumq́ue pecus; contra iſte trucidat
Improbus, ingluuiemq́ue ſuam ferus inde ſaginat.
Hoc inclementes ſemper fecere tyranni,
Vt ſua, non arctæ ſpectarent commoda plebis.
Contrà autem regum quicunq; fuere bonorum,
Vt paſtor pauere ſuos: hinc ποίμενα λαῶν
Nominat Atridem Princeps Heliconis Homerus,
Quare ſubiectos recta ratione iuuare
Et ditare ſuos, paupertatemq́ue malignam
Detrahere, & pacem velut orbi infundere Solem
Gentibus, & placidos æquis ſub legibus annos
Ducere, nec propriis compendia quærere lucris.
Hoc eſt regis opus, virtusq́ue ad ſidera nitens
Herculea, nec laude minor: dementia longè
Iſta ſupergreditur Pellei nomina regis.
Ille ſui quâmuis proſtratum fulmine Martis
Dareium, & nigro ſtipatum milite Porum,
Thyrſigeriq́ue vltra metas & caſtra vagatum;
Iactet & Oceani litus ſub ſole recenti
Victori ceſſiſſe ſibi, lateq́ue ſubactum:
Par tamen eſſe nequit, tantis nec comparet ille
Se meritis: quanto præſtat nitidiſſima Solis
Ætherei facies vmbris, noctiq́ue ſilenti,
Omnia cùm gaudent radiis luſtrata diurnis:
Antiſtat quantum Zephyrus, veriſq́ue nouati
Dulcis honos, hyemis rigidæ brumalibus auris,
Omnia cùm veniunt blando inuitata ſereno:

Veliuoliq́ue maris quanto præſtantius altum
Tranquillum cùm forte liquet, nec fluctibus horret,
Quàm totas cùm ſorbet hyems Neptunia claſſes,
Carbaſa cùm ludunt placido ſecura profundo
Clarius eſt tanto, magis & laudabile paſſim
Reddere felices populos te Principe, nuper
Quos accepiſti tenues, humilesq́ue regendos,
Et nulli innocuæ genti voluiſſe nocere:
Quàm vana paſſim captum ambitione, quietos
Nulliusq́ue reos bellis affligere, & inde
Nominis ambiti victuram quærere famam:
Æmathii vt fecit proles veſana Philippi,
Quiq; per aërias Pœno cum milite rupes
Alpinasq; niues, Latiam penetrauit ad vrbem:
Necnon qui ceruæ nutritus lacte ferino,
Mœnia deuicit tumidus Babylonia Cyrus:
Seu qui vim patriæ de ſtirpe oriundus Iuli
Intulit oppreſſæ, ſoceroq́ue per arma fugato,
Exactum Bruto regnum terrore reduxit.
Ambitus hos omnes furialia cœcus ad arma
Præcipites rapuit affectatiq́ue coëgit
In caſtris æuum durare libidine regni,
Perque hominum mortes, confertaq; tela ruentum
Pro patria, ac chara pro libertate, focisq́ue,
Proq; aris, pro coniugibus, natisq; cadentum
Regali ſolio, & ſceptro aſpirare caduco,
Et dulci ſomno, dulci caruiſſe quiete
Interea ſemper: contrà ſudaſſe ſub armis
Semper, & aſſiduos animo toleraſſe labores,
Arentemq́ue ſitim, nec non pallentia longa
Ora fame, nimiosq́ue æſtus, nimiosq; rigores,
Dum per inacceſſas cautes, per luſtra ferarum
Inuia, per montes trans nubila vertice euntes,
Caucaſeasq; niues, imbresq́ue, amnesq; profundo:
Impete torrentes, ſqualentiaq́ue arua Meduſæ

Anguibus, & vaſtis latè loca ſqualida arenis
Inter mille metus, inter diſcrimina mille:
Curarumq́; graues ſtimulos, furiaſq; cruentas,
Et fremitus belli miſeros, miſeroſq́; tumultus,
Rumoreſq; inter trepidos, caſuſq; tremendos,
Inſtabileſq́; vices, & nunquàm certa futuri
Conſilia, & dubios terra pelagoq́; fragores,
(Atq; etiam proprios gladios perſæpe timendos)
Inuadunt vltrò, venali milite, terras
Inſontes: tantum decus eſt, potuiſſe tenendo
Arma, aliis regnum per vim rapuiſſe ſubactis.
Longè alia eſt noſtro mens & ſententia alumno.
Omnes tutari clemens, omneſque iuuare,
Omnibus eſſe bono cupit, omnibus vtilitati
Præſidioq́; ſuis, hominumq́; affectat amorem
Cunctorum: contrà, tacitas in plebe querelas
Gliſcentes, odiumque ſui, feliciter idem
Non vna virtute domat, viratq; merendo.
Illi ſi quanta eſt mens, eſſet tanta facultas
Ditandi dignos, quidam velut aureus imber,
Mitibus aut æſtas locupletans frugibus annum,
Aut fortunato præfulgens Copia cornu,
Diuitiaſque ferens, infinituſque bonorum
Oceanus, totas cupiens perfundere terras,
Vinceret explendo cunctorum vota merentum,
  Iam quod cùm primis illum commendat, & æquis
Innocuiſque fuit populis optabile ſemper,
Nil armis, ferroq́; ſinit Martiq; licere
In regno pius ipſe ſuo: ſed iure volenti
Diſceptare licet, noſtris & legibus vti
Pro vi, pro dextra capulum ſtringente cruentum,
Arma tamen, ſed legitimæ famulantia paci
Semper habet, gladiumq́; tenet, ſed iure minacem,
Solis criminibus plectendis morte timendum,
Optandum legum ſtudiis, & pacis alumnis.

Vſquàm ſi quis homo eſt homini Deus, ecce (quod aiu
Hoc eſt eſſe Deum, noſtris inſiſtere iuſſis
Aſſiduè, & noſtro componere ſingula nutu.
Sic res, atque pecus creſcit, cenſuſque peculi
Iure, ſine alterius damno, gemituque Quiritis.
Nam nos cùm regimus, rerum & moderamur haben
Lætitiæ, cantuſque ſonant, pax candida paſſim,
Candida libertas vulgò ſua rura peragrat,
Otia deducens ſecum, vultuque quietem
Securo accliuem: nec abeſt fiducia læta
Fronte micans, nec blanda Pales, cui ruſtica curæ
Sunt opera, & ſuccincta Ceres hortatur agreſtes,
Atque ipſos inuiſit agros, & ſemina terræ
Largitur fœcunda manu, lateque per orbem
Triptolemum, alato portantem munera curru
Mandat, ne populis deſint alimenta ſalutis.
Pan quoque paſtorum præſens tutela, gregiſque
Lanigeri, defendit oues, gracileſque capellas,
Immiteſque lupos caulis balantibus arcet.
Imparibus calamis dependet fiſtula collo
Interea, & liquidis ſtrepit inſpirata querelis.
Liber pampineas apricis collibus vuas
Paulatim rapido ſpectat miteſcere Sole:
Vuidus, & corpus maculoſa nebride tectus,
Præla, lacuſque cauos renouat, tergitque ſubinde
Dolia, nectareum mox exceptura liquorem
Villicus, & menſis fundendum in pocula regum,
Potandumque ſcyphis olim, & crateribus aureis.
Vertumnus ſua poma legit, nec ſedula coniunx
Cunctatur, plenis ſed cerea mala caniſtris
Degerit, inque annum totum ſeruanda reponit.
Ipſaque canentes Pallas cuſtodit oliuas
Nondum maturas, oleique liquentis honorem.
Diuerſos hominum mitis fœcundat in vſus
Paſtor Ariſteus ceras & dulcia mella,

Dædaleoſque fauos profert, numeratque comantes.
Pratorum fruſtra per gramina mille colores.
Spectatumque vocat Flora ambitioſa Napæas,
Vmbroſiſque choros, Charitum concordia, lucis
Ducit inoffenſos, circum ſupraque canoro
Alitibus liquidas cantum mulcentibus auras.
Pace etiam colit arua Themis, non æqua duello,
Sed iuris, rectique tenax, duxque omnis honeſti.
Tunc & depoſitis agros, te Phœbe, ſagittis,
Et ſumpta peragrare lyra iuuat: ipſa cateruis
Nympharum comitata ſoror, iuga montis inerrat.
Ocia neruus agit, nec ſpicula acuta minantur
Triſte feris, ſua ſunt apris, ſunt ocia ceruis.
Nec Venus hæc (non illa leuis) tranquilla relinquens
Gaudia contemnit, ſecum ſed læta volucrem
Sanguineis vmbrata roſis adducit Amorem,
Armatumque leui pharetra, facibuſque decoris:
Non votis inimica meis, teneroque pudori,
Sed magis exacuens ſtudiis, & rebus honeſtis
Florentes animos iuuenum, quàm turpibus auſis.
Quid Faunos, Satyroſque loquar, Dryadeſque puellas?
Quas paſſim ſecura quies per frondea prodit,
Spectandasque offert nemorum ſecreta ſilentum.
Vos quoque Mnemoſynes natas tunc vrbe relicta
Rura iuuant, fructuſque placet iam mitis agrorum.
Iam paſtoritia modulari carmen auena,
Iam verſu maiore libet deſcribere culti
Ingenium vireſque ſoli: quæ terra creandis
Arboribus, quæ frumentis, quæ vitibus apta,
Quæ pecori opportuna ſeges, quæ paſcua bubus
Commoda, & armento quæ cura habeatur equino:
Tempore quo glebas occare, & ſcindere aratro
Conueniat, Cereris quo ſpargere ſemina ſulcis.
Quo ſegetes rurſus maturis demere ariſtis
Par ſit, & ad ventos paleas iactare volantes.

Purga-

Purgataſq; ſtatim ſub tecta reponere fruges,
Horreaq; ingeſtis exhauſta replere maniplis,
Quo liquidi mellis cœleſtia ſydere dona
Eximere, & nectar preſſis excludere ceris
Vtile: cui cedit ſapor, & dulcedo Falerni,
Aut Methymneæ præſtans vindemia cellæ.
O quantò potius, quantoq; beatius iſtud,
Pace frui placida, noſtro quæ munere conſtat,
Quæ præſtat multis, meliorq; eſt ſola triumphis
Fœderibus ruptis, quàm ſæuis omnia bellis
Deſolata, ſitu miſero ſqualere per agros:
Ac velut immiſſis orbi Phlegetonte recluſo
Eumenidum diris, inuoluier omnia monſtris
Armorum, & ſtantes verti cum mœnibus vrbes,
Cunctaq; lymphari ferro, ira, cædibus, igne!
Haud ſecus, ac rapido feruens cratere tumultu
Cùm furit horrendo, totamq; infeſtat, & opplet
Sicaniam ignitis, quos voluit ad æthera nymbis,
Ætna ſuppoſita tetrum quæ mole coërcet
Enceladum, & terræ victos teſtatur alumnos.
Seu cùm Carpathium ventis ſtridentibus æquor
Intumuit totum iactiſq; ſub aſtra procellis,
Spumeus exundat pontus, ſtagniſq; refuſis
Æſtuat, & denſis feruens turbatur arenis:
Omnia ſollicito fugerunt carbaſa curſu
Ad terram, & tuto ſeſe occuluere receſſu.
Vel cùm concuſſo tempeſtas horrida cœlo
Deſuper immugit, noctemq; imitata profundam,
Eripuit mundo, pariter noctemque, diemque,
Fluminibuſq; micat crebris, tonitruq; ruenti,
Ancipitiq; malo vaſtum temefactat Olympum:
Speluncas petiere greges, armenta, virique,
Et trepidæ fugere feræ, fugere volucres.
Haud aliter cùm bella tonant, cùm concrepat arma.
Ferratoſq; lauit profuſo ſanguine currus

Byſthonius Mauors, & crudo fulgurat enſe,
Diffugiunt paſſim populi formidine cæci:
Palantes hic terror agit ſua linquere rura
Agreſtes trepido curſu, miſeroq; vlulatu,
Finibus è patriis, notiſque excedere tectis.
Hic grauis obſeſſos aries quatit impete muros,
Saxifragoq; iacit ſcopulos bombarda rotatu.
Editur hic cædes miſeranda: hic tota cremantur
Oppida cum pagis; hic iuſti vota coloni,
Et ruit exacti totus labor irritus anni:
Meſſibus obtritis, nullas capit area fruges:
Vitibus exciſis, coquitur vindemia nulla
Solibus, aut preſſis ſpumant noua muſta racemis:
Terraque continuis bellis vexata ſeneſcit,
Atq; hominum tandem ſpes deplorata relinquit.
Ergo vigens pax alma, fouet, gignitq; ſecundo
Omnia ſucceſſu: pax mitis gaudia paſſim
Tuta ſerit, paſſim conuiuia læta miniſtrat,
Pax riſus, gratoſq; ſales plauſuſq, iocoſq;
Suggerit, & dapibus menſas vinoq; coronat,
Pace canit referens argutum tibia carmen,
Pacificumque ſonat poſitis tuba Martia telis:
Spectaclis potius, ſacriſque adhiberier aris
Gaudens, ſanguineas Martis quàm accendere pugnas.
Coniugiis operatur hymen, nec pronuba Iuno
Ceſſat felicem thalamis coëuntibus ignem,
Et dextras proferre faces, & ſpargere flores,
Culmaque gramineis intendere limina ſertis.
Pax, hominum rerumq; ſalus: pace omnia gaudent,
Gaudet ager frondent ſyluæ, campiq; vireſcunt:
Cum tumulis valles, cum curuis flumina ripis
Mollius arrident, animos & lumina paſcunt
Dulcius, hoſtili vacuis formidine regnis,
Arnotoq; metu, & legum moderante vigore,
Vulgò mella fluunt, amneſq; & ſtagna recenti

Lacte

Lacte tument: nectar nullo indignante Deorum,
Ambroſiæque liquor populis promanat ab aſtris:
Et refloreſcit Cumææ virginis ætas,
Ætas à fuluo cognomen adepta metallo.
Nempe vt iuſticia eſt pacis, lucrique magiſtra,
Sic auctor bellum eſt & fons iniuria damni,
Hæc me vera loqui teſtis ſpacioſa vetuſtas.
Omnes hiſtorias, ignotos conſule faſtos,
Euolue annales, & priſci temporis acta:
Inuenies per me ſemper creuiſſe, meoque
Ductu, homines leuiter ſibi rem quæſiſſe, iacentes
Ac primum tenues vires firmaſſe, ſalubri
Iuſtitiæ cultu, ſenſimque ad magna potentis
Momenta imperii caput erexiſſe, iugumque
Hoſtibus impoſuiſſe ſuis, legeſque dediſſe,
Contrà autem qui me vires fecere relicta,
Diuitiaſque ſibi, quibus aut Mars enſe cruentus,
Aut crudelis opum ſitis, aut animoſior æquo
Spiritus, aut quæuis dominandi cæca libido,
Iure fuit potior noſtro; non tempore longo
Lætati, nec ſic vires tenuere repertas
Imperiumque diu: ſed me vlciſcente repulſi
Afflictique abire retrò, fractiſque repentè
Spebus ab aduerſis, & libertatis abuſæ
Immodicè dono mulctati, ignobile triſtes
Seruitium collo frenumque tulere ſubacto.
Hæc ita cùm ſe habeant. vt commoda maxima præſte
His populis ſemper, mea qui mandata volentes
Obſeruant meritumque mihi reuerenter honorem
Perſoluunt: placitiſque meis contraria facta
Impunita ſinam nulli, mea iura quod ipſe
Omne ſua regnum ſub maieſtate coërcens,
Ante thronum cuius ſemper conſpecta miniſtro
Non ſinat à quoquàm violari impunè nocenti:
Hoc vno rerum genitore, ac numine freta,

Iuſt

Iuſtitiæ conſulta manent: quod ego approbo, nutu
Confirmat rex ille ſuo, mandatque teneri
Pro lege, atque inter Diuûm ius, faſque referri.
Quo magis admiror, contra præcepta tonantis,
Qui pacem toties mandauit legifer orbi,
Quod tot bella fremunt paſſim, tot millia pugnam
Quottidie poſcunt armata, atque ocia pellunt
Funditus, & toto cogunt excedere mundo:
Tanquàm pace magis proſit communis Erinnys,
Aut magis offendat pax, quàm violentia Martis.
Vnde amor hic ferri eſt? vnde iſta licentia quæſo?
Quod ſi diuitiæ hinc, ſi res agrique petuntur,
An non hæc & ferre poteſt ars optima pacis?
Num ſoli fiunt qui tractant arma beati?
An magis illa iuuant, quæ vis extorſit habenti,
Quàm quæ pax clemens peperit ſine triſtibus armis?
An potius decus hinc aliquod, nomenque cauendum
Quæritur, & cineres vltra quod viuat humatos?
Num ſola hic etiam claros iactura cruoris
Efficit humani, rigidique inſania ferri?
Nulla ne ſunt etiam pacis monumenta beatæ?
Forte Numæ, qui pacificus, non bella, nec arma,
Sed ſacra tradebat populo ſeruanda Quirini.
Nullus honos reges inter, nec fama Latinos?
Non minor hæc illi certè, ſed maior abundè,
Aut etiam melior (quamuis & paupere terra
Et Curibus paruis orto) quàm Marte creato,
Quamlibet in diuos, Proculo fingente, recepto.
Ille Philiſtæos etiam qui perculit hoſtes
Sæpius, & victos attriuit robore belli
Penè puer, ſtrato funda, cæſoque Golia;
Iam celeber, Saulo & regi prælatus honore;
Non memorabilior palmis tot ab hoſte relatis,
Quam Salomon pacis ſtudiis: ſapientia cuius
Cunctorum victrix obſcurat nomina regum;

Regum olim Solymæ quoſcunq; habuere vetuſtæ.
Immò inter regere quantum eſt & perdere, quantum:
Inter condere opes populis & vertere, vitam
Seruare & rapere, aut paſſim corrumpere luctu
Omnia, & auſpicio contra exhilarare ſereno:
Inter ſe tantum pax, iraque bellica diſtant,
Ociaque & rabies truculenti ferrea Martis.
Hoc qui non ſentit, friget gelidiſſimus illi
Immuniſq; ſtupet circum præcordia ſanguis.
Quo circa hic noſter (propria quem finximus ipſe
Sedulò, & ad magnos virtute parauimus vſus)
Iudicio haud nitens populari, aut mente caduca,
Bellonæ Furiis rectè pinguiſſima præfert
Ocia: & interea multò melioribus armis
Ipſe vacans, vera pro libertate tuenda,
Pro veris, certiſq; bonis, & Principe dignis,
Occultos animi contra ſtat aheneus hoſtes,
Æmulus Alcidæ, tollendis vndique monſtris
Pectoris exarmat vi multa & laude latrones:
Qui grauius quacunque intus graſſantur & vrgent
Pernicie mentes hominum, ſubiguntque pudendis
Imperiis animos diuina ſorte creatos:
Et cœleſte animas, cœlo ſuperiſque dicatum,
In pecudem redigunt vilem, rationis egentem:
Et natum ſolio regni, ſceptriſque gerendis,
In cœnum ſordemque trahunt: arctiſque reuinctum
Nexibus, ad quæuis paſſim ludibria cogunt
Spiritum, ab excelſa deductum deſuper æthra.
Hic Phlegetonte magis furor exardeſcit habendi:
Cui ſeſe agglomerant telis fraudeſque dolique,
Vſuræ improbitas, ſcelerumque licentia, ſuadens
Nil prauum lucri cauſa, nil turpe putandum.
Vnum & præcipuum decus hoc, extendere cenſum;
Præterea nihil humanis in rebus amandum.
Contrà illinc luxus, mentis populator opumque,
Et cla

Et claris animi ſemper conatibus obſtans,
Admouet hoſtiles turmas. hanc blanda voluptas
Mille venenatis (quædam verè improba Circe)
Inſtruit illecebris vltrò, famæque virorum,
Perfidia dulci ſemper lethale minatur.
Iam quas non clades, quæ non incendia præceps
Ira ciet? furiale malum, magniſque cauendum
Regibus imprimis: ne quod duce dedecus illo
Fortè patrent, ingenſue nefas, quod perpete famam
Labe notet, vitamque omnes dehoneſtet in annos.
Hac trahit ambitio, comitum popularibus vndam
Pro titulis, vitreiſque aſpirat honoribus: illac
Explicat inſanos ventoſa ſuperbia faſtus,
Secum enſes, ſecumque equitum peditumq; phalanges
Pugnatura rapit, fluuioſque hauſura cruoris:
Parueritque ſibi intrepidus ceruice parata
Protinus, & facilis leges acceperit orbis.
Heu generi humano quantam ſæpe iſta ruinam
Intulit, & quantos incuſſit bellua planctus!
Haud etiam leuia, aut ſpernenda pericula gignit
Acrior Hæmoniis inceſta libido venenis,
Fœmineis aſſueta iocis, aſſuetaque plumis,
Ignauæ ſtudioſa lyræ, ſtudioſa choreæ;
Luſibus & vacuis tantum vtilis, indiga mentis,
Inuida conſiliis, curis inimica probatis:
Nil alium, dignumque viris ſub pectore verſans,
Laudis inops, virtutis egens, & prodiga famæ,
Obſita flagitiis, rumoris plena ſiniſtri:
Offundit captos denſa caligine ſenſus,
Eneruatque animos penitus, caſtratque viriles:
Abſurdos faciens ſtudiis, & rebus agendis.
Nec patitur vita dignos, nec Sole videri
Nondum defunctus: ſed adhuc ſpirantia luxus
Damnat Letheis inglotia corda tenebris.
Teſtis Scipiadæ ſtirps inficianda parenti,

A laude & patriis in totum degener actis
Filius & magni demens Ciceronis: honeſtis
Qui bibulus ſpretis ſtudiis,& luce paterna,
Turpiter exegit tacitam ſine nomine vitam.
Teſtis & Actiaca Cleopatræ victus in vnda
Coniunx, inſani furiis euerſus amoris,
Teſtis & inceſtus polluta nepte tyrannus
Principis eximii Germanus, peſſimus ille,
Peſſimus & tanto, quanto fuit optimus iſte,
Compos Idumæi patre cum victore triumphi.
Teſtis item Varius, portento impurior omni.
Necnon & clades Latii peſtiſque Galenus
Imperii, Parthis patrem expirare catenis
Qui tulit, & caſum hunc nihil eſt miſeratus iniquum
Quin & terdenis Romana repentè coortis
Permiſit dominis conuellere iura prophanis,
Dum Venere & laxis marceſcit in vrbe ſaginis.
Quid, quæſo, peius quidue exitioſius iſtis
Hoſtibus eſt vſquàm? quos ni ſummoueris omni
Auxilio nitens, omnique repreſſeris arte
Impiger & ſolidus, mentis vigor igneus altæ,
Fama,pudor, ratio,virtus,caſu interit vno,
Nec durare poteſt iam res vlla, imperiumque,
Inflictis animo damnis tot, ab hoſtibus, ægro.
  Nimirum hæc Genii monſtra exarmaſſe potentis
Viribus, & docta ſibi ſubſtrauiſſe palæſtra,
Plus eſt, quàm Lunæ toruum fregiſſe leonem,
Quamque Erymantæum metuendi fulminis aprum
Strauiſſe, & matrem veritum contingere membris
Antæum Herculeis vita pepuliſſe lacertis:
Quàm curſu aëriam pernici & robore ceruam
Prendiſſe: & facibus quàm combuſſiſſe refectam
Maiori numero reparatis anguibus Hydram,
Rureque Phlegræo domitos fudiſſe gigantes,
Fortem & nubigenas acie viciſſe bimembres,

Infernumque canem, villoſis colla iubatum
Anguibus à ſolio Ditis traxiſſe pauentem
Ad ſuperos, triplici notis adamante coactis.
Attamen hæc tantis grauiora pericula monſtris,
Et nulli dextra, nulli ſuperabile telo
Hoc hoſtile gènus (nam quo precor enſe, quibus ne
Cæſtibus aut arcu, nodoſæ aut robora clauæ,
Tum quibus aut equitum turmis peditumq;, rebelles
Hos contra affectus, quiſquam profecerit armis?)
Vt non flexibili mentis conſtantia, & alto
Eximioq; animi ſeptus munimine, vincat
Summitatque iugo dominæ rationis, apertum
Omnibus eſt vobis: neq; enim neſcire poteſtis,
Vt contra ſordes & auaræ crimina mentis
Dandi largus eat: donetq; libentius ipſe
Quàm corradat opes; modo ſint quibus eroget illi
Muneribus digni. quoties dat dona merenti,
Non dare, ſed dando ſe ſumere munera credit,
Tantum vt poſcat abeſt cuiquam ſua tollere, cunctis
Vt ſatius putet & malit prodeſſe merendo.
Iam ſeſe vt cohibet? facilemque adeuntibus offert
Omnibus? vt precibus miſerorum accommodat aures
Candidus, & vultus prope nuſquam ſumit heriles?
Sed ſeſe vt dominum metui timet? optat amari?
Vt nubem nec fronte refert, nec pectore bilem
Ardentem coquit interius feruente camino?
His rigor arcetur nimius, longeq; fugatur
Artibus, & vacuo potitur clementia regno.
Quid? noſtri quàm caſtus amor, quàm ſingula libra
Ponderet, & trutina rectus diiudicet æqua,
Non dubio patuit (fas hoc mihi dicere) ſigno,
Defenſo nuper fama Capnione ſecunda.
Quàm ſimplex, quàm certa fides? quæ cura quietæ
Tranquillæq; togæ? quàm frugi, & neſcia luxus
Vita? tamen nitido ſat abundè inſtructa paratu,

Principem ut agnoſcas quauis ratione ſalubrem,
Et moderata magis ,quàm luxurioſa probantem.
Nec putat ullius minus hoc quam Præſulis, eſſe
Luxuriæ ſtudium vitæ ulla in parte referre:
Viuendi cùm ſit lex ipſe & norma modeſte,
A quo ceu archetypo, ceu fonte, exempla petantur
Omnia ducendæ ſine culpa & crimine vitæ.
Nam quales populos mores in Principe cernit,
Exprimit: & domini ad vitam ſe accommodat orbis.
Hac diſciplina nixus, quæ monſtra domnando
Reppulit? & noſtri generis quæ pignora regni
Aſſeruit ſceptris, excluſis arce tyrannis?
Non dolus obrepit, non hoc in pectus iniqui
Iniuſtiq; fauor, nec iners vulgiq; voluptas
Solum corporeis obnoxia ſenſibus intrat.
Frangitur hic tumidæ ſubſidens impetus iræ.
Hinc fremit amiſſis depulſa ſuperbia telis.
Degener hinc liuor generoſis inuidus actis
Exturbatus abit retro, ſpectacula præbet
Ridiculus, geminis augens ſua guttura palmis,
Vanaque laſſatis expirat gloria pennis.
Perditæ auariciæ fuluum non ſubuenit aurum,
Milite quantumuis portas recluſerit illo
Vrbium, & æratas (ut fulmine) fregerit olim
Rex Macedo excubias: tamen hunc non montibus au
Expugnare queat flauæ vis blanda monetæ.
Vt non ſit multo, nimioque antiquior illi
Ipſe tenor recti, quam quicquid Lydius Hermus,
Et Tagus & Durius, Rhenuſque, & latus Iberus
Pactolusque nitens rutilis eiectat arenis.
O palmam eximiam, quam nulla æquauerit armis
Parta Ducum, cunctos animi virtute tumultus
Suppoſuiſſe ſibi: nec bella interna, nec atrox
Diſſidium perferre ſui, aut confligere ſecum;
Aduerſis vitiis plus quam ciuilibus armis;

Sed Semper conſtare ſibi, placidaq; catena
Pectoris atq; animi ſolida ratione ligari:
Orbis ad exemplum cœleſtis, & ætheris alti,
Quem regit æterno ſtabilem pax aurea fato.
Hoccine non dicam longe præſtantius eſſe,
Quam matutinis auroræ à partibus, uſque
Æquor ad Herculeum, vincendo egiſſe cohortes,
Victricesque aquilas, Arctoo à vertice, rurſus
Sub medium promoſſe diem, nimio igne calentem
Solis, & æſtiferi patientem ſidera cancri:
Quorſum? ſi nigros latè dominere per Indos,
Æthiopum ſi regna potens Arabumque gubernes,
Si Medus, Parthusque celer tua iura tremiſcat,
Si Dacus, Batauuſque ferox toruuſq; Sicamber,
Si dominum Iuuerna ſuum, ſupremaq; Thule
Te vocet, & gentes quas pulſat Gallica Thetys,
Hiſpanuſq; ſinus lato complectitur arcu,
Totaq; ſummiſſo tibi ſeruiat Africa vultu:
Si te præcipitem rapit ambitus, ira, libido,
Si laniat liuor, ſi fraus abducit, inersque
Luxuria infamat, rabies excæcat habendi:
Qui tibi tum liber potes, aut rex eſſe videri,
Subdite tot grauibus dominus, tot capte tyrannis?
Qui te tot ſtimulis fodiunt, facibuſq; perurunt
Eumenidum flagris tundunt, & verbere cædunt,
Totq; in diuerſum repetito vulnere ſcindunt.
Fortius eſt igitur multo (me iudice) primum
Ipſum ſe viciſſe ducem, legeſq; dediſſe,
Et pacem fundaſſe ſibi requiemq; paraſſe,
Quàm viciſſe alios. Quid? quod nec vincere cuiquam
Vtiliter fas eſt alios, niſi vicerit ipſe
Se ante prior: nec quenquam alios regere ante ſcienter,
Quàm regere ipſe ſuos ſciat, & componere motus.
Hinc igitur ſibi quod rectè hic meus imperat, inde
Rectè commiſſas populi quoque flectit habenas:

Et magis hoc agitat, quo paucis optimus ipſe
Optimo & exemplo (quam late) vt præſit, & eſſe
Antiſtes melior, quàm maior prouidus optat.
(Immo hoc iam maior, melior quo moribus extat)
Nam candor, probitasq; magis facit ipſa verendum,
Hac ſine quam ditio quæuis (vel maxima) regis.
Sic Anyti ſuperat reus, & laudata Solonis
Vita Piſiſtratium virtute interprete regnum.
Sic Fabios, Curioſq; (licet tenues) Deciosq;
Plebeios, fama multis non cedere conſtat
Cæſaribus, quorum vitiis Reſpublica peſſum
Retro abiit ſuperis admota quiritibus illis.
Quare non titulos ſpecioſos undiq; raptos,
Non latos rerum fines, imperiiq; patentes
Ambitioſus amat vires, contentus in uno
Et modico regnare ſolo, populoq; Nemetum.
Gnarus vt enormes ingentia corpora naues
Exercent grauius vectorem hac mole, patentq;
Latius Æoliis furioſa per æquora ventis,
Sic & in imperiis pariter contingere magnis
Fortunæ vt cæcis nutent ſubiecta procellis
Ocyus, atq; habeant fermè plus tuberis hæc quam
Vberis, atq; oneris plus quam pro nomine honoris.
Macte animi præſul nobis digniſſime, macte.
Qui maieſtatem, non in diademate veram
Eſſe, nec in ſella ſentis, ſeu faſcibus vllis,
Sed magis in factis, operumq; decore bonorum,
Macte inquam, feret hæc nomen tibi fama, quod olim
Purpurei fruſtra multi ambiuere Tyranni.
Sic ventris, turpiſq; gulæ vitia acriter odit,
Vt pecudis putet eſſe magis quam Principis, æquo
Plus gaudere cibo aut nimio titubare falerno.
Tantum illi ebrietas, & crapula diſplicet uni.
Quid? ſomni quam parca quies: ſopor inquit inertes
Ignauoſq; decet, ſolers vigilantia reges.

Me ne-

Me nemo inueniat, Phœbo vigilante, iacentem
Seruantemq; toros, & mollia ſtrata prementem.
Dormiat vtramuis, qui ſit priuatus, in aurem
Securus, populi quem ſarcina nulla regendi
Solicitat, qui non aliis, ſed viuere tantum
Ipſe ſibi didicit: at qui ſe munere fungi
Principis agnoſcit multorum fata trahentis,
Huic totam ſomno turpe eſt conſumere noctem.
Huic epulis, ludoq; graue eſt impendere tempus,
Mox diſpenſandum ſubiectæ plebis in uſus.
Audeat hoc Pharia mollis Ptolemæus in aula:
Hoc rex Aſſyriæ ſex & pudor ultimus oræ.
Non nobis animi tantum, certemus ut illis
Qui delectati vitiis, vt laudibus amplis
Secula deſpectam miſere ad poſtuma famam.
Iam ſermo quàm conditus ſale pectoris alti?
Socratico quam fonte madet? quam cultus & aptus?
Quam grauis, & totus medio ex Helicone petitus?
Quem ſi dicentem ſpectes, his Dædala Peitho
Sellitat in labris dices: hæc Principe lingua
Digna graui, vox pontificem decet iſta loquentem,
Ardua quem virtus priſcis heroibus æquat.
Seria ſi quando ludens grauiora relaxat,
Dulceſcitq; iocis: nuſquam tamen excidit illi
Cenſuræ perſona ſuæ retinetur vbiq;
Pontificis grauitas, caſtæq; modeſtia vitæ:
Ingenuo tantum iuuat indulgere lepori.
Nil crepat inſipidum dictu, nil vile, ſuoq;
Indignum Genio: ſolum quæ Principe digna,
Fatur, ab exactis morum referenda magiſtris,
Tantum turpia abeſt dicat, toleretue loquentem,
Protinus ut facinus ſibi diſplicuiſſe rubore
Deſignet ſubito, triſtiq; offenſior ore.
Adde huc quod doctas amat, & complectitur artes
Ingenti affectu: ſacræq; arcanæ Mineruæ,

Pieridumq; ſagax animo myſteria tractat
Aſſiduus: ſtudioq; & libris paſcitur ipſis,
Magnorum cupide relegens monumenta virorum:
Præcipue illuſtres credens ſtudioſa decere
Otia in hoc veterum ſcire veſtigia regum
Iudiciumque ſequens nimirum, namq; potentes
Terrarum ſoli quondam ipſi excellere auebant
Artibus ingenuis, claræq; ſcientiæ honore,
Plus etiam quàm vel cenſu, vel diuite regno.
Regiaq; hæc olim res, & digniſſima ſummis
Eſt habita & teſtata viris, cognoſcere rerum
Naturæ arcanas ſublimi pectore cauſas:
Quid pulchrum, quid turpe foret, quæ conſona laudi,
Quæ nitidis atram rebus, quæ facta ſerenis
Nominibus facerent maculam, famamq; ſiniſtram:
Prodeſſet quantum vitæ ſapientia noſtræ,
Diuerſæq; artes uſu excudente repertæ:
Quid conſeruaret populos, quid cladibus illos
Obrueret rurſus: num vis congeſta metalli,
An mores, legesq; bonæ, patrataq; virtus,
Regna ſecundarent plus, mortalesq; bearent.
Quid? quod erant iidemq; ſophi, regesq; verendi
Quondam, nec gladium ſoliti tractare magis, quam
Doctiloquos verſare libros, nullisq; probatas
Debemus potius, claris quam regibus artes.
Hinc humeris Atlas ſtellis ardentibus aptum
Suſtinuiſſe polum fertur, victorq; nouercæ
Maximus Alcides, ambo quod ſidera primi
Dimenſi ingenio ardenti, ſtellasq; negantes,
Ignotaſq; vias tantum diſtantis olympi
Suppoſuere oculis per mentis acumina noſtris.
Quæ lyra Dircæi, quæ vox Amphionis arces
Oggias alia exſtruxit, muroq; ſacrauit,
Quàm doctrina potens? hac & Rhodopeius Orpheu
Vnicis interpres Diuum quia floruit olim

Cum luſtris traxiſſe feris, cum rupibus ornos,
Præcipiteſq; ſuis frenaſſe à curſibus amnes:
Monſtraq; cum turpi flexiſſe Acheruſia Dite
Dicitur, infernis reuocata coniuge ab umbris,
Hæc eſt Carpathium quæ vertit in æquore vatem,
Ambiguis varium formis. Ianumq; bifrontem
Finxit, & aurigenam pedibus per inane volantem,
Toruaq; Gorgoneæ ferientem colla Meduſæ.
Nil aliud quoq; Mercurium Nilotide in ora
Ter ſummum dici, ſua quàm ſapientia fecit.
Hæc illa eſt Pyliæ data ſuauiloquentia linguæ,
Hyblæos prægreſſa fauos, & Hymettia mella.
Hoc velum eſt, Ithacus quo naufroga pectora texit.
Hæc illum eripuit ſæuo res vna Cyclopi.
Hæc illum Circes tectis regiq; latentem
Alcinoo tutum commiſit, & arma procorum
Inſidiasq; tori, cutis aggreſſibus (ante
Sirenum auditis ſine noxa cantibus) ulta
Suſtulit, & reducem Stygio ſeruauit ab Orco.
Quid TITydæ aliud ſemper comes addita Pallas
Vult ſibi? quid Minos Iouis in ſecreta receptus?
Quàm quod erant veterum doctiſſima pectora regum.
Nec diuerſa quidem viuax pictura Maronis
Innuit, æternis animans Æneida libris,
Quàm quod honor ducis, & clari laus principis hæc ſit
Propria doctrinis illuſtrem inſignibus eſſe:
Nec ſtabilem regni ſedem, imperiiq; futuram,
Ni mage ſit ſophiæ tranquillo robore fulta,
Quam gladiis, dubiæq; fluens ope pendult ſortis.
Nonne & idem doctæ ſibi vult quod crebra Mineruæ
Arcibus in ſummis poſuit delubra vetuſtas,
Quodq; eadem portis quaſi cuſtos picta ſedebat
Omnibus, hinc Graiis cognomine dicta πυλαῖτις,
Prouida quod regnum ſapientia ſola tuetur?
Nimirum hoc etiam toties conſultus Apollo

Æneæ

Æneæ,& doctæ quæſita oracla Sibyllæ,
Et nunquam longe poſitus deſignat Achates.
Nec melius gerere imperium, populiſq; præeſſe
Ferme aliquem indoctum,quam Pæonis arte carente
Sanare affectos dubiis languoribus ægros:
Aut maris inſuetum tempeſtatiſq;, carinas
Deprenſas rapido pelagi ſeruare profundo.
Vnde bene admonuit quidam, non ante beatas
Res fore mortales,regni quam gnaua foriq;
Aſſideat clauo doctorum cura virorum.
Non igitur ſine præclara ſitit indole tantum
Iſte meus toties mihi compellandus alumnus,
Veſtigatq; auidus,quicquid ſibi profore credit
Ad decus,& ſacro memorandum in Principe nomen
Virtutiſq; viam perfectæ, & ad aſtra vocantis,
Aſtra meis ſolum promiſſum munus amicis.
Ritè quidem:namq; ut nil præſule maius habemu
Sic etiam par eſt,nihil hoc ſapientius eſſe.
Quæ cunctis ſapere,& ſcire in commune neceſſe eſt,
Atq; è diuerſo cunctorum errare periclo,
Hoc metuens, neſcire nihil quod ſcire vel eſſe
Pontificem deceat,ſe pacto ſuſtinet ullo:
Sed quodcunq; vacat tempus, quodcunq; veloci,
Aduocat huc ſollers: vt quicquid reddere poſſit
Vere felicem,magnumq;,& liberum ab omni
Seruitio mentis, quicquid conferre ſuorum
Moribus, ingeniis,opibus ſine fraude parandis,
Ambiat,& multo venetur pectoris æſtu.
Quid?quod iam dictas,& tantas ipſe ſeneſcens
Paulatim dotes, aliis maioribus ardet
Anteire, atq; aliquo aſſidue ſuperare recenti
Fœnore,ſeq; ſuæ meliorem oſtendere ſedi,
Inq; dies illi potiora exempla parare
Viuendi,& decori decus accumulare priori
Maius,opuſq; operi præſtantius ædere ſemper.

N

Nec timor, ut mores velit hos deponere quondam,
Laudibus & vitæ contrarius ire peractæ:
Quiq; fuit niueis vitæ color hactenus, ater
Paulatim vt fiat nigro & carbone notandus;
Principis vt quondam Caprearum in rupe morantis,
Et Caii, Caligæ nomen cui caſtra dedere:
Quo nemo melior fuit inter initia, nemo
Imperii rurſus trucior ſub fine tyrannus.
Sed fuit illorum virtus niſi fucus, & umbra:
Qua freti ad tempus, ſibi captauere fauorem,
Donec firmatis auderent omnia ſceptris.
Quocirca nec abeſſe diu, nec fallere quiuit,
Sed cito detecta eſt animi natura cruenti:
Vt ſimulata ſolent tandem quæcunq; redire
In formam, faciemq; ſuam propriumq; colorem.
Quod verum, ſolidumque manet, neſcitq; latere
Sub ſpecie externa, fictiſq; imponere nugis.
Sic quoniam hæc virtus ſimplex genuinaq; tota eſt,
Et nihil aſciti geſtans in pectore fuci,
Georgi ſed adulta mei cum tempore, neſcit
Degenerare retrò, moresque relinquere noſtros.
Sol prius obſiſtet luci, nox furua tenebris,
In ſummo ſibi terra locum leget, ignis in imo,
Æquoris & ſedes erit aër, aëris æquor:
Immemor ipſe ſui, quam deſinat optima velle
Et facere, æetherea ſoſpes dum veſcitur aura:
Quam rectum prauo, quam turpi candor honeſti,
Simplicitas fraudi, vel iniquo ſeruiat æquum:
Aut ulli hoc virtus ſceleri ſub iudice cedat.
At modo ne nimium mea ſit prolixa, vel ingens,
Mille per aut plures iam ducta oratio verſus:
Sed propere optatam contingat feruida metam.
Hunc & ſi dedimus Patribus poſcentibus olim
Sponte, hilareſq; ipſæ, quod nobis omnibus iidem
Congruerent, noſtriſq; affines moribus eſſent;

Nec

Æneæ,& doctæ quæſita oracla Sibyllæ,
Et nunquam longe poſitus deſignat Achates.
Nec melius gerere imperium, populiſq; præeſſe
Ferme aliquem indoctum,quam Pæonis arte carent
Sanare affectos dubiis languoribus ægros:
Aut maris inſuetum tempeſtatiſq;, carinas
Deprenſas rapido pelagi ſeruare profundo.
Vnde bene admonuit quidam, non ante beatas
Res fore mortales,regni quam gnaua foriq;
Aſſideat clauo doctorum cura virorum.
Non igitur ſine præclara ſitit indole tantum
Iſte meus toties mihi compellandus alumnus,
Veſtigatq; auidus,quicquid ſibi profore credit
Ad decus,& ſacro memorandum in Principe nome
Virtutiſq; viam perfectæ, & ad aſtra vocantis,
Aſtra meis ſolum promiſſum munus amicis.
Ritè quidem:namq; ut nil præſule maius habem
Sic etiam par eſt,nihil hoc ſapientius eſſe.
Quæ cunctis ſapere,& ſcire in commune neceſſe e
Atq; è diuerſo cunctorum errare periclo,
Hoc metuens, neſcire nihil quod ſcire vel eſſe
Pontificem deceat,ſe pacto ſuſtinet ullo:
Sed quodcunq; vacat tempus, quodcunq; vel oci,
Aduocat huc ſollers: vt quicquid reddere poſſit
Vere felicem,magnumq;,& liberum ab omni
Seruitio mentis, quicquid conferre ſuorum
Moribus, ingeniis,opibus ſine fraude parandis,
Ambiat,& multo venetur pectoris æſtu.
Quid?quod iam dictas,& tantas ipſe ſeneſcens
Paulatim dotes, aliis maioribus ardet
Anteire, atq; aliquo aſſidue ſuperare recenti
Fœnore,ſeq; ſuæ meliorem oſtendere ſedi,
Inq; dies illi potiora exempla parare
Viuendi,& decori decus accumulare priori
Maius,opusq; operi præſtantius addere ſemper.

Nec timor, ut mores velit hos deponere quondam,
Laudibus & vitæ contrarius ire peractæ:
Quiq; fuit niueis vitæ color hactenus, ater
Paulatim vt fiat nigro & carbone notandus;
Principis vt quondam Caprearum in rupe morantis,
Et Caii, Caligæ nomen cui caſtra dedere:
Quo nemo melior fuit inter initia, nemo
Imperii rurſus trucior ſub fine tyrannus.
Sed fuit illorum virtus niſi fucus, & umbra:
Qua freti ad tempus, ſibi captauere fauorem,
Donec firmatis auderent omnia ſceptris.
Quocirca nec abeſſe diu, nec fallere quiuit,
Sed cito detecta eſt animi natura cruenti:
Vt ſimulata ſolent tandem quæcunq; redire
In formam, faciemq; ſuam propriumq; colorem.
Quod verum, ſolidumque manet, neſcitq; latere
Sub ſpecie externa, fictiſq; imponere nugis.
Sic quoniam hæc virtus ſimplex genuinaq; tota eſt,
Et nihil aſciti geſtans in pectore fuci,
Georgi ſed adulta mei cum tempore, neſcit
Degenerare retrò, moresque relinquere noſtros.
Sol prius obſiſtet luci, nox furua tenebris,
In ſummo ſibi terra locum leget, ignis in imo,
Æquoris & ſedes erit aër, aëris æquor:
Immemor ipſe ſui, quam deſinat optima velle
Et facere, ætherea ſoſpes dum veſcitur aura:
Quam rectum prauo, quam turpi candor honeſti,
Simplicitas fraudi, vel iniquo ſeruiat æquum:
Aut ulli hoc virtus ſceleri ſub iudice cedat.
At modo ne nimium mea ſit prolixa, vel ingens,
Mille per aut plures iam ducta oratio verſus:
Sed propere optatam contingat feruida metam.
  Hunc & ſi dedimus Patribus poſcentibus olim
Sponte, hilareſq; ipſæ, quod nobis omnibus iidem
Congruerent, noſtriſq; affines moribus eſſent;

Nec

Æneæ,& doctæ quæſita oracla Sibyllæ,
Et nunquam longe poſitus deſignat Achates.
Nec melius gerere imperium, populiſq; præeſſe
Ferme aliquem indoctum,quam Pæonis arte carent
Sanare affectos dubiis languoribus ægros:
Aut maris inſuetum tempeſtatiſq;, carinas
Deprenſas rapido pelagi ſeruare profundo.
Vnde bene admonuit quidam, non ante beatas
Res fore mortales,regni quam gnaua foriq;
Aſſideat clauo doctorum cura virorum.
Non igitur ſine præclara ſitit indole tantum
Iſte meus toties mihi compellandus alumnus,
Veſtigatq; auidus,quicquid ſibi profore credit
Ad decus,& ſacro memorandum in Principe nome
Virtutiſq; viam perfectæ, & ad aſtra vocantis,
Aſtra meis ſolum promiſſum munus amicis.
Ritè quidem:namq; ut nil præſule maius habem
Sic etiam par eſt,nihil hoc ſapientius eſſe.
Quæ cunctis ſapere,& ſcire in commune neceſſe eſ
Atq; è diuerſo cunctorum errare periclo,
Hoc metuens, neſcire nihil quod ſcire vel eſſe
Pontificem deceat,ſe pacto ſuſtinet ullo:
Sed quodcunq; vacat tempus, quodcunq; vel oci,
Aduocat huc ſollers: vt quicquid reddere poſſit
Vere felicem,magnumq;,& liberum ab omni
Seruitio mentis, quicquid conferre ſuorum
Moribus, ingeniis,opibus ſine fraude parandis,
Ambiat,& multo venetur pectoris æſtu.
Quid?quod iam dictas,& tantas ipſe ſeneſcens
Paulatim dotes, aliis maioribus ardet
Anteire,atq; aliquo aſſidue ſuperare recenti
Fœnore,ſeq; ſuæ meliorem oſtendere ſedi,
Inq; dies illi potiora exempla parare
Viuendi,& decori decus accumulare priori
Maius,opusq; operi præſtantius addere ſemper.

Nec timor, ut mores velit hos deponere quondam,
Laudibus & vitæ contrarius ire peractæ:
Quiq; fuit niueis vitæ color hactenus, ater
Paulatim vt fiat nigro & carbone notandus;
Principis vt quondam Caprearum in rupe morantis,
Et Caii, Caligæ nomen cui caſtra dedere:
Quo nemo melior fuit inter initia, nemo
Imperii rurſus trucior ſub fine tyrannus.
Sed fuit illorum virtus niſi fucus, & umbra:
Qua freti ad tempus, ſibi captauere fauorem,
Donec firmatis auderent omnia ſceptris.
Quocirca nec abeſſe diu, nec fallere quiuit,
Sed cito detecta eſt animi natura cruenti:
Vt ſimulata ſolent tandem quæcunq; redire
In formam, faciemq; ſuam propriumq; colorem.
Quod verum, ſolidumque manet, neſcitq; latere
Sub ſpecie externa, fictiſq; imponere nugis.
Sic quoniam hæc virtus ſimplex genuinaq; tota eſt,
Et nihil aſciti geſtans in pectore fuci,
Georgi ſed adulta mei cum tempore, neſcit
Degenerare retrò, moresque relinquere noſtros.
Sol prius obſiſtet luci, nox furua tenebris,
In ſummo ſibi terra locum leget ignis in imo,
Æquoris & ſedes erit aër, aëris æquor:
Immemor ipſe ſui, quam deſinat optima velle
Et facere, ætherea ſoſpes dum veſcitur aura:
Quam rectum prauo, quam turpi candor honeſti,
Simplicitas fraudi, vel iniquo ſeruiat æquum:
Aut ulli hoc virtus ſceleri ſub iudice cedat.
At modo ne nimium mea ſit prolixa, vel ingens,
Mille per aut plures iam ducta oratio verſus:
Sed propere optatam contingat feruida metam.
Hunc & ſi dedimus Patribus poſcentibus olim
Sponte, hilareſq; ipſæ, quod nobis omnibus iidem
Congruerent, noſtriſq; affines moribus eſſent;

Æneæ,& doctæ quæſita oracla Sibyllæ,
Et nunquam longe poſitus deſignat Achates.
Nec melius gerere imperium, populiſq; præeſſe
Ferme aliquem indoctum,quam Pæonis arte carent
Sanare affectos dubiis languoribus ægros:
Aut maris inſuetum tempeſtatiſq;, carinas
Deprenſas rapido pelagi ſeruare profundo.
Vnde bene admonuit quidam, non ante beatas
Res fore mortales,regni quam gnaua foriq;
Aſſideat clauo doctorum cura virorum.
Non igitur ſine præclara ſitit indole tantum
Iſte meus toties mihi compellandus alumnus,
Veſtigatq; auidus,quicquid ſibi profore credit
Ad decus,& ſacro memorandum in Principe nome
Virtutiſq; viam perfectæ, & ad aſtra vocantis,
Aſtra meis ſolum promiſſum munus amicis.
Ritè quidem:namq; ut nil præſule maius habem
Sic etiam par eſt,nihil hoc ſapientius eſſe.
Quæ cunctis ſapere,& ſcire in commune neceſſe eſ
Atq; è diuerſo cunctorum errare periclo,
Hoc metuens, neſcire nihil quod ſcire vel eſſe
Pontificem deceat,ſe pacto ſuſtinet ullo:
Sed quodcunq; vacat tempus, quodcunq; vel oci,
Aduocat huc ſollers: vt quicquid reddere poſſit
Vere felicem,magnumq;,& liberum ab omni
Seruitio mentis, quicquid conferre ſuorum
Moribus, ingeniis,opibus ſine fraude parandis,
Ambiat,& multo venetur pectoris æſtu.
Quid?quod iam dictas,& tantas ipſe ſeneſcens
Paulatim dotes, aliis maioribus ardet
Anteire,atq; aliquo aſſidue ſuperare recenti
Fœnore,ſeq; ſuæ meliorem oſtendere ſedi,
Inq; dies illi potiora exempla parare
Viuendi,& decori decus accumulare priori
Maius,opusq; opeti præſtantius ædere ſemper.

Nec timor, ut mores velit hos deponere quondam,
Laudibus & vitæ contrarius ire peractæ:
Quiq; fuit niueis vitæ color hactenus, ater
Paulatim vt fiat nigro & carbone notandus;
Principis vt quondam Caprearum in rupe morantis,
Et Caii, Caligæ nomen cui caſtra dedere:
Quo nemo melior fuit inter initia, nemo
Imperii rurſus trucior ſub fine tyrannus.
Sed fuit illorum virtus niſi fucus, & umbra:
Qua freti ad tempus, ſibi captauere fauorem,
Donec firmatis auderent omnia ſceptris.
Quocirca nec abeſſe diu, nec fallere quiuit,
Sed cito detecta eſt animi natura cruenti:
Vt ſimulata ſolent tandem quæcunq; redire
In formam, faciemq; ſuam propriumq; colorem.
Quod verum, ſolidumque manet, neſcitq; latere
Sub ſpecie externa, fictiſq; imponere nugis.
Sic quoniam hæc virtus ſimplex genuinaq; tota eſt,
Et nihil aſciti geſtans in pectore fuci,
Georgi ſed adulta mei cum tempore, neſcit
Degenerare retrò, moresque relinquere noſtros.
Sol prius obſiſtet luci, nox ſurua tenebris,
In ſummo ſibi terra locum leget, ignis in imo,
Æquoris & ſedes erit aër, aëris æquor:
Immemor ipſe ſui, quam deſinat optima velle
Et facere, ætherea ſoſpes dum veſcitur aura:
Quam rectum prauo, quam turpi candor honeſti,
Simplicitas fraudi, vel iniquo ſeruiat æquum:
Aut ulli hoc virtus ſceleri ſub iudice cedat.
At modo ne nimium mea ſit prolixa, vel ingens,
Mille per aut plures iam ducta oratio verſus:
Sed propere optatam contingat feruida metam.
Hunc & ſi dedimus Patribus poſcentibus olim
Sponte, hilareſq; ipſæ, quod nobis omnibus iidem
Congruerent, noſtriſq; affines moribus eſſent;

Nec

Pieridumq; ſagax animo myſteria tractat
Aſſiduus: ſtudioq; & libris paſcitur ipſis,
Magnorum cupide relegens monumenta virorum:
Præcipue illuſtres credens ſtudioſa decere
Otia in hoc veterum ſcire veſtigia regum
Iudiciumque ſequens nimirum; namq; potentes
Terrarum ſoli quondam ipſi excellere auebant
Artibus ingenuis, claræq; ſcientiæ honore,
Plus etiam quàm vel cenſu, vel diuite regno.
Regiaq; hæc olim res, & digniſſima ſummis
Eſt habita & teſtata viris, cognoſcere rerum
Naturæ arcanas ſublimi pectore cauſas:
Quid pulchrum, quid turpe foret, quæ conſona lau
Quæ nitidis atram rebus, quæ facta ſerenis
Nominibus facerent maculam, famamq; ſiniſtram
Prodeſſet quantum vitæ ſapientia noſtræ,
Diuerſæq; artes uſu excudente repertæ:
Quid conſeruaret populos, quid cladibus illos
Obrueret rurſus: num vis congeſta metalli,
An mores, legesq; bonæ, patrataq; virtus,
Regna ſecundarent plus, mortalesq; bearent.
Quid? quod erant iidemq; ſophi, regesq; verend
Quondam nec gladium ſoliti tractare magis, quam
Doctiloquos verſare libros, nulliſq; probatas
Debemus potius, claris quam regibus artes.
Hinc humeris Atlas ſtellis ardentibus aptum
Suſtinuiſſe polum fertur, victorq; nouercæ
Maximus Alcides, ambo quod ſidera primi
Dimenſi ingenio ardenti, ſtellasq; negantes,
Ignotaſq; vias tantum diſtantis olympi
Suppoſuere oculis per mentis acumina noſtris.
Quæ lyra Dircæi, quæ vox Amphionis arces
Oggias alia exſtruxit, muroq; ſacrauit,
Quàm doctrina potens? hac & Rhodopeius Orphe
Vnicis interpres Diuum quia floruit olim

Cum luſtris traxiſſe feris, cum rupibus ornos,
Præcipiteſq; ſuis frenaſſe à curſibus amnes:
Monſtraq; cum turpi flexiſſe Acheruſia Dite
Dicitur, infernis reuocata coniuge ab umbris,
Hæc eſt Carpathium quæ vertit in æquore vatem,
Ambiguis varium formis. Ianumq; bifrontem
Finxit, & aurigenam pedibus per inane volantem,
Toruaq; Gorgoneæ ferientem colla Meduſæ.
Nil aliud quoq; Mercurium Nilotide in ora
Ter ſummum dici, ſua quàm ſapientia fecit.
Hæc illa eſt Pyliæ data ſuauiloquentia linguæ,
Hyblæos prægreſſa fauos, & Hymettia mella.
Hoc velum eſt, Ithacus quo naufroga pectora texit.
Hæc illum eripuit ſæuo res vna Cyclopi.
Hæc illum Circes tectis regiq; latentem
Alcinoo tutum commiſit, & arma procorum
Inſidiaſq; tori, cutis aggreſſibus (ante
Sirenum auditis ſine noxa cantibus) ulta
Suſtulit, & reducem Stygio ſeruauit ab Orco.
Quid Titydæ aliud ſemper comes addita Pallas
Vult ſibi? quid Minos Iouis in ſecreta receptus?
Quàm quod erant veterum doctiſſima pectora regum.
Nec diuerſa quidem viuax pictura Maronis
Innuit, æternis animans Æneida libris,
Quàm quod honor ducis, & clari laus principis hæc ſit
Propria, doctrinis illuſtrem inſignibus eſſe:
Nec ſtabilem regni ſedem, imperiiq; futuram,
Ni mage ſit ſophiæ tranquillo robore fulta,
Quam gladiis, dubiæq; fluens ope pendulæ ſortis.
Nonne & idem doctæ ſibi vult quod crebra Mineruæ
Arcibus in ſummis poſuit delubra vetuſtas,
Quodq; eadem portis quaſi cuſtos picta ſedebat
Omnibus, hinc Graiis cognomine dicta πυλαῖτις,
Prouida quod regnum ſapientia ſola tuetur?
Nimirum hoc etiam toties conſultus Apollo

Ænea.

Nec timor, ut mores velit hos deponere quondam,
Laudibus & vitæ contrarius ire peractæ:
Quiq; fuit niueis vitæ color hactenus, ater
Paulatim vt fiat nigro & carbone notandus;
Principis vt quondam Caprearum in rupe morantis,
Et Caii, Caligæ nomen cui caſtra dedere:
Quo nemo melior fuit inter initia, nemo
Imperii rurſus trucior ſub fine tyrannus.
Sed fuit illorum virtus niſi fucus, & umbra:
Qua freti ad tempus, ſibi captauere fauorem,
Donec firmatis auderent omnia ſceptris.
Quocirca nec abeſſe diu, nec fallere quiuit,
Sed cito detecta eſt animi natura cruenti:
Vt ſimulata ſolent tandem quæcunq; redire
In formam, faciemq́; ſuam propriumq; colorem.
Quod verum, ſolidumque manet, neſcitq; latere
Sub ſpecie externa, fictiſq; imponere nugis.
Sic quoniam hæc virtus ſimplex, genuinaq; tota eſt,
Et nihil aſciti geſtans in pectore fuci,
Georgi ſed adulta mei cum tempore, neſcit
Degenerare retrò, moresque relinquere noſtros.
Sol prius obſiſtet luci, nox furua tenebris,
In ſummo ſibi terra locum leget, ignis in imo,
Æquoris & ſedes erit aër, aëris æquor:
Immemor ipſe ſui, quam deſinat optima velle
Et facere, ætherea ſoſpes dum veſcitur aura:
Quam rectum prauo, quam turpi candor honeſti,
Simplicitas fraudi, vel iniquo ſeruiat æquum:
Aut ulli hoc virtus ſceleri ſub iudice cedat.
At modo ne nimium mea ſit prolixa, vel ingens,
Mille per aut plures iam ducta oratio verſus:
Sed propere optatam contingat feruida metam.
Hunc & ſi dedimus Patribus poſcentibus olim
Sponte, hilareſq; ipſæ, quod nobis omnibus iidem
Congruerent, noſtriſq; affines moribus eſſent;

Nec

Nec factum mutemus adhuc:tamen hactenus vltrò
Mittere diſtulimus cupidis:iam quinque peregit
Zodiaci curſus, ſextumque exire ſub annum
Cœpit ſiderei Sol fons & luminis auctor,
Ex quo contulimus,quod nondum ceſſimus illis
Munus,& inuitus prope adhuc retinemus amicis.
Nulla alia ex cauſa tamen hoc (quod credere par eſt)
Egimus,aduenıens quam quo expectatior inde
Omnibus accideret:nam quæ dilata parumper,
Dulcius hæc ipſo contingunt gaudia voto,
Plerunque & ſaliunt maiore in pectora ſenſu.
Captatum iam tempus adeſt,non ſuſtinet vltra
Præſulis aduentum differri longius,ullam
Nec patitur iam Spira moram, queriturq; negari
Haud iuſte ſua vota ſibi:quando,inquit,amati
Sidereos tandem vultus, oculosq; ſerenos,
Et placidos mores, nitidæque decora iuuentæ
Membra mei dabitur coram mihi poſſe tueri
Præſulis?& mentem cupidam ſatiare videndo?
Quando illo præſente fruar,quem luſa tot annos
Expecto fruſtra,nimium mea vota morantem?
Quid talem iuuat eſſe datum?ſuffragia quantum eſt
Alba fuiſſe Patrum;ſi ſe negat ipſe fruendum
Spectandumq; mihi?quorſum tam ſplendidus orb
Ætheris optatæ ſi lucis ademeris uſum?
Quid mihi profuerit cœlum,nectarq; Deorum
Promiſſum cupidæ ſi non licet eſſe beatæ
Feliciq; mihi?quanto præſtantior ille
Moribus,& claro proauorum ſanguine tanto
Acrius abſentem ſuſpiro,& tempore tanto
Diſcrucior properare nihil,tot mollibus illum
Excitum precibus: veluti ſit gratia noſtri
Vilis ei penitusq; domos,& mœnia noſtra
Deſpiciat lentus,nolitq; videre ſuorum
Obſequia,& cultus,deuotaq; pectora noſſe.

Haud tamen hic illi mos hæſit degener unquam,
Spemeret vt quenquam, niſi dignum iure relinqui.
Nam nemo eſt vſquam natura nitior illo,
Aut minus elatus. quare quæcunq; morandi
Cauſa ſit, in faſtu non eſt hæc ulla maligno.
At tu quæcunq; es regio quæcunq; locorum
Grata meo ſedes domino, ſucceſſibus iſtis
Inuideo deſpecta tuis: tu gaudia noſtra
Æmula, delitias, plauſuſq; intercipis omnes.
Nunc illum (ſi iuſta peto) ſine viſere noſtros
Ah tandem non dura lares: ac qualiacunq;
Et fidei, & noſtri cognoſcere pignora cordis.
Quis pudor eſt, hoc velle frui te ſidere ſolam,
Quod ſi diſpenſes, poterit lucere duabus?
Ergo age, communem cunctis ne intercipe Solem:
Immo age, ne noſtrum, damnum hoc vtrunq; feremus
Temporis amiſſi: modo ne diſpendia ſerpant
Latius, & domini vultus querar eſſe negatos
Vlterius deſerta mihi ſine quæſo venire
Huc tandem non triſtis herum: ſic ſegrege cura
Quottidie creſcant res, & fortuna tuorum.
Quandoquidem non grata magis meſſoribus umbra,
Ocia non laſſis, non fons ſitientibus ægris,
Portus iactatis à tempeſtate carinis,
Exoptata mei quàm ſunt mihi præſulis ora.
Ora ſalutaris mihi Numinis inſtar, & aſtri.
O vtinam roſeo quam primum proferat ortu
Hunc nobis aurora diem, necduſq; citato
Lucifer albus equo, celerique allapſa volatu
En venit, ingeminet mihi lælo fama tumultu?
Hæc dici de ſe Princeps non inſcius ipſe,
Seque expectari tanto feruore bonorum
(Præcipue Patrum) gnarus, non ſuſtinet ultra
Conſpectum differre ſui: ſed certus eundi,
Cùm primum Oceano ſurgens cras fulſerit orbi

Sol,

Sol, Spiram cum luce petet primoq; ſereno,
Fraternis armis, argenti luce coruſcis,
Et lectis celerum turmis comitantibus. ipſe
Pacificus, non tela ferens, non caſſide ferri,
Non thorace rigens ſed pectore & ore ſerenus
Pacem agris, populiſq; ſuis, atq; otia portans.
Quaq; ibit per rura. fauens turba obuia paſſim
E pagis, villisque ruet, dominumq; ſalutans
Implebit clamore vias fremituq; ſecundo,
Lætitiæq; dabit plenas de pectore voces,
Omnia nec capiet ſpectans ſua gaudia plebes.
Proſpicient cupide venientem, plauſuq; frequenti
Excipient propius ſubeuntem, auidiſque ſequent
Prætereuntem oculis innoxia turba coloni.
Interea Spiræ tota trepidabitur urbe
Diſcurſu populi læto, cultuque parando:
Pars mundas herbis plateas, & gramine ſpargent,
Sanſucique comas cæſi, roriſque marini
Effundent plenos dextra iactante maniplos,
Indignamque crocum, Lydum quo Spira Timo
Prouocat, & Cilicum ſimiles non curat odores.
Limina pars ſertis, frondenti & vimine paſſim
Oſtiaq;, & poſtes variis redimire corymbis
Certabunt, hederæ hic foliis immixta virebit
Laurus, Romanis olim celebrata triumphis.
Hic buxus retinens alieno tempore frondes.
Hic cum purpureis pendebit pampinus vuis.
Hic tamarix, abies, & cortice plurima ſuber,
Et quæcunq; ſuum non ponit frigore cultum,
Ante omnes victum quondam quæ præbuit arbo
Gentibus, inuenta nondum almæ frugis ariſta,
Quæque olim longe fuluo prælata metallo,
Pre..iue, incolumi ſeruato ex hoſte, dabatur,
Cæſareoſque ſua decorabat fronde penates,
Induperatorum ſignum clementiæ auitum.

Stabit vbiq; virens domĩno gratiſſima quercus:
Venturo: nimirum illo virtutis honore,
Illa laude ducum, famaque ſupeſtite dignum
Promittens, qua collatis ingentibus olim
In ciues meritis, Regum inclyta nomina cœlo
Tollere ſe ad Superum decus immortale piorum
Emeruere, anniſque æui certare capacis.
Hæc intra muros dum perficientur amicos,
Occurret domino plus quam pro more, Senatus
Frenatis ſublatus equis animiſque paratis
Suſcepturus herum cupide, totieſque vocatum:
Nunc tandem ſecum lætam ſumpturus in vrbem,
Vrbem lætitia amentem, deſiderioque placendi
Lymphatæ ſimilem: venientem vrbi portiſq; propinquũ,
Mœnibus ex ipſis certatim, & turribus altis
Excipiet fauſto vulgus clamore parentem,
Turbaque conſpectæ gratabitur obuia pompæ,
Vocibus ingemmans illam lucemque, diemque
Felicem, & niuea dignam ſplendeſcere gemma.
At cum iam fuerit portis muroque receptus,
Tunc nullus non ordo hominum, non ſexus & ætas
Pontificem ſpectare nouum volet: omnia plena
Agminibus cuneiſque virum qua candidus ibit,
Cernere erit: non ima ſoli, non alta domorum
Culmina, non vllæ ſine ſpectatore feneſtræ.
Ceſſabunt vndare forum atque vndare plateas,
Anguſtamque queri laxam tot millibus vrbem.
Contingit pariter pueri, iuueneſq; ſeneſq;
Inualidi caſtæque nurus cultuq; decoræ
Inſueto, faciles hæc ſe ad ſpectacula fundent.
Quippe hunc eximium florem cultumque iuuentæ
Purpureum venerata meo paro munus alumno
Illi, mirificos qui conciliabit amores:
Vadentemq; meo iuuenem dignabor honore:
Vt iubar Eoo quod Phoſphorus extulit igne,

Rorifero prouectus equo fugientibus vmbris,
Non ſit amabilius, Venerisve micantius aſtrum.
An neget hoc quiſquam? cui mens non læua, ſagacis
Nec rationis inops. quin noſtro nulla decori
Forma olim certare queat, nec roſcidus ipſe
Lucifer æthereo magis eſt mirabilis ortu
Quam ſpecies noſtris ea quam largimur alumnis.
Nonne ſacer quidam ſacro hoc canit ore prophetes?
Fulſuros veluti ſtellas, igneſque polorum
Sidereos, quoſcunque meo de munere iuſtos
Indigeteſque deos, cœlo adſtipulante, futuros.
Hoc ſat erit dixiſſe modo, non Præſule dignos
Hos alio, nec contra alio hunc magis ordine dignum,
Maius ad imperium potuit titulumq; vocari
Accirique meus, veſterque hic (ſcimus) alumnus,
Inque vicem huic alius potuit contingere præſul
At ſubeant ſi vtrinque fides, amor atque voluntas
Mutua: maiori nuſquam nec amore fideque
Sincerisque magis ſtudiis potuiſſet amari
Alteruter: dicta hic prius acceptaque ſalute,
Et pariter iunctis animorum in pignora dextris.
Inſigni cultu, niueaque in veſte micantis
Obſequio cleri, ſacram procedet ad ædem,
Quæ prima eſt vrbi, Regum commune ſepulchrum
Bis ſenum, templum donis regalibus amplum,
Audaci attollens in nubila culmine turres:
Pyramidum cui cedat opus, moleſque ſuperba
Mauſoli, & diues tanti fortuna laboris,
Claraque tot ſcriptis Epheſinæ tecta Dianæ,
Inter ſeptenæ miracula prodita famæ.
Huc igitur dum vadentem comitatur, & vnum
Omnis turba notat; ſimul & miratur euntem:
Explerique nequit, nec corda, nec ora tuendo,
Pontificum cernens medium, cinctumque duorum
Officio latus, & fratrum pietate ſuorum,

Præcipuè vnius Ludouici Principis altos
Æquantis reges ſacro Electoris honore.
Germanæ celebrate precor mea gaudia mecum,
Hunc mecum celebrate diem præſentia veſtra
Cras ſummum mihi munus erit. donate ſorores
Hoc mihi. ſed quid ego fando vos demoror vltra?
Deq; meis dubito ipſa bonis & viribus? vltrò
Iam ſcio vos cupitis. quid enim vlla negauerit vnquàm
Iuſtitiæ Virtus? aut illa negauerit vlli
Vnquàm Virtuti? nec par eademq; voluntas,
Nec patitur cognatus amor ſperare repulſam.
Quare agite hanc operam mihi cras nauate frequentes,
Ite meæ & ſimul hunc mecum exornate triumphum,
Quo mihi plus placeo, quàm ſi Mithridate ſubacto
Pompeius, ſeu Pellei de prole Philippi
Paulus, vel Nomadum Marius de rege triumphet,
De duce Sidonio victor, captoq; Syphace
Scipio, deq; Iuba domito cum Pharnace, Cæſar.
Proximus ergo meum veſter chorus ambulet ante
Pontificem, vobis ſacram præeuntibus ædem
Viſat, & acceptæ dictet noua fœdera Spiræ,
Fœdere Cumei quæ felix carminis ætas,
Signatiq; auro mores meliore ſequantur,
Iuris honor ſceleremq; pudor. verumq;, fideſq;,
Sanctaq; religio, cultuq; modeſtia parco,
Votorum modus, nec conſcia fallere vita,
Atq; hominum communis amor pietaſq; reuerſa.
Caſtaq; ſobrietas ſubeant, terriſq; fruantur,
Purgato vitiis populo penituſq; nouato.
Haud ſecus atq; gelu cùm ſol de parte regreſſus
Auſtrali pepulit brumæ deforme repentè
Exuitur ſenium, lætuſq; renaſcitur annus,
Et nitido nouus ore redit, vernatq; renidens;
Quacunq; aſpicias, nuſquam amplius aſpera ſtridet
Aut ſordet glacialis hyems, iam vere reuerſo:

Rorifero prouectus equo fugientibus vmbris,
Non ſit amabilius, Venerisve micantius aſtrum.
An neget hoc quiſquam? cui mens non læua, ſagacis
Nec rationis inops: quin noſtro nulla decori
Forma olim certare queat, nec roſcidus ipſe
Lucifer æthereo magis eſt mirabilis, ortu
Quam ſpecies noſtris ea quam largimur alumnis.
Nonne ſacer quidam ſacro hoc canit ore prophetes?
Fulſuros veluti ſtellas, igneſque polorum
Sidereos, quoſcunque meo de munere iuſtos
Indigeteſque deos, cœlo adſtipulante, futuros.
Hoc ſat erit dixiſſe modo: non Præſule dignos
Hos alio, nec contra alio hunc magis ordine dignum
Maius ad imperium potuit titulumq; vocari
Accirique meus. veſterque hic (ſcimus) alumnus,
Inque vicem huic alius potuit contingere præſul
At ſubeant ſi vtrinque fides, amor atque voluntas
Mutua: maiori nuſquam nec amore fideque
Sinceriſque magis ſtudiis potuiſſet amari
Alteruter: dicta hic prius acceptaque ſalute,
Et pariter iunctis animorum in pignora dextris.
Inſigni cultu, niueaque in veſte micantis
Obſequio cleri, ſacram procedet ad ædem,
Quæ prima eſt vrbi. Regum commune ſepulchrum
Bis ſenum, templum donis regalibus amplum,
Audaci attollens in nubila culmine turres:
Pyramidum cui cedat opus, moleſque ſuperba
Mauſoli, & diues tanti fortuna laboris,
Claraque tot ſcriptis Epheſinæ tecta Dianæ,
Inter ſeptenæ miracula prodita famæ.
Huc igitur dum vadentem comitatur, & vnum
Omnis turba notat, ſimul & miratur euntem:
Explerique nequit, nec corda, nec ora tuendo,
Pontificum cernens medium, cinctumque duoru
Officio latus, & fratrum pietate ſuorum,

Præcipuè vnius Ludouici Principis altos
Æquantis reges ſacro Electoris honore.
Germanæ celebrate precor mea gaudia mecum,
Hunc mecum celebrate diem præſentia veſtra
Cras ſummum mihi munus erit. donate ſorores
Hoc mihi. ſed quid ego fando vos demoror vltra?
Deq; meis dubito ipſa bonis & viribus? vltrò
Iam ſcio vos cupitis. quid enim vlla negauerit vnquàm
Iuſtitiæ Virtus? aut illa negauerit vlli
Vnquàm Virtuti? nec par eademq; voluntas,
Nec patitur cognatus amor ſperare repulſam.
Quare agite hanc operam mihi cras nauate frequentes,
Ite meæ & ſimul hunc mecum exornate triumphum,
Quo mihi plus placeo, quàm ſi Mithridate ſubacto
Pompeius, ſeu Pellei de prole Philippi
Paulus, vel Nomadum Marius de rege triumphet,
De duce Sidonio victor, captoq; Syphace
Scipio, deq; Iuba domito cum Pharnace, Cæſar.
Proximus ergo meum veſter chorus ambulet ante
Pontificem, vobis ſacram præeuntibus ædem
Viſat, & acceptæ dictet noua fœdera Spiræ,
Fœdere Camei quæ felix carminis ætas,
Signatiq; auro mores meliore ſequantur,
Iuris honor ſceleremq; pudor, verumq;, fideſq;,
Sanctaq; religio, cultuq; modeſtia parco,
Votorum modus, nec conſcia fallere vita,
Atq; hominum communis amor pietaſq; reuerſa.
Caſtaq; ſobrietas iubeant, terriſq; fruantur,
Purgato vitiis populo penituſq; nouato.
Haud ſecus atq; gelu cùm ſol de parte regreſſus
Auſtrali pepulit brumæ deforme repentè
Exuitur ſenium, lætuſq; renaſcitur annus,
Et nitido nouus ore redit, vernatq; renidens;
Quacunq; aſpicias, nuſquam amplius aſpera ſtridet
Aut ſordet glacialis hyems, iam vere reuerſo:

Rorifero prouectus equo fugientibus vmbris,
Non ſit amabilius, Venerisve micantius aſtrum.
An neget hoc quiſquam? cui mens non læua, ſagacis
Nec rationis inops. quin noſtro nulla decori
Forma olim certare queat, nec roſcidus ipſe
Lucifer æthereo magis eſt mirabilis, ortu
Quam ſpecies noſtris ea quam largimur alumnis.
Nonne ſacer quidam ſacro hoc canit ore prophetes?
Fulſuros veluti ſtellas, igneſque polorum
Sidereos, quoſcunque meo de munere iuſtos
Indigeteſque deos, cœlo adſtipulante, futuros.
Hoc ſat erit dixiſſe modo, non Præſule dignos
Hos alio, nec contra alio hunc magis ordine dignum
Maius ad imperium potuit, titulumq; vocari
Accirique meus, veſterque hic (ſcimus) alumnus,
Inque vicem huic alius potuit contingere præſul
At ſubeant ſi vtrinque fides, amor atque voluntas
Mutua: maiori nuſquam nec amore, fideque
Sinceriſque magis ſtudiis potuiſſet amari
Alteruter: dicta hic prius acceptaque ſalute,
Et pariter iunctis animorum in pignora dextris.
Inſigni cultu, niueaque in veſte micantis
Obſequio cleri, ſacram procedet ad ædem,
Quæ prima eſt vrbi, Regum commune ſepulchrum
Bis ſenum, templum donis regalibus amplum,
Audaci attollens in nubila culmine turres:
Pyramidum cui cedat opus, moleſque ſuperba
Mauſoli, & diues tanti fortuna laboris,
Claraque tot ſcriptis Epheſinæ tecta Dianæ,
Inter ſeptenæ miracula prodita famæ.
Huc igitur dum vadentem comitatur, & vnum
Omnis turba notat, ſimul & miratur euntem:
Explerique nequit, nec corda, nec ora tuendo,
Pontificum cernens medium, cinctumque duoru
Officio latus, & fratrum pietate ſuorum,

Præcipuè vnius Ludouici Principis altos
Æquantis reges ſacro Electoris honore.
Germanæ celebrate precor mea gaudia mecum,
Hunc mecum celebrate diem præſentia veſtra
Cras ſummum mihi munus erit donate ſorores
Hoc mihi. ſed quid ego fando vos demoror vltra?
Deq; meis dubito ipſa bonis & viribus? vltrò
Iam ſcio vos cupitis. quid enim vlla negauerit vnquàm
Iuſtitiæ Virtus? aut illa negauerit vlli
Vnquàm Virtuti? nec par eademq; voluntas,
Nec patitur cognatus amor ſperare repulſam.
Quare agite hanc operam mihi cras nauate frequentes,
Ite meæ & ſimul hunc mecum exornate triumphum,
Quo mihi plus placeo, quàm ſi Mithridate ſubacto
Pompeius, ſeu Pellei de prole Philippi
Paulus, vel Nomadum Marius de rege triumphet,
De duce Sidonio victor, captoq; Syphace
Scipio, deq; Iuba domito cum Pharnace, Cæſar.
Proximus ergo meum veſter chorus ambulet ante
Pontificem, vobis ſacram præeuntibus ædem
Viſat, & acceptæ dictet noua fœdera Spiræ,
Fœdere Cumæi quæ felix carminis ætas,
Signatiq; auro mores meliore ſequantur,
Iuris honor ſceleremq; pudor. verumq;, fideſq;,
Sanctaq religio, cultuq; modeſtia parco,
Votorum modus, nec conſcia fallere vita,
Atq; hominum communis amor pietaſq; reuerſa.
Caſtaq, ſobrietas ſubeant. terriſq; fruantur,
Purgato vitiis populo penituſq; nouato.
Haud ſecus atq, gelu cùm ſol de parte regreſſus
Auſtrali pepulit brumæ deforme repentè
Exuitur ſenium, lætuſq; renaſcitur annus,
Et nitido nouus ore redit, vernatq; renidens;
Quacunq; aſpicias, nuſquam amplius aſpera ſtridet
Aut ſordet glacialis hyems, iam vere reuerſo:

Digitized by Google

Rorifero prouectus equo fugientibus vmbris,
Non ſit amabilius, Venerisve micantius aſtrum.
An neget hoc quiſquam? cui mens non læua, ſagacis
Nec rationis inops. quin noſtro nulla decori
Forma olim certare queat, nec roſcidus ipſe
Lucifer æthereo magis eſt mirabilis ortu
Quam ſpecies noſtris ea quam largimur alumnis.
Nonne ſacer quidam ſacro hoc canit ore prophetes?
Fulſuros veluti ſtellas, igneſque polorum
Sidereos, quoſcunque meo de munere iuſtos
Indigeteſque deos, cœlo adſtipulante, futuros.
Hoc ſat erit dixiſſe modo. non Præſule dignos
Hos alio, nec contra alio hunc magis ordine dignum
Maius ad imperium potuit. titulumq; vocari
Accirique meus, veſterque hic (ſcimus) alumnus,
Inque vicem huic alius potuit contingere præſul.
At ſubeant ſi vtrinque fides, amor atque voluntas
Mutua: maiori nuſquam nec amore, fideque
Sinceriſque magis ſtudiis potuiſſet amari
Alteruter: dicta hic prius acceptaque ſalute,
Et pariter iunctis animorum in pignora dextris.
Inſigni cultu, niueaque in veſte micantis
Obſequio cleri, ſacram procedet ad ædem,
Quæ prima eſt vrbi. Regum commune ſepulchrum
Bis ſenum, templum donis regalibus amplum,
Audaci attollens in nubila culmine turres:
Pyramidum cui cedat opus. moleſque ſuperba
Mauſoli, & diues tanti fortuna laboris,
Claraque tot ſcriptis Epheſinæ tecta Dianæ,
Inter ſeptenæ miracula prodita famæ.
Huc igitur dum vadentem comitatur, & vnum
Omnis turba notat; ſimul & miratur euntem:
Explerique nequit, nec corda, nec ora tuendo,
Pontificum cernens medium, cinctumque duoru
Officio latus, & fratrum pietate ſuorum,

Præcipuè vnius Ludouici Principis altos
Æquantis reges ſacro Electoris honore.
Germanæ celebrate precor mea gaudia mecum,
Hunc mecum celebrate diem præſentia veſtra
Cras ſummum mihi munus erit donate ſorores
Hoc mihi. ſed quid ego fando vos demoror vltra?
Deq; meis dubito ipſa bonis & viribus? vltrò
Iam ſcio vos cupitis.quid enim vlla negauerit vnquàm
Iuſtitiæ Virtus? aut illa negauerit vlli
Vnquàm Virtuti? nec par eademq; voluntas,
Nec patitur cognatus amor ſperare repulſam.
Quare agite hanc operam mihi cras nauate frequentes,
Ite meæ & ſimul hunc mecum exornate triumphum,
Quo mihi plus placeo, quàm ſi Mithridate ſubacto
Pompeius, ſeu Pellei de prole Philippi
Paulus, vel Nomadum Marius de rege triumphet,
De duce Sidonio victor, captoq; Syphace
Scipio, deq; Iuba domito cum Pharnace, Cæſar.
Proximus ergo meum veſter chorus ambulet ante
Pontificem, vobis ſacram præeuntibus ædem
Viſat. & acceptæ dictet noua fœdera Spiræ,
Fœdere Cumæi quæ felix carminis ætas,
Signatiq; auro mores meliore ſequantur,
Iuris honor ſceleremq; pudor. verumq;, fideſq;,
Sanctaq; religio, cultuq; modeſtia parco,
Votorum modus, nec conſcia fallere vita,
Atq; hominum communis amor pietaſq; reuerſa.
Caſtaq; ſobrietas ſubeant. terriſq; fruantur,
Purgato vitiis populo penituſq; nouato.
Haud ſecus atq; gelu cùm ſol de parte regreſſus
Auſtrali pepulit brumæ deforme repentè
Exuitur ſenium, lætuſq; renaſcitur annus,
Et nitido nouus ore redit, vernatq; renidens;
Quacunq; aſpicias, nuſquam amplius aſpera ſtridet
Aut ſordet glacialis hyems, iam vere reuerſo:

Sol, Spiram cum luce petet primoq; ſereno,
Fraternis armis, argenti luce coruſcis,
Et lectis celerum turmis comitantibus, ipſe
Pacificus, non tela ferens, non caſſide ferri,
Non thorace rigens ſed pectore & ore ſerenus
Pacem agris, populiſq; ſuis, atq; otia portans.
Quaq; ibit per rura, fauens turba obuia paſſim
E pagis, villiſque ruet, dominumq; ſalutans
Implebit clamore vias fremituq; ſecundo,
Læticiæq; dabit plenas de pectore voces,
Omnia nec capiet ſpectans ſua gaudia plebes.
Proſpicient cupide venientem, plauſuq; frequent
Excipient propius ſubeuntem, auidiſque ſequen
Prætereuntem oculis innoxia turba coloni.
Interea Spiræ tota trepidabitur urbe
Diſcurſu populi læto, cultuque parando:
Pars mundas herbis plateas, & gramine ſpargent,
Sanſucique comas cæli, roriſque marini
Effundent plenos dextra iactante maniplos,
Indignamque crocum, Lydum quo Spira Timo
Prouocat, & Cilicum ſimiles non curat odores.
Limina pars ſertis, frondenti & vimine paſſim
Oſtiaq;, & poſtes variis redimire corymbis
Certabunt, hederæ hic foliis immixta virebit
Laurus, Romanis olim celebrata triumphis.
Hic buxus retinens alieno tempore frondes.
Hic cum purpureis pendebit pampinus vuis.
Hic tamarix, abies, & cortice plurima ſuber,
Et quæcunq; ſuum non ponit frigore cultum,
Ante omnes victum quondam quæ præbuit arbo
Gentibus, inuenta nondum almæ frugis ariſta,
Quæque olim longe fuluo prælata metallo,
Prætiue, incolumi ſeruato ex hoſte, dabatur,
Cæſareoſque ſua decorabat fronde penates,
Induperatorum ſignum clementiæ auitum.

Stabit vbiq; virens domino gratiſſima quercus;
Venturo: nimirum illo virtutis honore,
Illa laude ducum, famaque ſupeſtite dignum.
Promittens, qua collatis ingentibus olim
In ciues meritis, Regum inclyta nomina cœlo
Tollere ſe ad Superum decus immortale piorum
Emeruere, anniſque æui certare capacis.
Hæc intra muros dum perficientur amicos,
Occurret domino plus quam pro more, Senatus
Frenatis ſublatus equis animiſque paratis
Suſcepturus herum cupide, totieſque vocatum:
Nunc tandem ſecum lætam ſumpturus in vrbem,
Vrbem lætitia amentem, deſiderioque placendi
Lymphatæ ſimilem: venientem vrbi portiſq; propinquũ,
Mœnibus ex ipſis certatim, & turribus altis
Excipiet fauſto vulgus clamore parentem,
Turbaque conſpectæ gratabitur obuia pompæ,
Vocibus ingemmans illam lucemque, diemque
Felicem, & niuea dignam ſplendeſcere gemma.
At cum iam fuerit portis muroque receptus,
Tunc nullus non ordo hominum, non ſexus & ætas
Pontificem ſpectare nouum volet: omnia plena
Agminibus cuneiſque virum qua candidus ibit,
Cernere erit: non ima ſoli, non alta domorum
Culmina non vllæ ſine ſpectatore feneſtræ.
Ceſſabunt vndare forum atque vndare plateas,
Anguſtamque queri laxam tot millibus vrbem.
Contingit pariter pueri, iuueneſq; ſeneſq;
Inualidi caſtæque nurus cultuq; decoræ
Inſueto faciles hæc ſe ad ſpectacula fundent.
Quippe hunc eximium florem cultumque iuuentæ
Purpureum venerata meo paro munus alumno
Illi, mirificos qui conciliabit amores:
Vadentemq; meo iuuenem dignabor honore:
Vt iubar Eoo quod Phoſphorus extulit igne,

Præcipuè vnius Ludouici Principis altos
Æquantis reges ſacro Electoris honore.
Germanæ celebrate precor mea gaudia mecum,
Hunc mecum celebrate diem præſentia veſtra
Cras ſummum mihi munus erit. donate ſorores
Hoc mihi. ſed quid ego fando vos demoror vltra?
Deq; meis dubito ipſa bonis & viribus? vltrò
Iam ſcio vos cupitis. quid enim vlla negauerit vnquàm
Iuſtitiæ Virtus? aut illa negauerit vlli
Vnquàm Virtuti? nec par eademq; voluntas,
Nec patitur cognatus amor ſperare repulſam.
Quare agite hanc operam mihi cras nauate frequentes,
Ite meæ & ſimul hunc mecum exornate triumphum,
Quo mihi plus placeo, quàm ſi Mithridate ſubacto
Pompeius, ſeu Pellei de prole Philippi
Paulus, vel Nomadum Marius de rege triumphet,
De duce Sidonio victor, captoq; Syphace
Scipio, deq; Iuba domito cum Pharnace, Cæſar.
Proximus ergo meum veſter chorus ambulet ante
Pontificem, vobis ſacram præeuntibus ædem
Viſat, & acceptæ dictet noua fœdera Spiræ,
Fœdere Comei quæ felix carminis ætas,
Signatiq; auro mores meliore ſequantur,
Iuris honor ſceleremq; pudor, verumq;, fideſq;,
Sanctaq religio, cultuq; modeſtia parco,
Votorum modus, nec conſcia fallere vita,
Atq; hominum communis amor pietaſq; reuerſa.
Caſtaq; ſobrietas ſubeant, terriſq; fruantur,
Purgato vitiis populo penituſq; nouato.
Haud ſecus atq; gelu cùm ſol de parte regreſſus
Auſtrali pepulit brumæ deforme repentè
Exuitur ſenium, lætuſq; renaſcitur annus,
Et nitido nouus ore redit, vernatq; renidens;
Quacunq; aſpicias, nuſquam amplius aſpera ſtridet
Aut ſordet glacialis hyems, iam vere reuerſo:

Cuncta ſed aprico rident elementa ſereno:
Sic etiam non vlla mali, non vlla doloris
Signa, ſed ex nobis ingentia commoda ſumunt,
Si modo mortales ſaperent, bona ſi ſua noſſent.
At vos ô dulces gratiſſima nomina, Muſæ,
Omnibus ingenio recto, ſenſuq; beato
Natis & raucis tantum neglecta Sophiſtis,
Ignaris quæ vis ſit veſtro in carmine ſolis:
Quæ fide noſtrorum memori monumenta laborum
Eripitis cupidè tenebris, æuoq; futuro
Aſſeritis. vobis etenim ſubducere morti
Parcarumq; colis, & auari legibus Orci
Conceſſum quóſcumq; libet, cœloq; referre
Per famam, & citharæ victricia carmina veſtræ,
Ingreſſum hunc (vobis vt dignum eſt) dicite comp
Doctæ Pierides plectro, lumenq;, decuſq;
Materiæ ingenio blandum ſuperaddite veſtro.
Atq; hic texendæ toti præludite vitæ,
Ne circumſcriptæ contracto limite, ſed quæ
Viuax humanæ ſuperet ſpatia vltima metæ:
Tot res egregias, tot curas Principe dignas,
Tot decora & laudes, quas tot noctesq; dieſq;,
Tot fatiq; vices peperere, piiq; labores.
Non etenim ignauo (promitto hoc) tempora ſom
Nec perdet laudem ſteriles inglorius annos.
Digerere atq; operum tantos euoluere faſtos,
Munus erit veſtra dignum mihi credite cura.
Ergo agite, & ſeriem cunctorumq; acta dierum
Incipite Aonides hinc obſeruare ſagaces,
Cunctaq; victuris ſenſim deponere chartis,
Condereq; æternis claram Georgida ſeclis.
Sic dignum eſt: nec parua quidem mortalibus inc
Vtilitas pendet ſi mox obliuio marcens
Non damnet ſæuis hominum benefacta tenebris;
Sed luce admota ſtudiorum, atq; arte ſequeſtra,

E

Æuictis annis, æuiq, ætatibus extent,
Inuitentq; animos exemplo ad honeſta minorum.
Nutibus aſſenſere Deæ ſpecioſa monenti
Pegaſides cunctæ, dein concio cætera claro
Annuit aſſenſu læto mox vndiq; plauſu
Arduus inſonuit mons circum, & vocis imago
Per ſyluas latè valleſq; offenſa cucurrit.
Promiſſi Dea facta potens, cœtuq; ſoluto,
Aſtrea æthereas rediit ſublimis ad auras.

Maximiliani Auguſti Epicedium.

Qui nuper Princeps in noſtro maximus orbe
Præfuit, & cunctis regia iura dedit.
Cui ſoli nomen virtus hinc detulit, eſſet
Mille quod in Ducibus maximus ille Ducum.
Quod non inficias Venetus iam fractior ibit,
Non Gallus domitis tot ſibi Marte minis.
Cuius & armatæ victricia fulmina dextræ
Senſurus pugnax mox Otomannus erat,
Quos abrupiſſent motus niſi peſſima fata,
Geſſiſſet nullo bella ſilenda die.
Nunc cinis exiguus reſtat de Principe tanto,
Tantaq; maieſtas exanimata iacet.
Inuida quid vobis, quid ferrea fata precabor?
Maior auo regnet Carolus ipſe ſuo.

Aliud.

Quid maieſtatem regum cœleſtibus æquat?
Induperatores quid facit eſſe Deos?
Iuſticia & regum propriè clementia virtus:
His ſine nec Princeps, nec Deus eſſe poteſt.
Dotibus emicuit quia Maxmilianus in iſtis,
Numinis hic aram, non τάφον, eſſe puta.

[library stamp]

INDEX
IN POETARVM GE[RMANORVM] PAR-
tem primam.

A

Acidalii nomen 790 m
Acilii Brahe anagram. 178 f
Acidalii parentis manes 79 m
Adminiſtratio mala 946 m
Agon Chriſti 653 m
Agricultura diuina 826 f
M. Agricolæ & Reichardæ ἀσμαγαμήλιον 487 p
Alexander M. caput inſuperabile bello 194 m
Amor moreſq; in coniugio ſpectandi 55 f
Amoris parilis exemplum 98 p
Angeli Politiani Epitaph. 410 f
Angelæ Simoniæ Lucenſis tumulus 589 m
Annæ, Electoris Au[...] coiugis μονωδία
Annæ Camerariæ ſep[...] 597 f
Annæ Berſmanæ tu[...] 595 f
Annæ Petrææ tu[...] 591 p
Annæ Erneſti Vœgeli[...] mulus
Apelii Roſa
Apologus de ranis &[...] 637 m
Apolloniæ tumulus
Ariſtotelis vigiliæ
Armamentarium H[...] 178 m
Artium opt. cognitio [...] omnibus præſtat
Attalus
Attilii ab Offenhuſ[...] gniferi Cæſaris Ep[...] 411 m

A

Auguſti Electoris parentatio 238 f
Auguſti Ducis Saxon. ἐπικήδιον 335 f
Auguſti amor religionis in orbe decantatus 247 f
Auguſto ſolus Chriſtus delitiæ atq; voluptas 248 m
Aulandri Abbatis Erphurdiæ Epitaphium 410m
Aurelii Antonini præcepta 639 f
Ad Chytræum 775 p
Ad Chriſtianum March. Brandeb. Roſtochiū ingredientem 712 p
Ad Chriſtum Saluat. 757 m
Ad Chriſtum Saluatorem pro felici peregrinatione 741 f
Ad Camerarium 529 m
Ad Fidentinum 389 p
Ad Fabriciū de obitu matris 626 m
Ad Gellium 414 m
Acclamatio ad Ioachimū poſtulatum Adminiſt. Magdeburg. Epiſcopatus 715 p
Ad Meibomium 751 p
Ad Marſtallerum 743 f & 740 m
Ad Meliſſum 636 f
Ad Nickhardum 389 m
Ad Rudigerum 626 f
Ad pueros literaturæ politioris cupidos 527 m
Ad Reuſnerum 745 f
Ad Rodomannum 747 m
Ad Starzerum 413 f
Ad Sebitzium 628 f

B

Bacmeiſteri ἀσμα χαμήλιον 705 f
Badehorni, Collegii Iuridici in Acad. Lipſ. ſenioris Epitaph. 341 m
Badehorni IC. & Ienitiæ ἐπιθαλάμιον 277 p
Balthaſaris Cæſaris infantuli Epitaph. 352 p
Barbarus adeo nemo, qui non Barbaram amet 96 p
Barbaræ VVolfiæ tumulus 590 p
Barbaræ Schelhameræ tumulus 593 p
Barbaræ Laurentii Lindemani tumulus 598 f
in Baſilidem tyrannū Moſchum parodia 760 f
in Baumani ſymb. Faueant qui volunt 818 m
Benè qui vixit, diu vixit 74 f
Betvvaldi & Helborniæ ἐπιθαλάμιον 325 p

Bergeri

Bergeri & Brandmulleræ ἐπιθαλάμιον 313 p
Bergeri & Ketvvigiæ ἐπιθαλάμιον 492 f
Berſmanni Epithalamion 421 p
Bibrani Epiſc. VVirzeburg. Epitaphium 410 p
Biermanni cōpellatio 88 p
Blomius αὐάγραμ. 767 f
Bockelius priſcus Galenus 116 p
Boleslaus Criſpus 418 f
Bolgangi Comitis Palat. Rheni memoriæ 580 f
Braſchi album 127 f
Braſſicani Tubing. carmen ἀδιαπορικόν 795 m
Braſchius 96 f
Breuia & bona 818 f
Brucæi laus 83 m
Bruni Epigram. 114 m
Bruſcus proteruus 137 m
Buchneri conſulis Lipſ. ἐπικήδιον 278 m
Bucretii ſcitum ✓. *Ferendo vinco.* 90 m
Bucretius voto miſſus tenetur 116 f

C

CÆſi & Hagneris Meieræ ὑμέναιος 488 m
Calliſthenis integritas 635 f
Calu^9 vix fideli fidet 136 m
D. Camerarii ἐπι...
571 m
In Camerarii & Vth...
nuptias γλυκύ...
473 m
Canius
Carmen de reſurre...
Chriſti
De Caroli Auguſti &...
Fr. victoria pœan...
cus
Carolus V. gloria G...
niæ
Caſelii laus
Caſelii Epigr.
Caſimirus II.
Catharinæ, D. Sigiſ...
medici. Kolreute...
mulus
Catherinæ VVolfiæ...
dium
Chria de patientia...
tate
Chriſto duce ſtipati...
tolerare poſſunt
Chriſtus crucifixus
Eiuſd. ſepultura
Chriſti natiuitas
Chriſtus ad mortale...
Chriſtiani Molleri...
riæ
Chriſtiani IV. effigie...
Chriſti Saluatoris cu...
talitiæ 20 m qui vi...
titia mundi 21 m

pauperratis vberior deſcriptio 21, 22, 23 f
Chœrilus nec malus nec bonus 136 p
Chryſalus Alcumiſta 138 p
Chytræus ἀνάγραμμ. 828
Chytræi εὐφημία 84 f
Chytræi Epitaphium 792 p
de eiuſd. modeſtia 793 m
Cimonis pietas in parentem 639 m
Clugii IC. & Luciæ ἐπιθαλ. 325 m
Columbarum inuitatio 759 m
Comes Solmæus ἀνάγρ. 827 p
Comes Leonſtein ἀνάγρ. 827 m
Comes Hoenloius ἀνάγρ. 827 f
oiugii gluten 55 p
oniunx perennis comes 2 m
oniugalis amoris elegans deſcriptio 2 f & 3 p
oniugium cōmoda multa præſtat 297 p
niuges cōueniant annis animis, moribus 42 f
nradi Aslaci anagrammatiſmus 179 f
nſcientia res opt. 819 m
qui ludimoderatoris
Cniphouiani introductio 395 m
Corberius 832 p
Cruſius ἀνάγραμ. 799 m
Cruſii & Strœeræ ἐπιθαλάμιον 327 m
Cunradi Regis bibliopolæ tumulus 593 m
Curionis I. V. D. tumulus 588 m
Curtii lamentatio funebris 68 p
Curti Epicedium 99 f

D

De Cometa anni 1558. Elegia 607 m
de Codro 389 f
Diſcordiæ malum 691 m
Docentium in ludis literariis calamitates & miſeriæ 630 f
de Dhyrii gentilitiis inſignibus coniugis 82 p
Dreſſerus 758 m
in Dreſſeri Compendium Gramm. ἐλόγιον 528 p
De fure à ſuſpendio liberato 415 p
De Germanorum veterum vita & fortitudine 284 f
De Geometricæ artis dignitate & prſtātia 507 f
De Iano Douſa 813 m

Bergeri & Brandmulleræ ἐπιθαλάμιον 313 p
Bergeri & Ketvvigiæ ἐπιθαλάμιον 492 f
Berſmanni Epithalamion 421 p
Bibrani Epiſc. VVir?eburg. Epitaphium 410 p
Biermanni cōpellatio 88 p
Blomius αἰάγγαμ. 767 f
Buckelius priſcus Galenus 116 p
Boleslaus Criſpus 418 f
Bolgangi Comitis Palat. Rheni memoriæ 580 f
Braſchi album 127 f
Braſſicani Tubing. carmen ἀλλεπιτροχικὸν 795 m
Braſchius 96 f
Breuiā & bona 818 f
Brucæi laus 83 m
Bruni Epigram. 114 m
Bruſcus proteruus 137 m
Buchneri conſulis Lipſ. ἐπικήδιον 278 m
Bucretii ſcitum. *Ferendo vinco.* 90 m
Bucretius voto miſſus tenetur 116 f

C

CÆſi & Hagnetis Meieræ ὑμέναιος 488 m
Calliſthenis integritas 635 f
Calu⁹ vix fideli fidet 136 m.

D. Cam… 571 m
In Camer… nuptia… 473 m
Canius…
Carmen… Chriſti…
De Carol… Fr. vi… cus…
Carolus… niæ…
Caſelii l…
Caſelii…
Caſimir…
Cathari… medi… mulu…
Cather… diu…
Chria… tat…
Chri… to…
Chri… E…
Chr…
Ch…
C…
C…
C…

vrbe Vratiſlauia 112 p
Epitaphium minis mortui 688 m
πιθαλάμιον Badehorni IC. & Pfeifferæ 268 m
Erneſti, filioli Groſii ἐπικήδειον 348 f
εὐχὴ pro noui anni felicibus auſpiciis 118 m
εὐχὴ pro ſalute Friderici Iacobi Fili Monaui 107 f

F

Fabricii ſcholæ Halenſis gubernatoris tumulus 590 f
Fabricii & Magdalenę Fauſtæ Epithalamion 431 p
Fabri & Entzemanæ ἐπιθαλάμιον 487 m
Fabricii Nörlingenſis tumulus 122 m
Fabricii ἐπικήδιον 565 m
Fannius 133 m
in Fauſti anatomiam ſtatuę Danielis Epigr. 367 f
Fax cœtus virginei quæ 16 p
Finckius Breslæ lumē prænobile 91 m
In Finckelthuſii ſenatoris Lipſ. inſignia 536 p
Fontis pagi Ebensfelt in Fran-

Bergeri & Brandmulleræ ἐπιθαλάμιον 313 p
Bergeri & Ketvvigiæ ἐπιθαλάμιον 492 f
Berſmanni Epithalamion 421 p
Bibrani Epiſc. VVir?eburg. Epitaphium 410 p
Biermanni cõpellatio 88 p
Blomius αὐάγραμ. 767 f
Buckelius priſcus Galenus 116 p
Boleslaus Criſpus 418 f
Bolgangi Comitis Palat. Rheni memoriæ 580 f
Braſch: album 127 f
Braſſicani Tubing. carmen ἀδιεπο... 795 m
Braſchius 96 f
Breuiā & bona 818 f
Brucæi laus 83 m
Bruni Epigram. 114 m
Bruſcus proteruus 137 m
Buchneri conſulis Lipſ. ἐπικήδιον 278 m
Bucretii ſcitum. Ferendo vinco. 90 m
Bucretius voto miſſus tenetur 116 f

C

CÆſi & Hagnetis Meieræ ὑμήναιος 488 m
Calliſthenis integritas 635 f
Calu⁹ vix fideli fidet 136 m

D. Camerarii ἐπική...
571 m
In Camerarii & Vthma... nuptias γλυκύπικ...
473 m
Canius 1...
Carmen de reſurrecti... Chriſti 3...
De Caroli Auguſti & F... Fr. victoria pœan I... cus 80...
Carolus V. gloria Ge... niæ ...
Caſelii laus
Caſelii Epigr.
Caſimirus II. 4...
Catharinæ, D. Sigiſm... medici. Kolreuter... mulus
Catherinæ VVolfiæ E... dium 5...
Chriā de patientia &... tate ...
Chriſto duce ſtipati c... tolerare poſſunt
Chriſtus crucifixus
Eiuſd. ſepultura
Chriſti natiuitas
Chriſtus ad mortales
Chriſtiani Molleri n... riæ
Chriſtiani IV. effigie...
Chriſti Saluatoris c... talitiæ 20 m qui vi... titia mundi 21 m

pauperratis vberior deſcriptio 21, 22, 23 f
Chœrilus nec malus nec bonus 136 p
Chryſalus Alcumiſta 138 p
Chytræus ἀνάγραμ. 828
Chytræi εὐφημία 84 f
Chytræi Epitaphium 792 p
de eiuſd. modeſtia 793 m
Cimonis pietas in parentem 639 m
Clugii IC. & Luciæ ἐπιθαλ. 325 m
Columbarum inuitatio 759 m
Comes Solmæus ἀνάγρ. 827 p
Comes Leonſtein ἀνάγρ. 827 m
Comes Hoenloig ἀνάγρ. 827 f
oiugii gluten 55 p
oniunx perennis comes 2 m
oniugalis amoris elegans deſcriptio 2 f & 3 p
oniugium cōmoda multa præſtat 297 p
oniuges coueniant annis animis, moribus 42 f
onradi Aslaci anagrammatiſmus 179 f
nſcientia res opt. 819 m
qui ludimoderatoris
Cniphouiani introductio 395 m
Corberius 832 p
Cruſius ἀνάγραμ. 799 m
Cruſii & Strœeræ ἐπιθαλάμιον 327 m
Cunradi Regis bibliopolæ tumulus 593 m
Curionis I. V. D. tumulus 588 m
Curtii lamentatio funebris 68 p
Curti Epicedium 99 f

D

DE Cometa anni 1558. Elegia 607 m
de Codro 389 f
Diſcordiæ malum 691 m
Docentium in ludis literariis calamitates & miſeriæ 630 f
de Dhyrii gentilitiis inſignibus coniugis 82 p
Dreſſerus 758 m
in Dreſſeri Compendium Gramm. ἐλόγιον 528 p
De fure à ſuſpendio liberato 415 p
De Germanorum veterum vita & fortitudine 284 f
De Geometricæ artis dignitate & prçſtātia 507 f
De Iano Douſa 813 m

Bergeri & Brandmulleræ ἐπιθαλάμιον 313 p
Bergeri & Ketvvigiæ ἐπιθαλάμιον 492 f
Berſmanni Epithalamion 421 p
Bibrani Epiſc. VVirʒeburg. Epitaphium 410 p
Biermanni cōpellatio 88 p
Blomius ἀνάγραμ. 767 f
Buckelius priſcus Galenus 116 p
Boleslaus Criſpus 418 f
Bolgangi Comitis Palat. Rheni memoriæ 580 f
Braſch: album 127 f
Braſſicani Tubing. carmen ἀδιεπτερικὸν 795 m
Braſchius 96 f
Breuia & bona 818 f
Brucæi laus 83 m
Bruni Epigram. 114 m
Bruſcus proteruus 137 m
Buchneri conſulis Lipſ. ἐπικήδιον 278 m
Bucretii ſcitum. *Ferendo vinco*; 90 m
Bucretius voto miſſus tenetur 116 f

C

CÆſi & Hagnetis Meieræ ὑμήνᾳιος 488 m
Calliſthenis integritas 635 f
Calu⁹ vix fideli fidet 136 m.

D. Camerarii ἐπικη
571 m
In Camerarii & Vthma
nuptias γλυκύπικ
473 m
Canius 1
Carmen de reſurrecti
Chriſti
De Caroli Auguſti & F
Fr. victoria pœan I
cus 8
Carolus V. gloria Ge
niæ
Caſelii laus
Caſelii Epigr.
Caſimirus II.
Catharinæ, D. Sigiſm
medici. Kolreuter
mulus
Catherinæ VVolfiæ E
dium 5
Chria de patientia &
tate
Chriſto duce ſtipati
tolerare poſſunt
Chriſtus crucifixus
Eiuſd. ſepultura
Chriſti natiuitas
Chriſtus ad mortales
Chriſtiani Molleri
riæ
Chriſtiani IV. effigie
Chriſti Saluatoris c
talitiæ 20 m qui v
titia mundi 21 m

pauperratis vberior deſcriptio 21, 22, 23 f
Chœrilus nec malus nec bonus 136 p
Chryſalus Alcumiſta 138 p
Chytræus ἀνάγραμ. 828
Chytræi ὁ Φημία 84 f
Chytræi Epitaphium 792 p
de eiuſd. modeſtia 793 m
Cimonis pietas in parentem 639 m
Clugii IC. & Luciæ ἐπιθαλ. 325 m
Columbarum inuitatio 759 m
Comes Solmæus ἀνάγρ. 827 p
ComesLeonſtein ἀνάγρ. 827 m
ComesHoenloi9 ἀνάγρ. 827 f
oiugii gluten 55 p
oniunx perennis comes 2 m
oniugalis amoris elegans deſcriptio 2 f & 3 p
oniugium cōmoda multa præſtat 297 p
oniuges cōueniant annis animis, moribus 42 f
onradi Aslaci anagrammatiſmus 179 f
nſcientia res opt. 819 m
qui ludimoderatoris
Cniphouiani introductio 395 m
Corberius 832 p
Cruſius ἀνάγραμ. 799 m
Cruſii & Strœeræ ἐπιθαλάμιον 327 m
Cunradi Regis bibliopolæ tumulus 593 m
Curionis I. V. D. tumulus 588 m
Curtii lamentatio funebris 68 p
Curti Epicedium. 99 f

D

De Cometa anni 1558. Elegia 607 m
de Codro 389 f
Diſcordiæ malum: 691 m
Docentium in ludis literariis calamitates & miſeriæ 630 f
de Dhyrii gentilitiis inſignibus coniugis 82 p
Dreſſerus 758 m
in Dreſſeri Compendium Gramm. ἐλόγιον 528 p
De fure à ſuſpendio liberato 415 p
De Germanorum veterum vita & fortitudine 284 f
De Geometricæ artis dignitate & præſtãtia 507 f
De Iano Douſa 813 m

Bergeri & Brandmulleræ ἐπιθαλάμιον 313 p
Bergeri & Ketvvigiæ ἐπιθαλάμιον 492 f
Berſmanni Epithalamion 421 p
Bibrani Epiſc. VVirzeburg. Epitaphium 410 p
Biermanni cōpellatio 88 p
Blomius ἀνάγραμ. 767 f
Bockelius priſcus Galenus 116 p
Boleslaus Criſpus 418 f
Bolgangi Comitis Palat. Rheni memoriæ 580 f
Braſchii album 127 f
Braſſicani Tubing. carmen ἀδδιαποριηκὸν 795 m
Braſchius 96 f
Breuia & bona 818 f
Brucæi laus 83 m
Bruni Epigram. 114 m
Bruſcus proteruus 137 m
Buchneri conſulis Lipſ. ἐπικήδιον 278 m
Bucretii ſcitum. *Ferendo vinco*; 90 m
Bucretius voto miſſus tenetur 116 f

C

CÆſi & Hagnetis Meieræ ὑμέναιος 488 m
Calliſthenis integritas 635 f
Calu⁹ vix fideli ſidet 136 m

D. Camerarii ἐπι
571 m
In Camerarii & Vthr
nuptias γλυκύπ
473 m
Canius
Carmen de reſurre
Chriſti
De Caroli Auguſti &
Fr. victoria pœan
cus
Carolus V. gloria G
niæ
Caſelii laus
Caſelii Epigr.
Caſimirus II.
Catharinæ, D. Sigi
medici. Kolreut
mulus
Catherinæ VVolfiæ
dium
Chria de patientia
tate
Chriſto duce ſtipat
tolerare poſſunt
Chriſtus crucifixu
Eiuſd. ſepultura
Chriſti natiuitas
Chriſtus ad mortal
Chriſtiani Molleri
riæ
Chriſtiani IV. effig
Chriſti Saluatoris
talitiæ 20 m qui
titia mundi 21 r

pauperratis vberior deſcriptio 21, 22, 23 f
Chœrilus nec malus nec bonus 136 p
Chryſalus Alcumiſta 138 p
Chytræus ὠνάγραμ. 828
Chytræi ὀδ'Φημία 84 f
Chytræi Epitaphium 792 p
de eiuſd. modeſtia 793 m
Cimonis pietas in parentem 639 m
Clugii IC. & Luciæ ἐπιθαλ. 325 m
Columbarum inuitatio 759 m
Comes Solmæus ἀνάγρ. 827 p
Comes Leonſtein ἀνάγρ. 827 m
Comes Hoenloi9 ἀνάγρ. 827 f
oiugii gluten 55 p
oniunx perennis comes 2 m
oniugalis amoris elegans deſcriptio 2 f & 3 p
oniugium cōmoda multa præſtat 297 p
oniuges cōueniant annis animis, moribus 42 f
onradi Aslaci anagrammatiſmus 179 f
nſcientia res opt. 819 m
qui ludimoderatoris
Cniphouianl introductio 395 m
Corberius 832 p
Cruſius ἀνάγραμ. 799 m
Cruſii & Stroeræ ἐπιθαλάμιον 327 m
Cunradi Regis bibliopolæ tumulus 593 m
Curionis I. V. D. tumulus 588 m
Curtii lamentatio funebris 68 p
Curti Epicedium. 99 f.

D

De Cometa anni 1558. Elegia 607 m
de Codro 389 f
Diſcordiæ malum: 691 m
Docentium in ludis literariis calamitates & miſeriæ 630 f
de Dhyrii gentilitiis inſignibus coniugis 82 p
Dreſſerus 758 m
in Dreſſeri Compendium Gramm. ἐλόγιον 528 p
De fure à ſuſpendio liberato 415 p
De Germanorum veterum vita & fortitudine 284 f
De Geometricæ artis dignitate & prǣſtātia 507 f
De Iano Douſa 813 m

Bergeri & Brandmulleræ ἐπιθαλάμιον 313 p
Bergeri & Ketvvigiæ ἐπιθαλάμιον 492 f
Berſmanni Epithalamion 421 p
Bibrani Epiſc. VVirtzeburg. Epitaphium 410 p
Biermanni cōpellatio 88 p
Blomius ἀνάγραμ. 767 f
Buckelius priſcus Galenus 116 p
Boleslaus Criſpus 418 f
Bolgangi Comitis Palat. Rheni memoriæ 580 f
Braſch album 127 f
Braſſicani Tubing. carmen ἀδιεπτοεπηον 795 m
Braſchius 96 f
Breuia & bona 818 f
Brucæi laus 83 m
Bruni Epigram. 114 m
Bruſcus proteruus 137 m
Buchneri conſulis Lipſ. ἐπικήδιον 278 m
Bucretii ſcitum. *Ferendo vinco.* 90 m
Bucretius voto miſſus tenetur 116 f

C

CÆſi & Hagnetis Meieræ ὑμέναιος 488 m
Calliſthenis integritas 635 f
Calu⁹ vix fideli fidet 136 m

D. Camerarii ἐπι[...] 571 m
In Camerarii & Vth[...] nuptias γλυκύπ[...] 473 m
Canius
Carmen de reſurre[...] Chriſti
De Caroli Auguſti &[...] Fr. victoria pœan[...]cus
Carolus V. gloria G[...]niæ
Caſelii laus
Caſelii Epigr.
Caſimirus II.
Catharinæ, D. Sigi[...] medici. Kolreut[...] mulus
Catherinæ VVolfiæ[...]dium
Chria de patientia[...]tate
Chriſto duce ſtipat[...] tolerare poſſunt
Chriſtus crucifixu[...]
Eiuſd. ſepultura
Chriſti natiuitas
Chriſtus ad mortal[...]
Chriſtiani Molleri[...]riæ
Chriſtiani IV. effig[...]
Chriſti Saluatoris[...] talitiæ 20 m qui[...] titia mundi 21 [...]

pauperratis vberior deſcriptio 21,22, 23 f
Chœrilus nec malus nec bonus 136 p
Chryſalus Alcumiſta 138 p
Chytræus ἀνάγραμ. 828
Chytræi εὐφημία 84 f
Chytræi Epitaphium 792 p
de eiuſd. modeſtia 793 m
Cimonis pietas in parentem 639 m
Clugii IC. & Luciæ ἐπιθαλ. 325 m
Columbarum inuitatio 759 m
Comes Solmæus ἀνάγρ. 827 p
Comes Leonſtein ἀνάγρ. 827 m
Comes Hoenloi9 ἀνάγρ. 827 f
Coiugii gluten 55 p
Coniunx perennis comes 2 m
Coniugalis amoris elegans deſcriptio 2 f & 3 p
Coniugium cōmoda multa præſtat 297 p
Coniuges cōueniant annis animis, moribus 42 f
Conradi Aslaci anagrammatiſmus 179 f
Conſcientia res opt. 819 m
Coqui ludimoderatoris
Cniphouiani introductio 395 m
Corberius 832 p
Cruſius ἀνάγραμ. 799 m
Cruſii & Strœeræ ἐπιθαλάμιον 327 m
Cunradi Regis bibliopolæ tumulus 593 m
Curionis I. V. D. tumulus 588 m
Curtii lamentatio funebris 68 p
Curti Epicedium 99 f

D

De Cometa anni 1558. Elegia 607 m
de Codro 389 f
Diſcordiæ malum: 691 m
Docentium in ludis literariis calamitates & miſeriæ 630 f
de Dhyrii gentilitiis inſignibus coniugis 82 p
Dreſſerus 758 m
in Dreſſeri Compendium Gramm. ἐλόγιον 528 p
De fure à ſuſpendio liberato 415 p
De Germanorum veterum vita & fortitudine 284 f
De Geometricæ artis dignitate & pręſtātia 507 f
De Iano Douſa 813 m

De literaturum commoditate 388 m
De muliere moroſa 390 m
De Medicinæ dignitate 514 p
De Regibus Poloniæ 416 f
De roſis autumnalibus 363 m
De Seruatoris Ieſu Christi merito mortis ac reſurrectionis 427 f
De ſapientia ad Christianum V. Daniæ Regem 176 f
De vnione gemma, quæ Christi in his terris imago 282 f
De Vibennio 414 m
De Viola 416 m
De vxore minus bona 387 m
Doloris deſcriptio 61 p

E

Ebrietatis pœna 639 p
ad Eckardum muſicum 408 f
Eiſenus 830 f
Elegia valedictoria 612 m
Elegia in reditum Camerarii 599 m
Elegia ad Madium 611 m
Elegia ad Rheſchuchium 614 m
Elegia ad Strasburgum 619 p
Elegia ad Eustachium à Minguitz 617 m
Eliſabethæ, Sehmani filiæ ἐπικήδιον 342 f
in Eliſabethæ Austriæ effigiem 388 m
Eliſabethæ Pfeffingeri Epicedium 587 m
ἐλόγιον in Ranzouii de tuenda ſanitate lib. 524 p
ἐλόγιον in libellum Velcurionis 525 f
ἐλόγιον in Veſalii Anatomen 527 p
ἐλόγιον in diſputationẽ Masbachl 529 m
ἐλόγιον in Mauritii libellum Arithmeticum 524 m
ἐλόγιον in libellũ Meieri 525 p
Ennii paupertas 638 f
Enterus 175 m
Enualdii Cruſe anagram. 179 m
Epigramma in Taborni formulas precationum 365 m
Epigramma in ſpinoſo 119 m

Epigram-

Epigrãma in Starckii carmina 361 p
Epigramma in Cruſii Comœdiam de Tobia 364 m
Epigramma in Riccii opus de vita & obitu Ducum Saxon. 365 f
Epigramma in Decimatoris ſyluæ partem alteram 366 f
Epigramma in Meureri imaginem 356 p
Epigramma in Masbachii diſputationem de melancholia 361 f
Epigramma in Meureri diſputationem de iride 363 m
Epigramma in Meureri Arithmeticen Pſelli 364 f
Epigramma in Pfeifferorum Lipſ. familiæ inſignia 356m
Epigrãma in Braſchii 120 p
Epigramma Martini 121 m
Epica Danielis Rindfleiſch 1 p
Epigramma Herlicii 123 m
Epigramma Gryphii 126 f
Epigramma in ſcitum: Ferendo vinco. | Bucretii 117 m f
Epigramma ad Solem de vrbe Vratislauia 112 p
Epitaphium minis mortui 688 m
ἐπιθαλάμιον Badehorni I C. & Pfeifferæ 268 m
Erneſti, filioli Groſii ἐπικήδιον 348 f
εὐχὴ pro noui anni felicibus auſpiciis 118 m
εὐχὴ pro ſalute Friderici Iacobi Fil. Monaui 107 f

F

Fabricii ſcholæ Halenſis gubernatoris tumulus 590 f
Fabricii & Magdalenę Fauſtæ Epithalamion 431 p
Fabri & Entzemanæ ἐπιθαλάμιον 487 m
Fabricii Nörlingenſis tumulus 122 m
Fabricii ἐπικήδιον 565 m
Fannius 133 m
in Fauſti anatomiam ſtatuę Danielis Epigr. 367 f
Fax cœtus virginei quæ 16 p
Finckius Breslæ lumẽ prænobile 91 m
In Finckelthuſii ſenatoris Lipſ. inſignia 536 p
Fontis pagi Ebensfelt in

Francia Orientali, ἐγκώμιον 290 m
Fortuna in cribro 818
Forſteri & VVaneræ ἀσμα γαμήλιον 318 m
Franckii & Schreyuogelæ ὑμθμαιος 276 p
Franckeſteinii Electoralis Scabini, & conſulis Lipſ. ἐπικήδιον 341 f
Frederus ἀνάγραμ. 768 m
in Frederi natalem 771 p
Freitagius Phœbus 116 m
Frencelius ἀνάγρ. 773 f
Friderici III. Epicedion 162 f 174 m
de Friderico & Guilielmo FFrr. luſus 636 p
Friderici VVilhelmi laudatio 757 f
Friderici Imp. Epitaphium 409 f
Friſii & Schilteræ ὑμθμαιος 318 f
Fronti nulla fides 392 m
Funcius ſponſus 46 f
Furmani & Siberæ ἀσμα γαμήλιον 323 m
Fuſii, ſenatui Lipſ. à libellis ἐπικήδιον 583 m
Fuſii & Hauſmanæ ἐπιθαλάμιον 488 m

G

Gallus 1…
Garyſii & Stumphe… ἐπιθαλάμιον 4…
Germani vili curab… corpora victu 2…
Gisbachi & Denben… ὑμθμαιος 32…
Godefredi Groſii tumu… 590 m
Gödelmanni anagram… 763 p
Gorlicii, Salinarũ Hall… ſium Comitis μονῳ… 340 p
Grammatices vtilitas … m
Gratulatio de aduentu… vrbem Lipſiam, Chr… ani Electoris …
Gratulatoria 5…
Griphii & Volcomeri… pithalamion 45…
Groſii, de obitu Iuli… Rallidis cõiugis, ϖ… μυθία 3…
Groſii conſulis Frei… genſis 58…
Groſii & Vlrichæ ode… ptialis 45…
Groſii lamentatio fu… bris ad Danielem Ri… fleiſch …

G

Groti album 150 m
Gruterus *αὐάγραμ.* 768 f 180 m
Gruterus 830 m
In Gruteri opus inſcriptionum veterum 791 m
Gruteri ob pericla compellatio 85 f
Guilhelmi Ducis Sax. Epitaphium 585 m
Gualteri M. & Rhotiæ *ἐπιθαλάμιον* 316 m
Guntherus Dei proles 90 f
Gynceri Colmarienſis tumulus 586 f

H

Habercornii & Henricæ *ἆσμα γαμήλιον* 457 f
Hake floſculus nobilium 93 f
In Hameliorum nobilitatis inſignia 776 m
Hamelus 765 m
Hannibalis aſtus 639 m
Harbarthi & Funcciæ *ὑμθ́ναιος* 314 m
Hartmanni & Rholederæ *ἆσμα γαμήλιον* 298 p
Heidenus 832 m
Heidmani & Ingburgæ Frotzenæ *ἐπιθαλάμιον* 491 p
Heiligmeieri & Helborniæ *ἐπιθαλ.* 329 p
Helenæ Mariæ VVackeriæ *ἐπικήδιον* 411 f
Helingius *αὐάγραμ.* 828 f
Helmerichi *μονῳδία* 355 m
Hendecaſtichon in Biblia ſacra 522 m
Henrici Ducis Sax. Epitaphium 410 p
Henrici Leonis Epitaphium 411 p
Hertelii, ludi Mersburgenſis Rectoris *ἐπιτάφιον* 340 f
In Herlicii orationes de correctione Calendarii 777 m
Heshuſii in Doctorem Th. renunciatio 781 f
Hillus 138 f
Hodæporicon Grammaticum 718 p
Hæckelshouen 92 m
Homo beatus 175 p
Homo puluis 945 f
Horſtius laborum patiens 87 m
Hortus Scholtzianus 147 p
Hunius *αὐάγραμ* 828 m
Hymnus in Chriſtum ſaluato-

uatorem 784 f
Hypanticon Dn. Georgio Com. Pal. dignitatis ſuæ ſedem intraturo 833 m
Iacobi, Cæſaris filii μονῳδία 350 f
Ianus quadrifrons cuſtos horti Scholtziani 142 p
Iegeri & Franciæ Epithal. 326 f
Ieſus omnia nobis 174 f
Ieſus nil nobilius 23 m
Imperatorum dicta 681 p
Incredulus 137 m
In Amerbachii muſicum organicam ἐλόγιον 526 f
In Amthor, Epithalamiorum decada Epigramma 361 m
In Aniatrum 633 m
In animi æquabilitatem 632 m
In amorem marmoreum 392 f
In Blebelii libellum Rhetorices Epigramma 367 m
In Beckii effigiem 356 f
In Bibliothecam Pappi 782 f
In Camerariadum inſignia cornicum.
In Cautii libros Grammaticæ Gallicæ ἐλόγι[…] 528 m
In coniugio, placeat me[…] vna duobus 16[…]
In Cronicon Sax. Chytr[…] 771 m
In Egenolphi à Bendel[…] ben inſignia 533
In Inſignia Nobilium […] Oſſa 53[…]
In Locuſtas. I.L. Braſſica[…] 528 m
In Ludum Roslebianu[…] 528 m
In Lycum 76[…]
In Lotheri effigiem 53[…]
In Molſdorforum inſign[…] 533 f
In Natalem Chriſti 7[…] f
In poetam Vagabundu[…] 392 p
In Poſthii ſymbolum & i[…]ſignia 534
In Pfeſſingeri effigiem […] m
In Rufinum 62[…]
In regules ſtudiorum 7[…] p
In febrim 824
In Thraſonem 35[…]
In Traulum Vatem […] p
In Vitam humanam […] f

Ioa[…]

Ioannis Euangel. dies 641 p
Iordanis anagram. 829 m
Iudæ oſculum 653 f & pœna 654 p

K

Katzſchii & Pauſiæ Epithalamion 317 p
Kichleri & Hemiæ γαμήλιον ἆσμα 271 m
Kirchnero 756 p
Kitſchii & Herteliæ Epithalamion 3?0 f
Kolreuteri & Vtomanæ ὑμβρ́αιος 491 m
Ad Kolreuterum Med. 625 m

L

Laberii Epitaphium 411 p
Lætitiam Ceres & Lyæus mortalibus addunt 153 p
Langi & Hagnetis Tommendorfiæ ὑμβ́αιος 496 f
Laurentii Ioannis F. Oetvvini in pueri infantis ἐπικήδιον 346 f
Lauterbachii συγχάρμα 370 m
De Leii idiotiſmis 408 p
Leiſerus ἀνάγραμ. 769 m
Leonharti & Snepfiæ Epithalam. 310 m
Lemmermani I. V. candidati tumulus 592
Lipſii pollex criticus 104 m
Lippachi & Huteræ Epithalamion 376 m
Lobvvaſſeri I. V. candidati tumulus 592 m
Lomerſtadii & Schopperitziæ Epithal. 319 f
Loſii & Apeliæ Viduæ Epithal. 322 m
Lotteri & Oelhafiæ Epithalamion 330 m
Lotio pedum 653 p
Lozius 832 m
Lubbechius I. V. D. 55 m
Ludouici manes 76 f
Ludouici Elect. Sax. Epitaphium 409 f
Luſus in Miſgolam Mediolanenſem 630 m
Luſus ad Egerum I. V. D. 627 m
Luſus ad Eblebium 628 m
Luſus in Scheckium 631 f

M

Magnificentia 390 f
Manlinus 387 m
Ad Maripetrum Venetum 390 f

Mar-

Margarithæ Finckelthuſiæ tumulus 588 f
Maſci & Straubiæ ἀσμα γαμήλιον 312 m
Mariæ purificatio 642 m annuntiatio 643 m & viſitatio 646 f
Marthæ Camerariæ ἐπικήδιον 587 m
Margaritæ Meureræ tumulus 597 f
Martinus ἀνάγραμ. 773 m
Marii, Epiſcopi Salonenſis Epitaphium 410 m
Matrimonii Encomion 285 m
Mauritii victoris tumulus 596 p
Mauricii Pr. memoria aniuerſaria 537 m 562 m
Mauricii Seinmetz & Rallæ Epithalamion 497 f
Mauricii Ducis Sax. & Alberti March. Bran. pugna memorabilis 219 f
Mauritius factis orbem impleuit 223 f cuius ilia glans ænea rumpit 231 m Is vita ad cœlum conceſſit 233 m
Maximiliano archiduci Auſtriæ 391 f
Maximiliani Auguſti Epi-
cedium 36
Medicus 39
Medicus & poeta 39
Meibhomius anagram. p
Melanchthonis tumu 586 m
Meliſſi anagrammata p
Meliſſi ſera & ſola volup 98 m
Melanchthonis Epiced 656 m
De Melanchthone & merario Saxoniæ oce 636 m
MemmI amor 1
MemmI manes
MemmI Epigramma 1
Meſtelius 17
Metſeneri anagramma mus 180 p
Meureri & Loſeræ ὑ νιος 27
Ad Michelem Barth. ele 605 m & 616 m
Michaelis feſtum 64
Militum luſus de veſtib Chriſti 654
Mocerus, anagram. 772
Modeſtini piſtoris & Li demanæ 481
D. Modeſtini Piſtoris m moria 58
Modus ſe noſſe 39
Mo

Molleri Vratislauienſis Epitaphium 586 m
Molleri Hamburg. I. V. D. Epicedium 581 m
Monauius ſtella Sileſiaca 30 m
Monauii ſymbolum ipſe faciet 35 m
Monauius ſponſus 40 m
Monaui S.C.M Medici tumulus 114 f
Monauii Epigramma 112 f in Mopſum 633 f
Morillus morte vitam emit 131 m
Morlini. immaturum coniugis obitum, lugentis, παραμυθία 345 f
Morlini & Sehmanæ Epithalamion 321 m
Morlini & Straubiæ Epitalamion 332 m
Moſtelii & Peilicciæ Epi thal. 320 m
Mugii & Salmuthæ Epithal. 328 m
Muſæ integræ 819 p
Muſelius 43 m
Muſelius 831 m

N

Nauigationis elegans deſcriptio 3 f
Næniæ 163 m 165 f 168 m
Næuolus 133 f
Natalitia Ieſu Chriſti 424 p
Natalis Chriſti præconium 403 m
Natalis Chriſti 761 m
Neander 831 m
Neldelii & Lepzelderæ ᾆσμα γαμήλιον 274 m
Ninia 133 m
Noli altum ſapere 819 m
Notangelus anagram. 829 m
Nox Ieſu Chriſto ſeruatori natalis 25. 26. 27. 28 29
Nuptialis honoris copioſa diductio 151. 152. 153. 154 155. 156. &c.

O

ᾠδὴ in Muſæi Monauiani Epigraphen 109 m
Oeduuini & Humelii σύγχαρμα 281 f
Oelhafii & Cruſiæ Epithalamion 304 m
Oelſnicii ἐπικήδιον 352 m
Oeſtenius ſponſus 50 f
Olemanni Epitaphium 411 m
Olli opus nullius ingenii 138 f
Oleſznicii Poloni ἐπικήδιον 354 p

Orationis dominicæ paraphraſiis 650 f
Oſtenus 128 p
In Oſtracii poemata ἐλογιον 523 f
Oſtracii Raconenſis Iuuenis tumulus 589 p

P

Pantzmani & Brambachæ 469 m
Papilus 132 m
Paradoxon 764 m
Parodia ad Phaſelum Catullianum 110 m
Parodia εἰς εὐθανασίαν 105 f
Parodia ad VVackerũ 105 p
Parodia Amorbea ad Danielem Rindfleiſch 99 p
Paulus Meliſſus. 754 p
Pauli conuerſio 642 p
Paupertas 392 m
Patientiæ laus 283 f
Patientia fortunæ & fati fortiſſima victrix 37 m
Peiferus, Cancellarius Sax. 758 p
Peilick & Reiffſchneideræ Epithal. 290 f
Pentecoſtes vetus nouaque 205 m
Petri Loſſ & Salmuthæ Epithal 492 m
Petri Codicilli à Talechoua Rect. Pragenſ ἐπικήδιον 354
Petri Lapſus 65
Petulus formarum ſpectator. 135
Peuceri tumulus 587
D. Pfeffingeri memoria 55
p
Pfentneri tumulus 897
Phœnix ſiue luctus Auſtr 804 f
Pictori 39
Pilatus lauans manus 6 p
Pleſii & Beckſteiniæ Epithal. 331
Poetices dignitas ac fructus 50
Pompilius 136
Ponticus 13
Poſtius anagram. 766
Poſtius anagram. 7
Prænius
Preces quales, tale thus m
Precatio ad Deum Patre 651 p Filium ib. & ſpitum S. 65
Preces ad Chriſtum in mbo 77
Proſopopeia blandæ vo 683 p
Prudentis animoſitas f
Pſalmi VI. metaphra 6

654 m
Pſyches 139 f
Pudor in menſa nociuus 152 f

Q.

Qvi amicitiam ſolem è mundo, tollunt 226 m
Quintia 137 m

R

in Radium 388 f
Regnorum mutationes nec non quatuor Monarchiarum ſeries 183 p
Regna firmat pietas 177 f
Reichio I. V. D & Cameræ Imp. aſſeſſori 764 p
Reineccius Guelphiadum ſtemmata nocte tegi, calamo prohibet 89 m
in Reineccii σύνταγμα hiſtoricum Elogion 505 m
Reinmanni ἐπικήδιον 349 f
Religionis conſuetæ opus quod 152 p
Res mundi fluxæ 194 p
Reuteuis anagram. 772 f
Rhedigerus ſtella Sileſiaca 30 m
M. Rheſchuchii Gotilebienſis tumulus 595 m
Rhetici iocus de (ſcops) cereuiſia Vratiſlauienſi & XII. ſignis zodiaci 820 m
Ribouii album 128 m
Rindfleiſchii ſymbolum ferendo vinco 36 m
Rindfleiſch cor vnicum Acidali 140 m
Rindfleiſch Epigramma 113 p
Rodoman. anagram. 772 p
Roma caput quondam domiti reginaq; mundi 285 m
Romulus Remus 200 m
Roſæ ad Cornelium Martinum 20 f
Roſcius nugator 135 m
Rullius 134 f
Rulichii & Groſiæ Epithal. 322 f
Rupelius 831 p

S

Sabellus 131 f
Sabini Epithal. 151 p
Salmuthi M. & Sveickeræ ὑμέναιος 311 p
De Salomone Alberto ad Charontem πρόσφωνησις 86 m
Saluagus 175 m
Samenhameri & Richteræ Epithal. 493 m
de Sancti Spir. miracu. 431 f

Sau-

Sauſtaci λεύκωμα 129 p
Saſcærii anagrammatiſmus 180 m
Schelhammeri. I. V. D. & Grunevvaldæ Epithal. 464 p
Schellenbergii tumulus 596 m
Schellenbergii ὑμήναιος 422 f
Schellenbergii & Siberæ ὑμήναιον 440 f
in Schoſſeri nuptias 669 p
Schreiderinæ materteræ magnæ ἐπικήδιος 578 m
Schulteſii & Strasburgiæ Epithalamion 451 f
Schvvartmeieri & Freimoniæ olea coniugalis 372 f
Sebaſtiani Krigk σύγχαρμα 368 m
Sehmani ſenatoris Lipſ. ἐπικήδιον 344 f
Seidleri & Suſſenæ Epithalamion 489 m
Seibii & Bergeræ Epithalamion 324 p
Sigiſmundi Auguſti Ducis Megapolitanæ carmen exequiale 693 f
Siglicii & Scheubeliæ Epithalamion 294 f
Sigharti & Salmuthiæ E[...] thal. 32[...]
Sigiſmundo L. B. in H[...] berſtein 804
Sigfridi φιλοφρσύνη [...] p
Simile elegans à vite 15[...]
Simon Grenæus 65[...]
Simonæ Piſtoriadis tun[...] lus 59[...]
Simile veritati conueni[...] 175 f
Simile ab Auſtro [...]
Simonius Profeſſor po[...] os 785
Sophiæ, D. Peilick iud[...] Lipſ. coniugis ἐπική[...] 539 m
Spechtius I. C. ſponſu[...] m
Sponſus alias ſpernens [...] vna caleat [...]
Spes mea Chriſtus 8[...]
Sponſa gemmas vinci[...] aurum 27[...]
Studium Senatus in ſu[...] piendo Epiſcopo 8[...]
Stenii & Marcheuiæ [...] thalamion 48[...]
Stephani Roth & Pet[...] γαμήλιον ᾆσμα 49[...]
Stephani dies 6[...]
Strasburgi I. C. & Tho[...] giæ Epithalamion 3[...]
St[...]

Strasburgus & Schulteſius affines 637 f
Strena 29 f

T

TAgius 832 f
Tandem vincet veritas 826 m
Taſchenbergii & Heiliæ Epithalamion 312 p
Taubmanno 764 f
Taubmannus Vatum Cynthius 174 f
In Taubmanni columbas 759 m
Taubmanni effigies 781 m
Templum ſummum apud Spirenſes 12. Imperatorum ſepulcrum 866 f
Temperantiã in victu præſtandam 360 p
Teufelii ἐπικήδιον 394 p
Threnodia in Carolum V. Cæſ. 375 f
Thermionilla ad Iuuentium philocurum 139 m
In Thomingii I. C. orationem de ratione docendi diſcendiq; iuris 536 m
Thungeni Epiſcopi VVirtzburg Epitaphium 410 m
Ttranſitus celer, & auolamus 655 f
Tria inſatiabilia 392 f
Trollius mentem Theophraſti iactat 137 f
Trubii & Badeborniæ Epithalamion 300 f
Tullii commendatio 394 f
Tumulus Iulii à Salmis 388 p

V

VAle triſte audire, cordolium 62 m
Venceslaus Bohemus rex 420 p
Venti quare ex Aſtræo & aurora fingantur nati 623 p
Venus Breslæa 148 m
Veneriila 140 p
Vetzeri & Stromeriæ ὑμηνάιος 475 m
Virtutum viribus vincenda voluptas 631 m
Virtutes cognatæ quæ 867 m
Virgilii diligentia 635 m
Vita humana 655 m
Vitam beate actam melior ſubſequitur 77 m
Vitæ humanæ miſeria & incertitudo 369 f
Vladislaus IV. Dux Lithaniæ 420 m
Ad Vngnadum 390 p
VnVVerdi I. V. D. ac ſcabini Lipſ. Epitaphium 593 f
Volſcouii Epithalamion 95 f

Vet

Vota piorum 79 p
Votum pro Bordingo 774 m
Vratiſlauiæ laus ob multos inſigneſq; medicos 56 f
Vtenhouius 755 p
Vtēhouius anagram. 769 p
Vulgi mores in re noua percipienda 865 m
Vxor marito ſolatiū 264 f
Vxor penſum flagitans 135 f

VV

WAckeri, moræ, in ducenda vxore, cauſſa duplex 38 f
VVackerus ſtella Sileſiaca 30 m
ad VVaickardum comitem Salmium 391 m
VValtheri & Finckelthuſi ὑμθύνιαιος 325 f
VVeccomannus 831 f
VVeidnerus 832 m
VVendleri Penicenſis tumulus 587
VVeſenbecii & Melleræ Epithal. 446
VVielandus anagram. 829
VVillebrandi λέυκω... 129 f
VViltnerus 830
VVinleri I. C. & Clausbr... chiæ Epithal. 27
VViſtochii laudatio 8
VVolffius 97
in VVolfii bibliothecam epigramma. 11
in VVolfium luſus 12
VVyncopius 3

X

Xenia ad Petrum Darg... ſium 12
Xenia ad Laurentium VVolffium 11

Z

Zeileiſſen 9
Zoilo 393

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google